



(accept. a Dom. L. de Heyden.)

VINCENTII PETAGNÆ

IN REGIO NEAPOLITANO LYCEO
BOTANICES PROFESSORIS

INSTITUTIONES ENTOMOLOGICÆ.

TOMUS I.



NEAPOLI
TYPIS CAJETANI RAYMUNDI
MDCCXCII.
AUCTORITATE PUBLICA.

LECTORI

AUCTOR.

QUæ in considerandis Insectis disciplina versatur, atque in Historia Naturali locum occupat non ultimum, ea quidem in præsens cum politiorum Nationum mentis oculos ad se converterit, jure quodam suo postulat, ut impensiore studio excolatur, majorique luce illustretur. Botanicæ gemella, artissimo fœdere, ab ipsa veluti natura composito, cum illa sociatur; quippe singularium Insectorum pars quam maxima plantas incolit, in iisque adeo stabile domicilium collocat, ut non modo inibi incunabula nanciscatur, verum etiam nutritionem, ac nuptia-

lem thalamum sibi comparet, suamque sæpe totam transigat vitam. Quod sane quamvis Philosophi curiositatem pascere, et eo redire videatur, ut sterilem quamdam, et si mavis jucundam, Insectorum cognitionem pariat, procul tamen dubio ubi ipsorum naturam perspectam habueris, plurima inde colliges, quæ in tui utilitatem redundabunt. Si enim Insecta a summo rerum Opifice non ita fuisse condita cogitamus, tanquam hunc terraqueum orbem superfluis atque inutilibus animalculis oneraret, sed eo sapientissimo consilio ab ipso producta esse animo nobiscum reputabimus, ut veluti naturæ ministri redundantem substantiarum luxuriem depascerent, ne hujusmodi justo uberior redundantia terram immundis quisquiliis deturparet, iisque corruptis inficeret: profecto nobis sese probabit horum minutissimorum animalium ratio, et in-

com-

comparabilem sapientissimi naturæ Auctoris providentiam dabitur admirari. Quod si porro hæc eadem Insecta, prout ad nos referuntur, inspiciamus, ea ita mirum in modum numero augeri, tantamque nobis molestiam creare experimur, ut non modo ipsa incredibili multitudine vexent nos, et affligant, verum etiam quidquid obviam ipsis occurrit, usuique nostro destinatur, perdant ac pessumdent. Bruchorum et Locustarum exemplum, præter alia Insecta phytiphaga, locupletissimum hujusce rei argumentum suppeditat. Si quod igitur in Insectorum natura inspicienda studium collocamus, nobis rationes detegeret, queis fieri posset, ut nimia ipsorum propagatio impediretur; plurimum certe lucri nobis accedet in eo, quod hortis agrisque nostris, atque iis rebus, quæ vitæ civilis commoda præbent, detrimentum important. Itaque

Entomologica disciplina non uni Philosophi curiositati explendæ addicitur, sed Philosopho maximo est adjumento, ut Insectorum natura perspecta incommodis prospicere possit, quæ vitæ hominum ab ipsis inferuntur.

Binis hisce rationibus ductus Entomologicam hanc tractationem aggressus sum, eamque Institutionum more prosequendam putavi, ut eadem methodo, qua jam Botanicam, et istam explicarem. Jam inde quidem ab anno quinto et octogesimo hujus vergentis seculi in lucem protuli brevem Insectorum Commentarium, quæ ulterioris Calabriæ propria sunt ac peculiaria, quæque in ea regione collegerat industrius quidam meus alumnus; cumque illum rerum harum studiosi, tum nostrates, tum præsertim exteri benigne exceperint, adeo sane, ut iterum Trajecti prelo commissus fuerit; animum inde

sum-

sumsi, hasque Entomologicas Institutiones ad umbilicum perducere sategi, tum ut meis civibus hujus excolendæ scientiæ amorem infunderem, tum ut exteris palam facerem, quæ in nostris regionibus Insecta versantur. Ut autem recto ordine hujusmodi Institutiones procederent, id consilii suscepi, ut primum ex Entomologica Philosophia Fabricii excerperem, quæ maxime ad rem esse mihi videbantur; eamque mihi ad intuendum atque imitandum proposui, quippe quæ absolutissimum est præclarissimi hujus Entomologi opus, atque ad Botanicam Linnæi Philosophiam probe exigitur. Isthæc porro Fabriciana Epitome in varias partes tribuetur, ut inferius indicabitur; eamque excipiet Insectorum in certas quasdam Classes digesta distributio, eorumque descriptio, quæ exornabitur non modo ex Fabricii, verum etiam illustriorum

En-

Entomologorum methodo. Cuique autem Generi figuram apponendam duxi, ut inde tirones facile addiscant, suo cuique Generi universas species, quas invenerint, adscribere. In Insectis autem exhibendis, ea mihi duntaxat proponenda constitui, quæ in Europa oriuntur, et potissimum obtinent in nostro Regno. Atque in hisce nostris Insectis recensendis opem non mediocrem contulerunt mei alumni, qui ad patrios lares remeantes de iis Insectis, quæ in ipsorum regionibus versantur, me certiorem fecere, eorumque exemplaria ad me transmittenda curarunt, ut ea recenserem, et si primum detecta forent, in ipsis describendis operam meam ponerem. Grati autem animi sensa ut erga eos aperirem, ipsos nomine, ut sese dat occasio, appellare minime neglexi; hinc Angelus Pinto, Raphael de Andrea, Franciscus Anto-

tonius Notarjanni, aliique memorati occurrent. Duo porro mihi prætereunda non esse censeo: primum, quod mea Insectorum Neapolitani Regni collectio mirum in modum excrevit, postquam celebris Deodatus Ranieri suam mihi tribuit collectionem, quæ majori ex parte abundat Insectis Italici soli, et in nostro Regno frequentibus: alterum vero, quod fatear oportet, me plurimum debere præclarissimo Thunberg Upsalæ Professori doctissimo, quod ipsius opera quædam Insectorum genera cognoverim, quæ heic mihi nunquam adhuc obvia fuere, variasque itidem eorumdem species, quæ in Septentrione visuntur. Illud tandem ornatissimos Lectores exoratos volo, ut laborem hunc qualemcumque meum æqui bonique ducant, illud animo secum reputantes, me, qui omne meum tempus hominum saluti curandæ transmitto, subsecivas ho-

ras, quibus otiari mihi licet, in eo consumere, ut meorum popularium animos accendam, atque inflammem ad ejusmodi studia prosequenda, quæ miscent utile dulci.

IN-

INSTITUTIONUM ENTOMOLOGIÆ

PARS I.

DE PHILOSOPHIÆ ENTOMOLOGICÆ SPECIMINE.

SECTIO I.

SECTIO II.

SE-

SECTIO III.

SECTIO IV.

PARS ALTERA.

SECTIO I.

DE GENERALI INSECTORUM IDEA.

INsecta sunt Animalcula polypoda, spiraculis lateralibus respirantia, absque ossibus internis cute ossea tantummodo munita: antennisque sensoriis in capite instructa.

Omnia ab ovo nascuntur, et per triplicem metamorphosin in perfectam imaginem transeunt.

Ut clara horum Animalculorum idea haberi possit, I. partium Insectorum descriptio, earumque differentiæ enucleandæ sunt: II. de Metamorphosi verba facienda: III. de Sexu.

CAPUT I.

De Partibus Insectorum, earumque Differentiis.

IN quolibet Insecto quatuor partes distinguendæ: Caput, Truncus, Abdomen, & Artus.

§. *I. De Capite.*

CAput plerisque Insectis distinctum, paucis cum thorace coalitum, constat ore, oculis, antennis, fronte, gula, stemmatibus.

α Os omnibus Insectis commune, plerisque sub capite positum, quibusdam in pectore, et in nonnullis adhuc ignotum; inque eo consideranda:

Clypeus, sive labium superius, os superne tegens, est horizontalis capitis pars cornea porrecta.

Labium os inferne claudens, horizontale: est capitis pars inferior porrecta.

Mandibulæ duæ, transversales, corneæ, latera oris superne includentes, a capitis substantia cornea propagatæ, sub clypeo immediate positæ.

Maxillæ pariter duæ, transversales, sæpius membranaceæ, latera oris inferne includentes; tectæ frequenter membrana cylindrica obtusa, quæ *Galeæ* nomine a Cl. Fabricio distinguitur.

Palpi duo, quatuor, sex, articulati, sensorii, mobiles.

Lingua spiralis inter palpos reflexos recondita, convoluta, bifida.

Rostrum inflexum, corneum, vagina articulata univalvi efformatum, setas plerumque tres continens.

Haustellum porrectum, corneum, setis constans vel nudis, vel vagina bivalvi non articulata inclusis.

Proboscis stipes carnosus, cylindricus, rectus, capituloque membranaceo bilabiato, retractili munitus.

Prædictæ partes non omnes in omnibus Insectis conspiciuntur; hinc optimos characteres offerunt, quibus nititur Cl. Fabricii Entomologicum

cum Systema, omniaque Insectorum genera ab ipsomet Auctore statuta distinguuntur.

β Oculi absque palpebris reticulati plerisque bini, nonnullis sex, octo, ut in *Aranea*; sunt vel simplices, ut in *Scarabæo*: vel compositi ut in *Musca*. Oculis vident Insecta colores.

Differunt situ	Approximati. *Monoculus*,
	Distantes. *Scarabæus*.
	Frontales. *Phalangium*, *Aranea*.
	Laterales. *Phalæna*.
Connexione.	Testæ innati. *Monoculus*.
	Prominuli. *Cicindela*, *Agrion*.
	Pedunculati. *Cancer*.
Figura.	Sphærici. *Aranea*.
	Oblongi. *Buprestis*.
	Rotundati. *Agrion*.
	Semilunares. *Cerambyx*.

γ Antennæ articulatæ, mobiles, sensoriæ, sensu nobis ignoto. Diversæ in diversis Insectis observantur, unde characteres quandoque eruuntur. Differunt numero, situ, proportione, figura, articulis, apice, connexione.

Numero.	Nullæ. *Aranea*, *Phalangium*.
	Duæ plerisque Insectis.
	Quatuor. *Oniscus*, *Pagurus*.
	Sex. *Astacus*.
Situ.	In fronte. *Stratiomys*.
	In cantho oculorum. *Cimex*, *Cicada*.
	Supra oculos. *Reduvius*.
	Sub oculis. *Notonecta*.
Proportione.	Corpore breviores. *Scarabæus*.
	Corporis longitudine. *Cerambyx*.

Corpore longiores. *Locusta*.
Brevissimæ. *Nepa*.

Figura. Filiformes, undique ejusdem crassitiei. *Elater*.
Clavatæ, extrorsum crassiores. *Papilio*.
Attenuatæ, in medio crassiores. *Zygæna*.
Setaceæ, versus apicem tenuiores. *Cerambyx*.
Subulatæ, breves, acutæ. *Libellula*.
Ensiformes, latæ, triangulares. *Truxalis*.
Palmatæ, in lacinias divisæ. *Nepa*.
Biclavatæ, articulo medio et ultimo apice crassioribus. *Cimex*.
Irregulares, articulis aliquot cymbiformibus, irregularibus. *Cerocoma*.

Articulis. Moniliformes, articulis orbiculatis. *Chrysomela*.
Cylindricæ, articulis cylindricis. *Sepidium*.
Serratæ, articulis apice alterius lateris dilatatis. *Elater*.
Pectinatæ, articulorum latere interiori ciliato. *Bombyx*.
Pilosæ, articulis setis rigidis distantibus distinctis.
Barbatæ, articulorum pilis fasciculatis. *Phalæna*.
Aculeatæ, articulorum aculeis recurvis.

Ob-

Obconicæ, articulis basi angustioribus. *Carabus*.

Squamatæ, articulorum squamulis quadratis erectis. *Sphinx*.

Multi -- articulatæ, articulis plurimis. *Astacus*.

Pauci - articulatæ, articulis paucis. *Syrphus*.

Apice. Fissiles, capitulo in lamellas diviso. *Scarabæus*.

Perfoliatæ, capituli articulis undique prominulis, distantibus, *Dermestes*, *Hydrophilus*.

Solidæ, capitulo ovato, integro *Hister*.

Securiformes, articulo compresso altero latere dilatato. *Syrphus*.

Uncinatæ, articulo ultimo acuminato, recurvo. *Papilio Proteus*.

Fissæ, articulo ultimo bifido. *Cancer*.

Excavatæ, capitulo retuso impresso. *Fulgora Laternaria*.

Obtusæ, articulo ultimo obtuso.

Acuminatæ, terminatæ mucrone. *Tabanus*.

Dentatæ, articulo ultimo oblique truncato, dentato. *Tabanus*.

Aristatæ, articulo ultimo seta terminato. *Musca*, *Cimex*, *Syrphus*.

Plumatæ, articulo ultimo seta radiis lateralibus instructa terminato. *Musca*.

Connexione. Distantes, a se invicem remotæ. *Nepa*.
Approximatæ. *Musca*.
Connatæ, basi cohærentes. *Bibio*.
Pedunculatæ. *Gammarus*.

♂ Frons est superior capitis pars, quæ inter oculos, os, et thoracem posita.

ε Gula inferior capitis pars inter os et pectus.

ζ Stemmata sunt puncta tria elevata nitida in vertice frontis. *Tettigonia*, *Sphex*.

Varia adnotanda in fronte, uti Substantia, Figura, Superficies.

Substantia. Cornea plerisque
Vesicularis. *Myopa*.

Figura. Acuminata, acumine inter antennas terminata. *Gryllus*.
Rostrata, acumine elongato armata. *Astacus*.
Scutata, tecta thoracis substantia cornea explanata. *Cassida*, *Lampyris*.
Turrita, elevata, cylindrica, porrecta. *Fulgora Laternaria*, *Truxalis*.

Superficie. Lævis, nullis impressionibus distincta.
Glabra, nulla hirsutie prædita.
Punctata, punctis plurimis vagis impressa.
Scabra, punctis elevatis adspersa.
Unicornis, prominentia notabili unica acuta armata. *Scarabæus*.

Bicor-

Bicornis. *Scarabæus*.

Tuberculata, prominentia parva obtusa instructa. *Scarabæus*.

Carinata, linea longitudinali elevata, acuta. *Curculio*.

Canaliculata, linea longitudinali impressa. *Curculio*.

Pubescens, villis parvis tomentosa. *Melolontha*.

Pilosa, pilis longioribus rigidioribus instructa. *Phalæna*.

Hirta, villis densis longioribus tecta. *Apis*.

§. *II. De Trunco*.

TRuncus est pars corporis inter caput et abdomen, atque constat thorace, scutello, pectore, sterno. In plerisque Insectis a capite distinctus observatur, in aliquibus cum capite coalitus, ut in *Aranea*.

α THORAX superior trunci pars, dorsumque refert, et differt figura, proportione, superficie, margine, suturis.

Figura. Linearis, æqualis ubique latitudinis. *Mantis*.

Orbiculatus, cujus diameter transversalis æqualis longitudinali. *Silpha*.

Ovatus, cujus diameter transversalis brevior longitudinali. *Carabus*.

Strumarius, lateribus dilatato-in-

flatis . *Gryllus* .

Lunaris , lateribus antice porrectis . *Acanthia* .

Retusus , antice sinu obtuso terminatur . *Scarabæus* .

Acuminatus , terminatus mucrone . *Sepidium* .

Lanceolatus , porrectus antice attenuatus . *Brentus Anchorago* .

Transversus, cujus diameter transversalis superat longitudinalem . *Dytiscus* .

Planus , cujus discus eumdem cum marginibus situm tenet .

Mucronatus , terminatur sinu obtuso cum mucrone . *Scarabæus* .

Testatus , totum corpus cute calcarea obvolvens . *Cancer* .

Proportione . Abdomine brevior plerisque .

Abdominis longitudine . *Curculio* . *Mantis* .

Abdomine longior . *Curculio* .

Superficie . Tomentosus , villis vix conspicuis tectus .

Pilosus , pilis distinctis elongatis præditus .

Hispidus , setis rigidis sparsis instructus .

Cristatus, dorso fasciculis pilorum exasperato . *Bombyx* , *Noctua* .

Tuberculatus, prominentiis convexis , obtusis inæqualis . *Scarabæus* , *Gryllus* .

Acu-

Aculeatus, aculeis rigidis acutis disci sparsis. *Cancer*, *Hispa*.

Cornutus, prominentiis longioribus porrectis. *Scarabæus*.

Glaber, absque omni pubescentia.

Lævis, absque omni inæqualitate.

Incrustatus, testa calcarea tectus. *Astacus*.

Serratus, linea longitudinali elevata, acuta, dentata. *Gryllus*.

Carinatus, linea longitudinali elevata, acuta, lævi. *Gryllus*.

Canaliculatus, linea longitudinali impressa. *Buprestis*.

Striatus, lineis superficialibus longitudinalibus impressus.

Sulcatus, lineis longitudinalibus profundioribus impressus.

Punctatus, punctis parvis excavatis vagis adspersus.

Variolosus, punctis majoribus cicatrisantibus excavatus.

Rugosus, lineis transversis longitudinalibusque vagis.

Plicatus, incisuris profundis transversalibus. *Aphis*.

Scaber, punctis plurimis elevatis vagis.

Margine. Marginatus, lateribus prominulis. *Silpha*, *Lampyris*.

Spinosus, utrinque acumine duro, rigido armatus. *Cerambyx*.

Dentatus, acuminibus brevioribus ho-

horizontalibus spatio remotis. *Prionus*.

Tentaculatus, tentaculis retractilibus bifidis utrinque instructus. *Malachius*.

Callosus, substantia a thorace diversa utrinque tectus. *Chrysomela collaris*.

Ciliatus, setis parallelis longitudinalibus obvallatus.

Erosus, sinubus majoribus aut minoribus utrinque excavatus. *Cerambyx*.

Foliaceus, marginibus valde prominentibus membranaceis. *Mantis*.

Deflexus, marginibus declinatis.

Inermis, marginibus omnino lævibus.

Suturis. Quibus reliquis corporis partibus adhæret. Hæ sunt *coleoptratorum* propriæ.

Unde qua Capiti thorax adligatur anterior *Sutura* dicenda; qua vero *Elytris* posterior.

β SCUTELLUM thoraci postice adhærens, inter alas porrectum.

In quibusdam Insectis deest; in quibus autem adest, videtur alarum expansioni inter volandum inservire. Differt proportione, figura, superficie, apice.

Proportione. Abdomine brevius, ut in plerisque.

Ab-

Abdominis longitudine. *Cimex*, *Acrydium*.
Abdomine longius. *Acrydium*, *Membracis*.

Figura. Subrotundum, *Scarabæus*.
Ovatum. *Chrysomela*.
Triangulare. *Cetonia*.
Fornicatum, disco elevato marginibusque deflexis. *Acrydium*.
Quadratum. *Ichneumon*, *Vespa*.
Orbiculatum. *Musca*.
Scutatum, totum abdomen tegens. *Cimex*.

Superficie. Carinatum, linea longitudinali elevata. *Acrydium*, *Gryllus*.
Lineatum, striis elevatis longitudinalibus. *Crabro fossorius*.
Sulcatum, linea longitudinali alte impressa. *Scarabæus*.

Apice. Acutum. *Cetonia*, *Membracis*.
Obtusum. *Melolontha*.
Emarginatum. *Cimex*.
Bi-adsexdentatum. *Stratyomis*.
Truncatum.

♃ PECTUS inferior trunci pars, thoraci respondens, eidemque quatuor pedes anteriores Insectorum hexapodum plerumque inseruntur. Iisdem fere differentiis gaudet pectus, quam thorax.

♂ STERNUM est linea pectoris longitudinalis, sæpe antice posticeque mucronata. Differt Proportione, Apice.

Proportione. Abbreviatum. *Hydrophilus*.

Elon-

Elongatum . *Buprestis* .

Apice . Integrum . *Dytiscus* .
Truncatum . *Dytiscus* .
Acuminatum . *Hydrophilus* .
Bifidum . *Dytiscus* .
Cornutum . *Buprestis* .

§. *III.* *De Abdomine*.

ABdomen visceribus fœtum , anulatum , et spiraculis porosis lateralibus pertusum , quæ respirationi dicata sunt , et utrinque tot numerantur , quot abdominis segmenta . Superior abdominis pars *Tergum* , inferior *Venter* nominatur, et pars postica abdomen terminans *Anus* . In Abdomine sequentia adnotanda .

Proportio . Brevissimum . *Evania* .
Longissimum. *Julus* , *Scolopendra*.

Connexio . Sessile , cujus diameter baseos certe æqualis sit diametro apicis . *Sphex* .
Petiolatum , cujus diameter baseos multo minor diametro apicis . *Sphex* .
Adnatum , trunci prona parte affixum . *Aranea* .
Impositum , trunci superiori parti adhærens . *Evania appendigaster* .

Figura . Depressum -- rotundatum -- compressum .
Lineare -- ovatum -- orbiculatum.
Cylindricum -- conicum .

Cla-

Clavatum, apice incrassatum, rotundatum. *Evania*.

Falcatum, petiolatum, compressum, incurvum. *Ichneumon*.

Hamosum, apice obtusum, inflexum. *Myopa ferruginea*.

Reconditum, in fossula pectoris latens. *Cancer*.

Segmenta: Quatuor. *Scarabæus*.

Quinque. *Dytiscus*.

Sex. *Ichneumon*.

Plura. *Julus*.

Nulla distincta. *Aranea*.

Superficies. Glabrum -- tomentosum -- pilosum -- fasciculatum -- canaliculatum -- carinatum -- punctatum.

Pellucidum, segmentis corneis transparentibus. *Lampyris*, *Musca*.

Hirtum -- spinosum.

Bicorne, prominentiis duabus cylindricis mollibus. *Aphis*.

Testatum, cute dura calcarea tectum. *Astacus*.

Brachiatum, subtus appendiculis pediformibus instructum. *Astacus*.

Margo. Integrum. *Dermestes*.

Serratum, angulis acutis imbricatis prominens. *Naucoris*.

Lobatum, in partes distinctas divisum. *Pediculus*.

Plicatum, plicis transversalibus pro-

profundis distinctum. *Aphis*.

Foliatum, utrinque prominens, sinuatum. *Mantis gongylodes*.

Hastatum, ventre antice spina acuta armato. *Cimex hæmorrhoidalis*.

Tentaculatum, tentacula mollia, retractilia utrinque exserens. *Malachius*.

Anus. Acuminatum. *Mordella*, *Trichius*.

Stylatum, prominentia cylindrica terminatum. *Aphis*, *Sirex*.

Aculeatum, aculeo rigido retractili punctorio armatum. *Sphex*, *Apis*.

Dentatum, prominentiis rigidis acutis distantibus distinctum. *Chrysis*, *Apis*.

Lamellatum, lamellis duabus aut quatuor compressis, approximatis. *Libellula*, *Aeshna*.

Foliaceum, laminis majoribus depressis superne tectum. *Astacus*.

Papillosum, papillis prominulis textoriis. *Aranea*.

Barbatum, hirsutie longiori circumvallatum. *Zygæna*, *Sesia*.

Obtusum. *Musca*.

§. *IV*.

§. IV. *De Artubus.*

ARtus thoraci abdominique adhærentes sunt cauda, aculeus, pedes, alæ, halteres, pectines. Suntque Insectorum adminicula ad celeriorem motum, & ad defensionem.

α CAUDA abdomen terminans evalvis est, et ad ova ponenda, aut ad motum dirigendum inservit. Differt proportione, figura, apice, setis.

Proportione. Corpore brevior. *Forficula.*
Corporis longitudine. *Ephemera.*
Corpore longior. *Scorpio.*

Figura; Articulata, articulis distinctis constans. *Scorpio.*
Recurva, versus apicem sensim adscendens. *Raphidia*, *Gryllus.*
Recta, horizontaliter exiens. *Gryllus.*
Inflexa, sub abdomine recondita saltatrix. *Podura.*
Setacea, sensim attenuata. *Ephemera.*
Corniculata, spina cornea, acuta, rigida. *Sirex.*
Forcipata, unguibus duobus arcuatis apice conniventibus. *Forficula.*
Chelata, apice incrassata pollice mobili. *Panorpa.*
Dentata -- Villosa.

Apice. Obtusa -- acuta.
Unguiculata, ungue arcuato rigido terminata. *Scorpio.*

Se-

Setis. Uniseta -- biseta -- triseta.
Penicillata, setis plurimis inordinatis. *Julus*.

β ACULEUS abdomen terminans, bivalvis, setam punctoriam rigidam exserens, a cauda distinctus figura, valvulis, et usu, quum plerisque Insectis armorum vicem gerat. Differt proportione, figura, margine.

Proportione. Obsoletus. *Formica*.
Abbreviatus -- mediocris.
Elongatus. *Ichneumon*.

Figura. Spiralis, sub abdomine convolutus. *Cynips*.
Cylindricus. *Ichneumon*.
Compressus. *Apis*, *Sphex*.
Reconditus, intra abdomen retractilis. *Apis*, *Vespa*.
Exsertus. *Ichneumon*.

Margine. Lævis nullis incisuris notatus. *Ichneumon*.
Serratus, incisuris æqualibus imbricatis dentatus. *Tenthredo*, *Apis*.

γ PEDES pectori abdominique affixi constant, coxa, femore, tibia, tarso, et differunt numero, situ, usu.

Numero. Quatuor, sex, octo, plures.

Situ. Pectorales -- abdominales.
Dorsales, dorso affixi. *Cancer dorsipes*.

Usu. Cursorii, porrecti ambulantes. *Cimex*, *Chrysomela*.
Gressorii, anticis abbreviatis absque

absque tarso. *Papilio*.

Fossorii, tibia brevi compressa, dentata. *Truxalis*, *Scarabaus*, *Scarites*.

Saltatorii, femoribus posticis incrassatis. *Chrysomela*, *Cicada*.

Natatorii, posticis compressis ciliatis, tarso mutico. *Dytiscus*, *Notonecta*.

Branchiales, natatorii fissi. *Monoculus*.

Raptorii, femore antico canaliculato, tibiam falcatam excipiente. *Nepa*.

COXA est prior pars pedis pectori vel abdomini immediate adhærens, femur adnectens.

FEMUR est superior articulus pedem adnectens, varians figura, margine, apice.

Figura. Angulatum, suturis acutis prominentibus. *Gryllus*.

Incrassatum, tibia multo latius. *Chrysomela*, *Curculio*.

Incurvum, circuli segmentum describens. *Musca diophthalma*.

Fulcratum, lamina valida, rigida baseos. *Mordella*.

Canaliculatum, per longitudinem excavatum. *Nepa cinerea*.

Dilatatum, marginibus porrectis membranaceis. *Gryllus*.

Cornutum. *Lamia pedicornis*.

Margine. Dentatum, prominentia unica vel pluribus distantibus nota-

tum. *Curculio*, *Vespa*.
Serratum. *Cancer*, *Gryllus*.
Inerme. *Cerambyx*.

Apice. Lobatum, membrana prominente terminatum. *Mantis*.
Spinosum, spina acuta, rigida terminatum. *Mantis*.
Clavatum, apice crassius. *Cimex*.
Inerme, præcedentibus oppositum.

TIBIA est secundus pedis articulus, variatque figura, superficie, margine, apice.

Figura. Cylindrica -- compressa -- triangularis -- fornicata -- angulata -- falcata.
Pollicata, in medio prominentia aucta instructa. *Nepa*.

Superficie. Pilosa. *Phalæna*, *Sphinx*.
Manicata, compressa pilis densissimis inordinatis tecta. *Apis*.
Tabernaculata, elevationibus variis inordinatis sparsis.
Canaliculata. *Carabus*, *Tipula*,
Glabra.

Margine. Dentata. *Scarabæus*, *Truxalis*.
Serrata. *Gryllus*.
Ciliata, pilis approximatis parallelis. *Dytiscus*.
Inermis. *Chrysomela*.

Apice. Spinosa, mucrone acuto rigido terminata. *Carabus*.
Mutica, præcedenti opposita. *Papilio*.

TAR-

TARSUS plerumque articulatus pedem terminans, differt articulorum numero, figura, margine, apice.

A numero articulorum tarsi ordines Insectorum construxit claris. Geoffroyus. Unde

Modo Nullus. *Scarabæus*.

Modo Unicus. *Papilio*.

Duo - tres - quatuor - quinque - sex - numerantur.

Tarsus autem *Figura* est Cylindricus-compressus.

Scutatus, articulo medio ad alterum latus dilatato, orbiculato. *Vespa cribraria*, *Dytiscus*,

Spongiosus, articulis subtus mollioribus crassioribus. *Helops*, *Chrysomela*.

Margine. Ciliatus -- Spinosus.

Apice. Unguiculatus, mucrone arcuato acuto armatus. *Scarabæus*.

Villosus -- Muticus.

Chelatus, articulo ultimo incrassato, fisso, pollice mobili. *Cancer*, *Astacus*.

♂ ALÆ thoraci affixæ aut sunt crustaceæ vaginantes, *Elytra* appellatæ; aut molles, tenues, et proprie *Alæ* dictæ. Ex Alis classium Insectorum characteres desumpsit Clarissimus Linnæus, quem secuti sunt quicunque in eadem disciplina se exercuere.

Elytra sunt alæ binæ superiores, crustaceæ, abdomen, alasque inferiores tegentes. Hæc quandoque connata observantur, et tunc alæ inferiores sive posticæ, et scutellum desunt.

Unde Scutellum ad explicationem alarum inferiorum destinari clare apparet. Differunt Elytra proportione, figura, superficie, suturis, margine, apice.

Proportione. Abbreviata. *Meloe*, *Leptura*.
Mediocria. *Chrysomela*.
Elongata. *Gryllus*, *Blatta*.

Figura. Linearia. *Cicindela*.
Attenuata, postice sensim angustiora. *Leptura*, *Necydalis*.
Plana, undique ejusdem elevationis. *Blatta*.
Deflexa, margine interiori altiori. *Gryllus*.
Cruciata, in medio flexa, ut superficies interior appareat. *Cimex*, *Nepa*.
Gibba, in medio valde elevata. *Chrysomela*.
Flexilia, quæ pressioni cedunt, nec franguntur. *Cantharis*, *Gryllus*.
Mollia, pressionis vestigia diu retinentia. *Meloe*.
Rigida, præcedentibus opposita. *Curculio*.

Superficie. Tomentosa -- pilosa -- fasciculata-lævia -- scabra, punctis elevatis distantibus exasperata. *Cerambyx*.
Tuberculata -- verrucosa punctis majoribus elevatis cicatrizantibus. *Curculio*.

Squa-

Squamata, lamellis erectis brevibus prominulis. *Curculio*.

Punctata. *Carabus*.

Striata, lineis longitudinalibus impressa. *Carabus*.

Punctato-striata, punctis in lineas longitudinales digestis. *Chrysomela*.

Sulcata, lineis longitudinalibus profundioribus exarata. *Carabus*.

Porcata, sulcata sulcis punctis oblongis elevatis adspersis. *Carabus porcatus*.

Rugosa, lineis variis elevatis reticulata. *Silpha rugosa*.

Lineata, lineis elevatis longitudinalibus. *Silpha atrata*.

Crenata, lineis elevatis longitudinalibus undulatis. *Curculio*.

Spinosa, aculeis validis, rigidis, acutis armata. *Curculio*, *Hispa*.

Glabra, præcedentibus opposita.

Sutura. Longitudinalis, margo elytrorum conniventium interior, dorsalis quoque dicta.

Transversalis, qua elytra thoraci adhærent, semper binæ.

Margine. Marginata. *Silpha*, *Cassida*.

Serrata. *Buprestis*.

Dentata. *Buprestis*.

Sinuata, emarginatura notata. *Silpha sinuata*.

Inermia, præcedentibus opposita.

Apice. Rotundata, segmento circuli terminata. *Gryllus.*
Clunata, postice convexa. *Lamia.*
Acuminata, mucrone rigido valido terminata. *Tenebrio.*
Truncata, postice obtusa, abscissa. *Staphylinus.*
Fastigiata, apice emarginata. *Leptura, Stenocorus.*
Mucronata, emarginata cum mucrone in medio emarginaturæ. *Buprestis.*

ALÆ membranaceæ, nervosæ, duæ vel quatuor, et in nonnullis Insectis nullæ. Ubi quatuor Alæ, duæ plerumque primores sive anteriores sunt, duæ secundariæ sive posteriores. Differunt numero jam dicto, proportione, figura, superficie, margine, apice.

In Alis Glossatorum varietas colorum a squamis erectis, coloratis pendet.

Proportione. Rudimento brevi alarum. *Gryllus.*
Anteriores longiores. *Ephemera.*
Omnes æquales. *Gryllus, Panorpa.*
Posteriores longissimæ. *Coccinella.*

Figura. Lineares. *Panorpa.*
Lanceolatæ, utroque apice attenuatæ. *Noctua Verbasci.*
Rotundatæ, fere circulum describentes. *Papilio.*
Deltoideæ, postice obtusissimæ et fere retusæ. *Pyralis.*
Laciniatæ, fissæ digitatæ. *Pterophorus.*

Re-

Reversæ, margine exteriori alæ posticæ prominente. *Bombyx*.

Exsertæ, pone elytra prominentes. *Forficula*.

Tectæ, sub elytris reconditæ. *Eleuterata* pleraque.

Plicatæ, lineis longitudinalibus coarctatæ. *Vespa*.

Convolutæ, corpus arcte cingentes. *Tinea*.

Rhomboideæ, ab angulo postico ad apicem longiores, quam ad basim. *Papilio*.

Incumbentes, alis superioribus inferiores tegentibus. *Noctua*.

Patentes, omnibus expansis. *Bombyx*, *Phalæna*.

Erectæ, sursum ad se invicem accedentes. *Papilio*.

Deflexæ, margine tenuiori altiore, crassiori. *Noctua*.

Falcatæ, apice acuminatæ, arcuatæ. *Bombyx Atlas*.

Striatæ, venis elevatis distinctis longitudinalibus exaratæ.

Reticulatæ, venis longitudinalibus transversalibusque anastomosantibus. *Hemerobius*.

Clavatæ, versus apicem incrassatæ. *Panorpa*.

Superficie. Squamatæ, lamellis erectis coloratis tectæ. *Glossata*.

Pilosæ, setis rigidis distantibus

adspersæ. *Musca*, *Tipula*.

Nudæ, præcedentibus oppositæ.

Fenestratæ, squamatæ maculis nudis, pellucidis. *Bombyx Atlas*.

Concolores, utraque pagina eodem modo coloratæ. *Papilio*.

Ocellatæ, maculis e variis coloribus annulatis ornatæ. *Papilio*.

Pupillatæ, ocellatæ puncto ocelli medio distincto. *Papilio*.

Cœcæ, præcedentibus oppositæ.

Fasciatæ, lineis latioribus transversalibus coloratis distinctæ. *Noctua*.

Strigatæ, lineis angustis transversalibus coloratis, pictæ. *Phalæna*.

Margine. Crenatæ, incisuris lævissimis notatæ. *Sphinx*, *Bombyx*.

Dentatæ, incisuris majoribus distantibus. *Sphinx*.

Caudatæ, margine postico elongato attenuato. *Papilio*, *Truxalis*.

Emarginatæ. *Pyralis emarginata*.

Erosæ, sinubus variis laceræ. *Noctua libatrix*.

Ciliatæ. *Phryganea*, *Musca*.

Angulatæ, prominentiis variis horizontalibus distinctæ. *Sphinx*.

Apice. Obtusæ -- truncatæ. *Phryganea*.

Acutæ. *Hippobosca*.

Acu-

Acuminatæ. *Bombyx Atlas*.

ε HALTERES sunt rudimenta alarum posticarum sub alis Insectorum Antliatorum, et constant aut capitulo petiolato: aut squama membranacea fornicata. Ad æquilibrium facilius servandum facti videntur. Has particulas *libramenta* vocat Schluga.

ζ PECTINES bini inter abdomen et pectus locati, altero latere dentati, dentium numero varii, qui ad unicum scorpionis genus spectant. Eorum usus adhuc ignotus. A dentium numero species Scorpionum facillime distinguuntur.

CAPUT II.

De Insectorum Metamorphosi.

ADmirandum sane naturæ portentum est Insectorum metamorphosis, qua omnia ex ovo nascentia varias mutationes subeunt, priusquam ad perfectum animalculi statum perveniant. Hujusmodi mutationes sunt tot novæ externæ facies, quas certis quibusdam temporibus Insecta adquirunt, donec perficiantur, et ad tres utplurimum reducuntur: videlicet *Larvam*, *Pupam*, et *Imaginem*. Quamvis triplex metamorphosis omnibus Insectis sit communis, graduum tamen varietate differt; quum alia totam mutent in singulis transformationibus structuram, alia vero detractis tantum tunicis in imaginem transeant. Metamorphosis insectorum tanti habenda, ut ab ejus cognitione naturales ipsorum ordines statui possint; ideoque subjungenda in cujusque Insecti descriptione. Quoniam ab ovo evolvitur Larva, e larva formatur Pupa, e pupa in lucem venit Imago, e re nostra erit de hisce sigillatim sermonem instituere.

OVUM tunicatum sub minima mole continet rudimentum futuri animalculi, unde ruptis tunicis larva egreditur. Insecta omnia ovipara sunt, unis exceptis Aphidibus, teste Reaumurio, vere oviparis, et autumno viviparis. Cura matris pro ovorum conservatione admiranda. Differunt ova figura, situ, vestitu, colore.

Figura. Globosa. *Aranea*.
Hemisphærica. *Cancer*.

Ob-

Oblonga -- Conica. *Truxalis*.

Cylindrica.

Petiolata, filo elongato insidentia. *Hemerobius*.

Coronata, pilis quibusdam rigidis apice armata. *Nepa*.

Situ. Solitaria, quæ sparsim alia ab aliis separata deponuntur. *Ichneumon*.

Aggregata, plura in eodem loco deposita. *Truxalis, Gryllotalpa*.

Annulata, aliis corporibus annulatim adhærentia. *Bombyx neustria*.

Adhærentia, quæ sub matris abdomine circumferuntur branchiis adhærentia. *Astacus*.

Innata, sub valvulis abdominis aperiendis latentia. *Oniscus*.

Saccata, in sacculo filis contexto, pedibus posticis imposita. *Aranea*.

Abdominalia, intra matris abdomen exclusa. *Coccus*.

Vestitu. Gummosa, materia quadam tenaci adglutinata. *Oestrus*.

Pilosa, pilis pulverulentis abdominis obducta. *Bombyx dispar*.

Favosa, in favis vario modo constructis abscondita. *Vespa*, *Apis*.

Saccata, filis tenuissimis, creberrimis circumdata. *Aranea*.

Fo-

Foliata, intra folium convolutum utraque extremitate clausum conservata. *Attelabus*.

Gallata, intra gallam a matris punctura excrescentem latentia. *Cynips*.

Imposita, intra reliquorum animalium corpora latentia. *Oestrus*, *Sphex*.

Glebata, intra terræ glebam deposita. *Scarabæus*.

Custodita, intra acervum e foliis quisquiliisque accumulatum asservata. *Formica*.

Nuda, omni vestitu orbata. *Pulex*, *Musca*.

Colore. Pleraque sunt alba, grisea, viridia, aut brunnea. Colores mixti rari.

LARVA, sive *Eruca*, aut *vermis*, insecti infantiam repræsentat. *Mollis* est, succulenta, sterilis, vorax, alimento proprio nutrit imaginem latentem in adultiorem ætatem. Absque alis, sæpe absque pedibus, persæpe pluribus pedibus ornata. In dies increscit, et in incremento plerumque quater exuvias deponit, donec in *Pupam* transeat.

PUPA, sive *Chrysalis*, *Nympha*, aut *Aurelia*, insecti adolescentiam continet in vegetam ætatem. Durior est, siccior, sterilis, non amplius increscens, sæpe quiescens, roboratque latentem imaginem ad maturitatem usque. Nuda est, vel folliculata, sæpe absque ore, modo pedibus ornata, modo apoda. Tam

Tam *Larvæ*, quam *Pupæ* metamorphosis varia est ex varia earumdem structura: estque

α COMPLETA: *Larvis* et *Pupis* currentibus, agilibus, omnibus partibus imagini simillimis, semper crescentibus, voracibus, sterilibus, exuvias deponentibus. Sint exemplo *Aranea*, *Cancer*, *Astacus*.

β SEMICOMPLETA: *Larva* hexapoda agili, absque alis: *Pupa* agili alarum rudimenris. *Gryllus*, *Cicada*, *Cimex*, *Libellula*.

γ INCOMPLETA: *Larva* hexapodà vel polypoda succulenta, tarda: *Pupa* pedata, quiescente. *Scarabæus*, *Apis*, *Formica*.

δ OBTECTA: *Larva* polypoda, agili, succulenta: *Pupa* apoda, quiescente, corticata, thorace, abdomineque distinctis; eaque vel nuda vel folliculata. Classis *Glossatorum*.

ε COARCTATA: *Larva* apoda, annulata, mobili: *Pupa* apoda, immobili, coarctata intra globum. *Musca*, *Oestrus*.

Prædictæ metamorphosis species tam in larvis quam in pupis diversas earumdem structuras exhibent, quas ob oculos ponit claris. Fabricius in sua Philosophia entomologica. Nos aliquas tantummodo hic adnotandas censemus, reliquas vero sub unoquoque Genere Insecti explicandas commodius existimamus.

Metamorphosis completæ *Larva* et *Pupa* parentibus simillimæ difficilem reddunt specierum determinationem, et sæpe specierum numerum multiplicant. Exemplum luculentum præstant *Araneæ*, quarum plures species forsitan erunt larvæ aut pupæ reliquarum.

Semi-

Semicompletæ metamorphosis *Larva* constat capite, thorace, abdomine, cauda, pedibus.

Capite: ore, antennis, forcipe, et oculis duobus ornato.

Thorace inter caput et abdomen.

Abdomine annulato, spiraculisque pertuso.

Cauda abdomen terminante.

Pedibus omnibus sex thoraci adfixis.

Pupa. Agilis, currens, statura et partibus larvæ, adquirit tantummodo alarum rudimenta corpore breviora, thoraci adfixa.

Incompletæ metamorphosis *Larva* constat capite, corpore absque thorace, pedibus, cauda.

Capite: ore, antennis, fronte, oculis prædito.

Corpore annulato, spiraculis utrinque novem ad latera distinctis, plerumque coloratis.

Pedibus sex, octodecim, duobus ac viginti, et quibusdam nullis. Ubi plures sex, anteriores sive pectorales tantum veri pedes, reliqui omnes spurii, et mutici.

Cauda abdomen terminante.

Pupa: Quiescens in proprio incunabulo continet perfectum animalculum, imagini excepta cauda simillimum. Alæ complicatæ, sub

sub abdomine inflexæ, cum antennis pedibusque tenui membrana inclusæ latent.

Varia Incunabuli consistentia Pupa

Modo Pilularia intra terræ glebam intus politam latens. *Scarabæus*.

Obligata, filis quibusdam circa corpus adhærens. *Chrysomela*, *Tenthredo*:

Modo Custodita apparet, intra cellulas aut acervos vario modo constructos adservata. *Apis*, *Vespa*, *Formica*, *Termes*.

Obtectæ metamorphosis Glossatorum propriæ, *larva* constat capite, corpore, pedibus, cauda.

Capite: ore, oculis, fronteque absque antennis prædito.

Corpore succulento, annulato, spiraculisque pertuso.

Pedibus pluribus quam sex, quorum anteriores sex veri pedes, reliqui spurii.

Cauda paucis donata, et biseta, reliquis pro cauda pedes caudales.

Pupa. Coarctata, incrustata, quiescens, thorace abdomineque distinctis. Nuda est vel folliculata.

Thorax est Pupæ pars anterior corticata absque annulis, et absque spiraculis.

Ab-

Abdomen corticatum, annulatum, spiraculisque pertusum.

Coarctatæ metamorphosis *larva* apoda, annulata, mobilis annulorum expansione, constat capite, abdomine. Exuvias haud exuit, ne metamorphosin quidem subit. Pleræque molles sunt, albidæ.

Pupa. Coarctata, corticata, immobilis, nullas partes Imaginis latentis ostendens.

IMAGO sive Insectum perfectum, generans, pariens, agilis, plerumque alata, antennisque instructa, virilem Insecti ætatem exhibet. Non amplius increscit; imo plures species ne victum quidem capiunt, et soli generationi sunt intentæ; qua peracta brevi pereunt, et in avium inprimis escam cedunt. Ceterum sunt annui Naturæ ministri, qui dum victum quærunt proportionem inter vegetabilia servant, et superflua, mortua, putrida consumunt.

CAPUT

CAPUT III.

De Insectorum sexu.

SExus in Insectis comprehendit Masculum feminamque in distinctis Individuis, quæ generant perfecta ad individuorum multiplicationem. Nec desunt Neutra, quæ absque genitalibus sterilia, nonnullis societate fœderantur ad commodiorem vitam, et posteritatis conservationem. Larvæ et Pupæ absque genitalibus semper steriles.

Genitalium situs in plurimis Insectis est in abdominis extremitate, ubi pro excrementis, et genitura communis exitus.

Aranea mas in palpis, femina sub abdominis basi.

Cancer mas et femina sub abdominis basi.

Libellula mas in pectore, femina in apice abdominis genitalia gerunt.

Sexus androgynus, et hermaphroditus in Entomologia rarissimus.

Femina mari plerumque major, et sola posteritatis curam gerit, quum mas post fœcundationem pereat, superstite femina, donec ova posuerit, et apto ad exclusionem loco commiserit. Hinc usus Aculei, et Caudæ in quibusdam Insectorum feminis. In Apum republica femina principatum tenet, a Neutris tamquam spadonibus nutrita, maribusque ignavis circumdata, ra-

ro exiens satellitibus semper stipata. Quod singulare est polyandriæ naturalis exemplum in Insectis.

Feminæ Insectorum post ovorum depositionem pereunt, exceptis aquaticis, ex. gr. Cancro, Astaco, Monoculo.

Sunt vero quædam Insecta, idque raro exemplo, quæ ovorum adhuc curam gerunt.

Astaci sub abdomine ova servant.

Aranea saccum ovis repletum circumfert.

Apes et *Formicæ* ovorum conservationem neutris committunt.

Oniscus ova in loculamento quadrivalvi sub abdomine gerit.

Coccus immobilis ova intra abdomen excludit, quæ exclusa sibi exitum parant; hinc corpus matris quasi integumentum ovorum evadit.

Stupenda demum Insectorum fertilitas ad speciei conservationem. Bombyx 3-400. ova quotannis parit. Apis 4000. ova ponit.

Insecta adhuc nota ovipara sunt. Quæ autem de Aphidibus viviparis asserit Reamurius, et de iisdem per varias generationes ab unico coitu gravidis in medium attulit idem Auctor, etsi in dubium revocari possint, generali tamen Naturæ legi minime adversantur. Idem de Coccis et Oniscis supra memoratis intelligendum.

Ha-

Habenda pariter ratio scorpionum, qui vivipari sunt, uti observavit Redi, et post eum confirmavit D. Amoureux filius in opere, cui titulus *Notice des Insectes de la France reputès venimeux*.

Mas et femina in Insectis propagant simul; nam solum ovum, aut sola genitura prolem gignere minime valent.

Corpus Insectorum duplici constat principio; medullari interno, et corticali externo. Medullare principium comprehendit cerebri rudimentum, ejusque propagines. Principium corticale respicit musculos, cutem, reliquasque corporis partes.

Generatio in collatione principii medullaris et corticalis tota consistit; quum ambo per se inertia sint, conjuncta vero multiplicabilia in infinitum. Nulla igitur nova creatio, sed omnis generatio est continuata multiplicatio principii medullaris et corticalis initio creati.

Principium medullare a matre, corticale a patre. Unde in ovo exsistit rudimentum medullare, in genitura rudimentum corticale; et ab eorum conjunctione omnis generatio.

SECTIO II.

DE SYSTEMATE ENTOMOLOGICO.

SYstema entomologicum, quod idem est ac Insectorum dispositio, & denominatio, versatur in determinatione omnium Insectorum; adeo quidem, ut redigantur ad Classes, Ordines, Genera, Species, et Varietates singula eorum Individua, et suis distinguantur nominibus non solum Classes, et ordines; verum etiam Genera et species.

Dispositio Insectorum respicit dissimilium divisiones, similiumque conjunctiones, et methodi aut systematis nomine venit, quæ vel artificialis est, in Classes nimirum et Ordines Insecta distribuens: vel naturalis, Generum, specierum, et varietatum rationem habens.

Denominatio nomina Insectorum statuta et statuenda complectitur, quibus clara idea cujusque Insecti comparari potest; unde nomina generica et specifica efformata.

Dispositio igitur et denominatio sunt duo fundamenta, quibus nititur Systema entomologicum, ex eoque scientiæ Insectorum perfectio. Unde operæ pretium erit de hisce verba facere.

CA-

CAPUT I.

De Dispositione.

Dispositio est Insectorum reductio in Classes, quæ in Ordines subdividuntur, illorumque in Genera, species, et varietates distinctio. Videamus primo quid sit Classis, et Ordo: quid Generis, speciei, et varietatis nomine sit intelligendum: secundo Characteres inspiciamus, quibus hæc omnia insigniri debent, ut non solum inter se distingui, verum etiam ab unoquoque dignosci possint.

§.I. *De Classe, Ordine, Genere, Specie, et Varietate.*

Classis est plurium Generum convenientia secundum leges Artis et Systematis. In explorato est adesse classes naturales Insectorum, sed non omnia Insecta ad Classes naturales redigi adhuc possunt; necesse igitur erit ut Classes artificiales introducantur in Systemate, quod utut artificiale, non minimæ utilitati esse potest dignoscendis et distinguendis Insectis.

Ordo est Classium subdivisio in commodum systematis constructus, ut numerosa Genera in Classe revocata in subdivisionibus facilius invenirí, et distingui possint.

Genera Insectorum tot sunt, quot species naturales creavit Natura, sint exemplo *Curculio-*

nes, *Scarabæi*, *Papiliones*, *Cimices*, *Cicadæ*. Sed quum inextricabilia sint omnia Genera naturalia, substituuntur Genera artificialia, desumptis distinctionis characteribus a partibus Insectorum prout collibuerit systematis artificialis Architecto. Id autem huic curandum est, ut ejusmodi Genera statuantur, quorum characteres constantes sint, et omnibus speciebus sub eodem Genere militantibus convenientes. Hinc factum est ut plurima Genera, quæ cl. Linnæus omnium primus condidit, locum inveniant in quocumque systemate artificiali, quæque Ill. Fabricius stabilivit ab omnibus recepta hodie sint.

Species tot numerantur, quot diversæ formæ constantes hodie exsistunt. Omnes species naturales ex ovis matrum propagantur, earumque Individua diversas formas constantes induere possunt, et multiplicari in species, quæ proprio et communi charactere naturali ad speciem naturalem referri debent, quæ appellabitur Genus, ad quod omnes proles specierum nomine insignitæ, propter diversas formas constantes inter se differentes, reducuntur.

Varietates tot dicuntur, quot differentia ex ejusdem speciei ovis producuntur Insecta. Hæ varietates non parum confusionis gignere solent in specierum distinctione, quum sæpe meræ varietates, quæ a caussis accidentalibus oriuntur, et facile evanescunt, pro speciebus assumi possint. Exemplum naturalis et constantis varietatis ostendit duplex sexus, et neuter ubi occurrit.

§. II.

§. II. *De Characteribus*.

CLassium characteres ab iisdem semper partibus Insectorum desumi debent; hinc optime Linnæus ab alis Insectorum classium characteres constituit; diserteque Fabricius ab instrumentis cibariis.

Generum characteres ut sint constantes, respicere debent *numerum*, *figuram*, *situm*, *et proportionem* partium, a quibus desumuntur. Hæ regula Genera confecit Fabricius, desumendo characteres a numero, figura, situ, et proportione partium oris Insectorum, cum quia constantiam characterum in illis partibus invenit, tum quia sufficientes notæ ex illis extrahi possunt pro statuendis Insectorum adhuc detectorum, et detegendorum Generibus.

Numerum partium oris in congeneribus constantissimum se observasse testatur Ill. Fabricius. Figuram vero interdum variare candide idem fatetur; sed situm vix aberrare, et proportionem rarissime asserit.

Instrumenta cibaria in vario sexu ejusdem speciei rarissime differunt. Si vero in *Lucano Cervo* mandibulæ diversæ sint, et palpi in *Aranea*, in his tamen maxillæ et labium semper constantissima et simillima.

Antennæ ad Generum characteres raro aliquid præstant; sed adnotandæ semper in unoquoque Genere, ut pro characteribus secundariis inservire possint, et Generis cognitionem facilio-

rem reddere. In Classe Glossatorum Antennæ characteres aptissimos suggerunt pro distinguendis generibus.

Metamorphosis ratio habenda, quia viam sternit ad ordines et Genera naturalia. Sed characteres a perfecta imagine repetantur oportet, non vero a diversis Insecti mutationibus.

Habitus Insectorum quamvis characteres pro Genere constituendo haud offerre valeat, minime tamen contemnendus, quum in Insectorum cognitione tyrones manuducat, ut facilius illa addiscant; iis autem, qui in hac scientia versantur, plurimum conferat ad Genera et species determinanda sine characterum examine. Et sane cl. Fabricius plurima rarissima Insecta describit in suis operibus, quæ in museis collecta observaverat, neque certe ipsi facultas concessa fuit ea dissecandi, ut characteres ex instrumentis cibariis eruere potuerit. Quod verum, habitus in entomologia semper sed caute consulendus, dum Natura in Animantibus constantem physionomiam servat; secus ac in vegetabilibus, in quibus frequentissima formæ variatio et specierum confusio passim advertitur, ideoque ad characteres, ut ab hujusmodi ambagibus extricemur, confugiendum.

Character, idem ac Generis definitio, triplex est. Factitius, essentialis, et naturalis.

Character essentialis notam Generi soli propriam designat, qua illico ab omnibus Generibus ejusdem ordinis naturalis distinguitur. Sed non est ubique possibilis; imo sicuti supponit genera jam cognita, ita si novum Genus detegatur, in quo idem character occurrat, tunc pro-

proprietatem characteris essentialis statim amittit.

Character factitius Genus ab aliis Generibus ejusdem ordinis artificialis distinguit, ideoque in defectum essentialis characteris adhiberi potest; locumque habet tantummodo in designato systemate artificiali, quo exoleto evanescit pariter character factitius.

Character naturalis notas omnes possibiles colligit, includitque characterem essentialem et factitium. Hic aliis anteponendus, quia in systemate naturali, et in quocumque artificiali semper locum habebit, dum reliqui fallaces evadere possunt.

Characteres admittendi tantum illi, qui visus sensui occurrunt; erronei vero reputandi, qui a domicilio, alimento, odore, colore, loco, comparatione, aliisque in medium afferuntur.

Vocibus tandem puris Artis exponendi Characteres generici, ut compendiaria loquendi ratio sua fulgeat perspicuitate. Luculenta hujusmodi vocum supellex in prima hujus operis parte exposita habetur.

Differentia specifica distinguit Insectum ab omnibus congeneribus. Continet characterem speciei essentialem, qui cum charactere naturali in ejus descriptione exsistit.

Differentiæ character a partibus Insectorum haud ludentibus desumendus, ne pro specifica differentia varietas Individui proponatur.

Differentiæ a magnitudine, a collatione cum aliis Insectis, vel cum speciebus ejusdem Generis omnino rejiciendæ sunt.

Nomen

Nomen Inventoris in differentia non adhibendum, sed ad finem descriptionis apponendum.

Locus natalis in fine synonymorum addi debet, nam ad differentiam non pertinet.

Falsæ sunt differentiæ ab alimento, a solo, aut frequentia desumptæ.

Differentiæ a larva et pupa non admittendæ, quum locum habeant tantummodo in descriptione.

Tempus Insectorum nil valet; quum eorum nativitas pendeat ab aeris temperie in diversis Regionibus varia.

Odor numquam differentiam statuit; hinc erroneæ differentiæ ab odore desumptæ.

Color tantummodo deficientibus aliis notis in differentia adhiberi potest, etiamsi mirum in modum variet in eodem Insecto, atque in diverso sexu.

Differentia utrumque sexum respicere debet.

Pubescentia, uti spinæ et hirsuties, sæpe aptas differentias offert.

Antennæ, Caput, Oculorum situs, Thorax, Abdomen, et Anus optimas exhibent differentias.

Sternum exsertum, et Pectines in quibusdam Generibus proprii veras differentias præbent.

Scutellum magni faciendum in differentia.

Alæ elegantissimas offerunt differentias.

Differentiæ a cauda petitæ sæpius naturales sunt: ab aculeo vero nil præstant, quum mares plerumque nullum gerant.

Pedes commode in differentiis adhibentur. Sat erit animadvertisse in quibusdam Insectis pedes

des anteriores sexu differre, posteriores vix unquam.

Instrumenta cibaria quandoque differentias præbere valent, sed raro ad ea confugiendum.

Ceterum omnis differentia specifica numerum, figuram, situm, et proportionem variarum Insecti partium, a quibus desumitur, respicere debet.

Atque ut uno veluti oculorum obtutu singula quæ diximus inspiciantur, concludendum, colorem, magnitudinem, collationem, auctoritatem, locum, alimentum, frequentiam, metamorphosin, tempus, sexum, proprietates semper fallacia esse, et a differentia excludenda.

Pubescentiam vero, caput, abdomen, scutellum, caudam, instrumenta cibaria, antennas, thoracem, sternum, alas, pedes fidas et optimas notas præbere in distinguendis Insectorum speciebus.

Demum animadvertendum differentiam nunquam plura quam duodecim vocabula admittere.

CAPUT II.

De Denominatione.

Denominatio alterum entomologiæ fundamentum nomina classium, ordinumque systematis, et Generum ac specierum Insectorum complectitur.

Nomina Insectorum vel sunt classis et ordinis, vel generis et speciei. Dum Insectum occurrit, primo illud ad classem, ejusque ordinem reducimus, et nomine classico distinguimus; deinde ad Genus illius classis pervenimus, ad quod inventum Insectum propriis characteribus pertinet, et tunc nomine generico insignimus; tandem Generis differentia, ad quam spectat, quæsita, nomine specifico designamus. Exemplo res patefiet.

Si Insectum occurrat alis 4., quæ squamis imbricatis tectæ sint, cum lingua spirali involuta in ore, et cum corpore piloso, statim percipiemus ad classem lepidopterorum Systematis linnæani pertinere. Inde ad Generis determinationem gradum faciemus, quæ facillima evadet habita formæ Antennarum ratione, Quo facto differentia specifica invenietur, et nomine generico atque specifico Insectum designabitur. In systemate Fabricii lingua spiralis in ore inter duos palpos reflexos revocat idem Insectum ad Classem Glossatorum, et structura antennarum una cum palpis Genus ostendit, ad quod reducendum est.

No-

Nomina classium continere debent characterem essentialem suæ classis . Hinc linnæana nomina Classibus imposita ab alarum charactere optima sunt .

Nomina classium unico vocabulo constabunt .

Nomina ordinum continebunt characterem essentialem sui ordinis : ex. gr. Antennis filiformibus , Antennis seraceis etc.

Insecta , quæ Genere conveniunt, eodem nomine generico designanda . Quæ vero differunt , diverso nomine generico distinguenda .

Nomen Generis constans debet esse , et immutabile ; nam si character Generis semper idem, nomen propterea idem semper erit .

Qui novum condit Genus , nomen eidem imponere debet .

Nomina generica diminutiva e lingua latina petita toleranda sunt , uti Forficula, Nitidula , Coccinella .

Nomina generica græca et latina quamvis obscura retinenda sunt .

Nomina generica , quæ characterem essentialem , habitum , aut proprietatem ſingularem Insectorum sub Genere militantium exprimunt , optima sunt .

Nomen genericum antiquum antiquo Generi convenit , parumque intererit , utrum divinabitur quod fuerit apud Priscos illud Insectum , quum nomen dignum retinebimus , nec mutare audebimus .

Nomina generica in alia transferri non debent , quamvis digniora ; nam confusio oriretur in scientiæ detrimentum . Si

Si Genus receptum in plura dirimendum, tunc vulgatissimo Insecto ex ejus speciebus commune nomen relinquendum. Cl. Fabricius Scarabæi genus in quinque Genera divisit, nomenque scarabæi frequentissimis speciebus illius Generis attribuit.

Neque plusquam duodecim literas contineat nomen Genericum.

Species Insectorum; quæ ad proprium Genus pertinent, propria nomina imposita habent, quæ trivialia dicuntur. Hoc cl. Linnæi inventum ab omnibus receptum, in commodum cultorum historiæ naturalis cedit.

Nomina trivialia sint brevia. Numquam mutanda.

Quæ ad clarissimorum Virorum memoriam introducta servanda.

Nomina trivialia e plantis, quibus larvæ victitant, optima sunt.

Tolerabilia, quæ a colore, a loco, ab anni temporibus.

Nomina trivialia propria aut substantiva literis initialibus majoribus pingenda.

SE-

SECTIO III.

DE ADUMBRATIONE.

PErfecta Insecti historia, qua omnes ejus characteres, proprietates, et facultates secundum ordinem et terminos scientiæ exponuntur, adumbrationis nomen apud Historiæ naturalis cultores obtinet. Amplectitur eadem nomen, etymologiam, metamorphosin Insecti: denotat Classem, quo reducitur: ostendit characteres, differentias, varietates, synonyma: illustratque descriptione, Icone: tandem indicat loca, tempora, œconomiam, usum. Quæ sane omnia perfectam præbent Insecti cognitionem.

Quoniam hæc omnia ad exactam adumbrationem diserte tradita a cl. Fabricio occurrunt in sua Philosophia entomologica, hinc eo remittimus studiosos; contentique tantum erimus per summa capita normam exhibere, qua concinna Insecti adumbratio confici possit, rati unumquemque assidua exercitatione hujusmodi facilitatem sibi comparare posse.

In exponenda igitur Insecti historia primum Nomen genericum cum nomine triviali designandum; quod subsequitur differentia specifica legibus scientiæ concinnata cum citatione Auctoris.

Sequenti paragrapho subjungetur synonymia, ut innotescant diversa nomina, ipsi tradita a variis scriptoribus, et quibus characteribus fuerit definitum Insectum.

Post

Post Synonymiam varietas illius, si adsit; et deinde locus nativitatis, vel domicilii. Nomenque Inventoris non negligendum, si cognoscatur. Omniaque in distinctis paragraphis.

Subjungetur descriptio Insecti, quæ primum exhibeat caput, deinde thoracem, scutellum, abdomen, caudam, alas, halteres, pectines, pedes. Tandem adnotabitur color, mensura proportionalis, habitus, & metamorphosis cum descriptione larvæ & pupæ. Illustrabitur Icone.

Quæ ad perfectam adumbrationem concinnandam pertinent, exposita habentur in 1. & 2. sectione hujus opusculi, restat tantummodo aliqua subnectere de Locis natalibis, Temporibus, Œconomia, & usu Insectorum; de his igitur in sequentibus capitibus.

CAPUT I.

De locis natalibus, et Tempore Insectorum.

§. 1. Loca natalia Insectorum respiciunt Clima, Regiones, et Domicilium.

α Regio denotat Regna, Provincias, Pagos, et loca specialia.

β Clima indicat caloris aut frigoris gradum, intra quem vivunt Insecta. Unde

1. Indicum inter Tropicos Asiæ, Africæ, et Americæ.

2. Ægyptiacum præcedenti proximum.

3. Australe ab Æthiopia ad Caput bonæ spei. Huc refertur Americæ pars australis, Brasilia, Peruvia.

4. Mediterraneum, comprehenditque Regiones mari mediterraneo adjacentes, cujusmodi sunt Gallia Narbonensis, Italia, Lusitania, Hispania etc.

5. Boreale continet Europam borealem.

6. Orientale, Asiam borealem, Sibiriam, Tartariam, et Syriæ partem respicit.

7. Occidentale reducitur ad Americam borealem, includitque Japoniam, et Chinam,

8. Alpinum omnes continet Alpes.

γ Domicilium respicit locum, in quo Larvæ, Pupæ, & Imagines habitant, et alimentum capiunt. Hinc numeramus Mare, Lacus, Paludes, fimeta, Cadavera putrescentia, quisquilias, plantas fere omnes, diversasque earum partes, ipsamet Animalia viva, resque culinares.

§. 2. Tempus Insecti comprehendit *exclusionem*, *infantiam*, *adolescentiam*, *ætatem*.

Exclusio dicitur tempus, quo ova excluduntur.

Jam tum larva cum ab ovo excluditur usque ad mutationem in pupam refert Insecti *infantiam*.

A mutatione larvæ in Pupam usque ad imaginis proventum dicitur *adolescentia*.

Imago, quæ a Pupa evolvitur, præ se gerit *ætatem* Insecti usque ad mortem.

Tempus ætatis difficillime in omnibus Insectis determinari potest, quum alia vitam brevissimam agant, uti *Ephemera*, *Bombyx mori*: alia vero longissimam, cujusmodi sunt Insecta marina, uti *Astacus*, *Cancer*, *Scyllarus etc.*

CAPUT II.

De Œconomia Insectorum.

Omnia Insecta sustentantur, conservantur, et multiplicantur; idque summa industria, variisque adminiculis a Natura sibi impertitis ipsa exequuntur. Unde diversi modi, quos adhibent, dicuntur œconomia Insectorum.

§. 1. Sustentatio est modus, quo Insecta alimentum sibi proprium parant tam in larvæ, quam in imaginis statu. Hæc cognitio suppetit illorum educationem, & culturam.

Plurimæ larvæ rapina viventium sibi victum quærunt. Aliæ phytiphagæ sunt, & in iisdem semper plantis, quibus victitant, ab ovo excluduntur.

Imagines quandoque victum a larvis diversum quærunt, variumque pro varia earum natura.

§. 2. Conservatio complectitur varios modos, quibus Insecta ab hostibus se tuentur. Larvæ hostes sæpius eludendo. Pupæ sese abscondendo. Imagines fuga et volatu se abripiendo.

Conservatio speciei per multiplicationem obtinetur, et ultimus Naturæ finis videtur.

§. 3. Multiplicatio Insectorum unice ad propagandam speciem destinata est. Hinc industria in copula, in deponendis ovis, et in prolis educatione in statu larvæ & pupæ.

Copula Insectorum pro singulari natura, situque partium genitalium differt.

Plerisque genitalia in abdominis apice sita: Mares feminis insiliunt. *Eleuterata*, *Antliata*. Retro coeunt. *Glossata*.

Feminæ comprimunt mares. *Apes*, *Grylli*, *Locustæ*.

In pectore latent genitalia marum. *Libellulæ*.

Ad basim abdominis penes duos gerunt *cancrorum* mares: Feminæ vero genitalia ad basim pedum tertii paris.

In *Aranea* mare organum genitale est in ultimo articulo clavato palporum: in femina vero ad basim abdominis.

Lucem in tenebris spargunt *Lampyrides* nuptias celebrantes.

Nunquam ovis incubant Insecta, sed loco apto deponunt, ut defendantur, excludantur, simulque alimentum inveniant. Pauca larvas educant; imo quædam Natura neutris donavit, quæ larvas educarent. *Apis*, *Formica*, *Termes*.

CAPUT

CAPUT III.

De usu Insectorum.

INsectorum usus magnus est. Generalis, et specialis.

Usus generalis respicit œconomiam Naturæ, et versatur in conservatione, et multiplicatione speciei, in auferendis putridis et languidis, in detondendis quotannis vegetabilibus, in superfluis humoribus animalium sugendis, in servando æquilibrium inter animalium et vegetabilium species, et tandem aliis in alimentum cedendo.

Usus specialis est medicus aut œconomicus.

Medicum usum præstant *Cantharides*, *Meloe*, *Apes*, *Formicæ*.

Œconomicus est esculentus: *Cancer*, *Astacus*, *Gryllus*.

Tinctorius: *Coccus Chermes*.

Fila præbens: *Bombyx mori*, et alia plura.

Mel, ceramque: *Apis*, *Vespa*.

Noxa tandem Insectorum in œconomia humana major esse solet.

Insecta lædunt, destruunt omnia; hinc diligentia œconomorum summopere necessaria, ut avertantur hostes terribiles, qui mole parva clam operantur, sed fertilitate et numero immenso plurimum valent.

SECTIO IV.

DE VARIORUM SYSTEMATUM PRÆSTANTIA.

HActenus Insectorum partes descripsimus, eorumque Characteres ac proprietates exposuimus, nec philosophicam de iisdem tractationem habere negleximus, proximum nunc est, ut variis clarissimorum Auctorum methodis ad examen revocatis, inter ipsas dijudicemus, eamque ceteris posthabitis seligamus, quæ usui nobis esse possit tam in denominatione et distributione insectorum, quæ noscere velimus, quam in ordinandis iis, quorum describendorum cupido nos incesserit.

Præstantiora, quæ adhuc lucem aspexerunt, hujus scientiæ systemata, quatuor potissimum recenseri solent, quæ nimirum protulere Linnæus, Geoffroyus, Degeerus, ac Fabricius. Suis tamen singula non carent nævis, pluraque admittunt, quæ jure in ipsis reprehendes; quod quidem arguit ea ad umbilicum non esse adducta.

Carolus Linnæus suum systema ita concinnavit, ut ab alis Insectorum dispositionis characteres desumeret, distribueretque Insecta quatuor alis donata in quinque priores ordines, vel classes, rejectis iis, quæ duabus alis instruuntur, in sextum ordinem; septimo tandem accensitis, quæ iisdem destituuntur. Ita igitur incedunt digesti ab ipso ordines.

ORDO

ORDO 1. Coleoptera continet : alis superioribus crustaceis.
2. Hemiptera : alis superioribus semicrustaceis.
3. Lepidoptera : alis imbricatis squamis.
4. Neuroptera : alis membranaceis, ano inermi.
5. Hymenoptera : alis membranaceis, ano aculeato.
6. Diptera : alis duabus, halteribus loco alarum posticarum.
7. Aptera : alis nullis.

Geoffroyus easdem Linnæi classes retinuit, et tantummodo Hymenoptera cum Neuropteris conjunxit. Ordines vero a numero articulorum tarsi confecit. Unde evenit, ut genera contra Naturæ leges multiplicaret.

Clarissimus Carolus De Geer singulare systema proposuit, et in 14. Classes Insecta distribuit, in quarum decem prioribus alata, in posterioribus 4. Aptera sive alis destituta recenset, hinc

ORDO 1. Alata, sive alis instructa.

Subordo 1. Gymnoptera : Alis quatuor, in quo quinque classes.

Class. 1. Lepidoptera : alis quatuor farinosis. Rostro spirali.
2. Elinguia : alis 4. nudis. Rostro nullo. Dentibus nullis.
3. Neuroptera : alis 4. nudis, æqualibus, reticulatis, ore dentato.
4. Hymenoptera : alis 4. nudis, inæqualibus, nervis longitu-

dinalibus plerumque . Ore dentato . Ano armato plerisque aculeo .

5. Siphonata : alis 4. membranaceis . Rostro sub pectore flexo .

2. Vaginata : alis duabus : Thecis duabus. Clas. tres .

6. Dermaptera : Vaginis duabus semicoriaceis et semimembranaceis cruciato-complicatis . Alis duabus membranaceis . Rostro sub pectore inflexo.

7. Hemiptera : vaginis 2. coriaceis aliformibus . Alis duabus membranaceis . Ore dentato .

8. Coleoptera : vaginis duabus duris , crustaceis : Alis 2. membranaceis . Ore dentato vel maxilloso .

3. Diptera : alis duabus . Thecis nullis . Clas. duæ .

9. Halterata : alis 2. membranaceis . Halteribus duobus . Ore edentulo proboscide instructo .

10. Proboscidea : *Mare* alis duabus membranaceis . Halteribus nullis . Dentibus nullis, nec rostro . *Femina* aptera , sub pectore rostrata .

ORDO 2. Aptera .

4. Sal-

4. Saltatoria: alis nullis: larvæ pupæque statum transigentia. Clas. 1.
   11. Suctoria: alis nullis. Pedibus 6. Ore proboscideo. E nympha Imago.
5. Gressoria: Alis nullis. Sine metamorphosi ex ovo prodeuntia. Clas. tres.
   12. Aucenata: Alis nullis. Pedibus sex. Capite a thorace distincto.
   13. Atrachelia: Alis nullis. Pedibus sex vel pluribus. Capite thoraci adnato.
   14. Crustacea: Alis nullis Pedibus 14. et ultra. Capite a thorace distincto.

Universa Insecta ad 100. Genera revocat, propriis distinguenda characteribus, eaque in definitas classes distribuit. Ex dictis apparet optimum virum sequutum fuisse generalem Linnæi divisionem, at in Classibus ordinandis ab eo discessisse. Num vero hujusmodi systema sit ab omni parte perfectum, judicandum libenter damus nujus scientiæ peritis. Illud non leve incommodum in eo sese nobis offert, quod licet facilem viam aperiat, ut ad propriam classem Insectum quodvis redigatur, confusionem tamen non minimam parit, ut Genus ac Species determinetur, propter plurimorum nominum mutationem, quam invexit laudatus Auctor,

Illustris. Joh. Christ. Fabricius ab omnibus partibus oris, quas instrumenta cibaria appellat, characteres pro suo systemate collegit, habita ratione

tione *Numeri*, *Figuræ*, *Proportionis*, et *Situs* dictarum partium. Hinc in octo classes Insecta distribuit sequenti modo.

1. Os maxillis palpisque 4. aut 6.

Clas. 1. Eleuterata: maxilla nuda, libera.
2. Ulonata: maxilla tecta galea obtusa.
3. Synistata: maxilla connata cum labio.
4. Agonata: maxilla inferiore nulla.

2. Os maxillis palpisque duobus.

5. Unogata: maxilla inferiore sæpius unguiculata.
6. Glossata: os palpis linguaque spirali.
7. Ryngota: os rostro: vagina articulata.
8. Antliata: os haustello: vagina inarticulata.

Nullus dubitandi locus relinquitur, quin hoc Fabricii systema reliquis præstantius sit, sed characteres, quibus utitur egregius Auctor, solo microscopio conspicuos difficillimum tyronibus reddunt, et summopere laboriosum. Utinam in characterum censum advocasset etiam illos, qui in ceteris capitis partibus occurrunt, et physionomiam quamdam sat singularem pro distinguendis Insectorum Generibus offerunt: Ita sane facilius evaderet systema, neque opus assiduo microscopio esset, atque ubi variatio partium oris inveniretur, succurrerent distinctionis characteres ab aliis capitis partibus desumpti.

En ratio systematis Fabricii.

A structura instrumentorum cibariorum; quæ varia omnino debet esse pro vario Insectorum alimento, optimi characteres pro distinguendis Generibus erui possunt. His nisus ratio-

rationibus suum construxit systema Fabricius.

Characteres a dictis instrumentis cibariis desumpti respiciunt eorum Numerum, situm, proportionem, et figuram.

α Numerus quarumdam partium naturalissimus in diversis Insectis sic se habet.

Clypeus semper unicus, qui labii superioris loco habendus.

Palpi duo, quatuor, sex.

Mandibulæ semper duæ.

Maxillæ pariter duæ.

Labium unicum, rarissime triplex.

β Proportio in partibus naturalis occurrit, quod clypeus prominens abscondat mandibulas tegentes maxillas breviores. Palpi antici posticis longiores, labioque majores sint. Exceptio rarior, sed constans in præstandis distinctionis characteribus.

Palpi sæpe æquales, rarissime antici breviores, ut in *Clero*.

Clypeus raro mandibulas prominere sinit; ut in *Cicindela*.

Mandibulæ quandoque maxillis minores, ut in *Ape*.

Maxillæ palpis anticis raro longiores. *Apis*.

Labium rarius maxillis æquale, palpisque longius. *Apis*.

Lingua spiralis in Glossatis palpis longior, excepto *Hepialo*.

Haustellum palpis longius in Antliatis, proboscide brevius: excepta *Tipula*.

Rostrum in Ryngotis clypeo longius.

Situs

γ Situs naturalis præbet Palpos anticos maxillæ dorso inhærentes, ipsique superincumbentes, palpos autem posticos labii medio adfixos, ejusque superiorem p m cingentes.

Clypeus semp os superne tegit, labium inferne.

Mandibulæ immediate sub clypeo latera oris superne claudunt.

Maxillæ semper sub mandibulis latera oris inferne claudunt.

Palpi antici duo aut quatuor maxillæ dorso adnati. Exceptio rarissima in *Ape*.

Palpi postici plerumque labii medio laterali, sæpe apici, raro parieti interiori inserti, rarissime labio haud adhærent, ut in *Lucano*.

Palpi antici in Agonatis mandibulis; postici labio inserti totum os obtegunt.

In Unogatis Palpi duo maxillis adhærent.

In Glossatis lingua spiralis semper inter palpos reflexos convoluta observatur.

In Ryngotis vagina setas continens plerumque capitis apici inserta: Exceptio rarior, sub capitis apice *Acanthia*; pectori *Chermes*.

In Antliatis proboscis porrecta stipite crassiori dorso canaliculato setas recipit, canalem vero vagina univalvis claudit. Palpi plerumque ad latera proboscidis inserti.

Ubi Proboscis deest haustellum exsertum vagina bivalvi cylindrica constans, setas continet.

δ Figura partium naturalissima ostendit Palpos filiformes articulis cylindricis æqualibus: Clypeum, et labium rotundata, integra: mandibulas corneas, arcuatas: maxillas cylindricas, unidentatas.

In

In Glossatis palpi cylindrici, stuposi, pilosi, reflexi, et lingua cylindrica, convoluta.

In Ryngotis vagina inflexa, cylindrica, triarticulata, continet setas acuta, tegiturque clypeo setaceo.

Advertendum hic est Palpos non confundendos cum maxillæ bifidæ lacinia, quum palpi semper articulati, mobiles, sensorii sint, lacinia maxillæ nunquam.

Item Galea a maxilla bifida in eo differt, quod Galea semper cylindrica, vesiculosa maxillæ superincumbat, lacinia vero maxillæ exterior cornea, introrsum plana sit.

Denique lingua quibusdam synistatis *Apibus*, *Nomadis*, aliisque propria, efformata est a productione maxillarum, labiique, ideoque non constituit partem propriam oris.

Proboscis in eo ab Haustello discrepat, quod proboscis semper bilabiata, haustellum vero nunquam. Idque observandum in Antliatis, quorum quædam Proboscide et Haustello donantur, quædam solo Haustello absque Proboscide, unde Character Classis pendet.

Partes oris in diversis Insectis differunt, earumque discrimen optimos characteres præ se gerit, quibus Insectorum Genera distingui possint. Harum differentium partium exempla recenset in Philosophia Entomologica idem Fabricius, quo studiosos remittimus.

Hactenus exposita clarissimorum Auctorum systemata ita se habent, ut arduum sit unum seligere, quod sua præstantia ceteris antecellat. Linnæi enim methodus, quantumvis manca, expedi-

peditissimam tamen determinandorum Insectorum rationem exhibet. Genera quidem universa non recte in ea stabilita occurrunt, sed species optime definitæ et descriptæ. Huic malo occurrere adnisi sunt Linnæi asseclæ Villers, Gmelinus, ac præcipue, qui inter illos eminet, disertissimus Carolus Petrus Thunberg, Academiæ Upsaliensis decus et ornamentnm, ipsiusque Linnæi successor meritissimus. Verum hi cum curam industriamque suam in eo collocaverint, ut Linnæi Genera corrigentes vera statuerent, Fabricii characteres adoptare debuerunt; unde vacillans systema enatum, et cicatricibus scatens. Geoffroyus nova nonnulla præter Linnæana Genera condidit, quæ, si quædam falsa excipias, firmo talo consistunt: ea laude dignus, quod diligentissimus fuit observator, atque in descriptionibus supra quam dici potest accuratissimus. De-Geerus nonnulla mutavit, ut qui ex Antecessorum operibus plurima collegit, neque ad systema dumtaxat animum advertit, verum etiam physicam Insectorum cognitionem cordi habuit: qua utilitate ipsius opus valde commendatur. Fabricius tandem nullo partium studio ductus, nullique addictus, de novo scientiam veluti creavit, suo systemati intentus Genera plurima jam recepta divisit, novaque conflavit, numerumque Generum mirum in modum auxit; ea tamen lege, ut Generum, quæ jam antea statuta obtinebant, nomina retinuerit, et specierum vocabula trivialia sancte servarit. Ipsius systema reliquis prætulit palmam, et vota recentiorum fere omnium sibi comparavit. Quid nobis in tanta systematum discordia? Fateor me lin-

linnæano lacte innutritum ipsius præceptis adhærere malle, quam aliorum doctrinam amplecti: sed fabriciana methodus, et solidissima scientiæ principia, quibus innituntur stabilita ab ipso Genera, me vocant et alliciunt.

Ut autem scrupulum omnem mihi eximerem, difficultatemque amoverem in admittendo Fabricii systemate, id consilii mihi ineundum duxi, ut Genera, quæ in laudatis systematis locum habent, in sejunctis Tabulis suis instructa characteribus exponerem: quod sane cuique in dignoscendis Insectis facultatem concedit, ut quod velit eligat Systema, et cum Fabricii systemate conferat.

TABULA I.

CAROLI LINNAEI GENERA INSECTORUM.

ORDO I. Coleoptera. ELytra alas tegentia sutura recta.

* *Antennis clavatis extrorsum incrassatis.*

Scarabæus. Antennæ clavatæ capitulo fissili. Tibiæ anticæ sæpius dentatæ.

Lucanus. Antennæ clavatæ: clava compressa, latere latiore pectinato-fissili. Maxillæ porrectæ, exsertæ, dentatæ.

Dermestes. Antennæ clavatæ: capitulo perfoliato: articulis tribus crassioribus. Thorax convexus, vix marginatus. Caput sub thorace inflexum condens.

Hister. Antennæ capitatæ, capitulo solidiusculo: infimo articulo compresso, decurvato. Caput intra corpus retractile. Os forcipatum. Elytra corpore breviora. Tibiæ anticæ dentatæ.

Byrrhus. Antennæ clavatæ, subsolidæ, subcompressæ.

Gyrinus. Antennæ clavatæ, rigidæ, capite breviores. Oculi 4.: duobus supra: duobus infra.

Attelabus. Caput postice attenuatum, inclinatum. An-

Antennæ apicem versus crassiores.

Curculio. Antennæ subclavatæ, rostro insidentes.

Rostrum corneum prominens.

Silpha. Antennæ extrorsum crassiores. Elytra marginata.

Caput prominens. Thorax planiusculus, marginatus.

Coccinella. Antennæ subclavatæ, truncatæ.

Palpi clava semicordata.

Corpus hemisphæricum, thorace elytrisque marginatis: Abdomine plano.

** *Antennis filiformibus.*

Bruchus. Antennæ filiformes, sensim crassiores.

Cassida. Antennæ subfiliformes, extrorsum crassiores.

Elytra marginata. Caput sub thoracis clypeo plano reconditum.

Ptinus. Antennæ filiformes: articulis ultimis majoribus.

Thorax subrotundus, immarginatus, caput excipiens.

Chrysomela. Antennæ moniliformes extrorsum crassiores.

Thorax, nec elytra, marginatus.

Hispa. Antennæ fusiformes, basi approximatæ, inter oculos sitæ.

Thorax elytraque aculeata sæpius.

Meloe. Antennæ moniliformes articulo ultimo ovato.

Thorax subrotundus. Elytra mollia, flexilia.

Caput inflexum.

Tenebrio. Antennæ moniliformes articulo ultimo subrotundo.
Thorax plano-convexus, marginatus.
Caput exsertum.
Elytra rigidiuscula.

Lampyris. Antennæ filiformes. Elytra flexilia.
Thorax planus, semiorbiculatus, caput subtus occultans cingensque.
Abdominis latera plicato-papillosa.
Femina aptera plerisque.

Mordella. Antennæ filiformes, serratæ. Caput deflexum sub collo, in territo.
Palpi compresso-clavati, oblique truncati.
Elytra deorsum curva apicem versus.
Ante femora lamina lata ad basin abdominis.

Staphylinus. Antennæ moniliformes. Elytra dimidiata. Alæ tectæ.
Cauda simplex, exserens duas vesiculas oblongas.

*** *Antennis Setaceis.*

Cerambyx. Antennæ attenuatæ. Thorax spinosus aut gibbus.
Elytra Linearia.

Leptura. Antennæ setaceæ. Elytra apicem versus attenuata.
Thorax teretiusculus.

Cantharis. Antennæ setaceæ. Thorax marginatus, capite brevior.
Elytra flexilia. Abdominis latera plicato-papillosa.

Ela-

Elater. Antennæ setaceæ. Corpus dorso impositum exsiliens mucrone pectoris e foramine abdominis resiliente.

Cicindela. Antennæ setaceæ. Maxillæ prominentes, denticulatæ.
Oculi prominuli. Thorax rotundato-marginatus.

Buprestis. Antennæ setaceæ, longitudine thoracis.
Caput dimidium intra thoracem retractum.

Dytiscus. Antennæ setaceæ, aut clavato-perfoliatæ.
Pedes postici villosi, natatorii, submutici.

Carabus. Antennæ setaceæ.
Thorax obcordatus, apice truncatus, marginatus.
Elytra marginata.

Necydalis. Antennæ setaceæ.
Elytra alis minora: breviora, vel angustiora.
Cauda simplex.

Forficula. Antennæ setaceæ. Elytra dimidiata.
Alæ tectæ.
Cauda forcipata.

ORDO 2. Hemiptera. Os rostrumque inflexum versus pectus.
Alæ hemelytratæ: superioribus semicoriaceis (per suturam rectam minime conniventibus) sed margine interiore impositis.

Blatta. Caput inflexum. Antennæ setaceæ.

Elytra Alæque planæ, subcoriaceæ.
Thorax planiusculus, orbiculatus, marginatus.
Pedes cursorii. Cornicula duo supra caudam.

Mantis. Caput nutans, maxillosum, palpis instructum. Antennæ setaceæ.
Alæ 4. membranaceæ, convolutæ: inferiores plicatæ.
Pedes antici compressi, subtus serrato denticulati, armati ungue solitario et digito setaceo laterali articulato. Postici 4. læves, gressorii.
Thorax linearis, elongatus, angustatus.

Gryllus. Caput inflexum, maxillosum, palpis instructum.
Antennæ setaceæ, vel filiformes.
Alæ 4. deflexæ, convolutæ, inferiores plicatæ.
Pedes postici saltatorii. Ungues ubique bini.

Fulgora. Caput fronte producta, inani.
Antennæ infra oculos: articulis duobus; exteriore globoso majore.
Rostrum inflexum. Pedes gressorii.

Cicada. Rostrum inflexum. Antennæ setaceæ.
Alæ 4. membranaceæ, deflexæ. Pedes plerisque saltatorii.

Notonecta. Rostrum inflexum. Antennæ thorace breviores.
Alæ 4. cruciato-complicatæ; antice coriaceæ.

Pedes

Pedes posteriores pilosi, natatorii.

Nepa. Rostrum inflexum. Antennæ brevissimæ.

Alæ 4. cruciato-complicatæ: antice coriaceæ.

Pedes anteriores cheliformes: reliqui quatuor ambulatorii.

Cimex. Rostrum inflexum. Antennæ thorace longiores.

Alæ 4. cruciato-complicatæ: superioribus antice coriaceis.

Dorsum planum thorace marginato.

Pedes cursorii.

Aphis. Rostrum inflexum. Antennæ thorace longiores.

Alæ 4. erectæ, aut nullæ. Pedes ambulatorii.

Abdomen postice sæpius bicorne.

Chermes. Rostrum pectorale. Antennæ thorace longiores.

Alæ 4. deflexæ. Thorax gibbus. Pedes saltatorii.

Coccus. Rostrum pectorale. Abdomen postice setosum.

Alæ duæ erectæ masculis. Feminæ apteræ.

Thrips. Rostrum obscurum. Antennæ longitudine thoracis.

Corpus lineare. Abdomen sursum reflexile.

Alæ 4. rectæ, dorso incumbentes, longitudinales, angustæ, subcruciatæ.

ORDO 3. Lepidoptera. Alæ 4. imbricatæ squamis.

Os lingua involuta spirali. Corpus pilosum.

Papilio. Antennæ apicem versus crassiores, sæpius clavato-capitatæ.

Alæ (sedentis) erectæ, sursumque conniventes (volatu diurno).

Sphinx. Antennæ medio crassiores, vel utraque extremitate attenuatæ subprismaticæ.

Alæ deflexæ (volatu graviore vespertino vel matutino).

Phalæna. Antennæ setaceæ, a basi ad apicem sensim attenuatæ.

Alæ (sedentis) sæpius deflexæ (volatu nocturno).

ORDO 4. Neuroptera. Alæ 4. nudæ, venis reticulatæ.

Cauda sæpius aliquo sexus adminiculo instructa, inermis.

Libellula. Os maxillosum: maxillis pluribus.

Antennæ thorace breviores. Alæ extensæ.

Cauda (maris) hamoso-forcipata.

Ephemera. Os edentulum absque palpis.

Stemmata duo maxima, supra oculos.

Alæ erectæ: posticis minimis. Cauda setosa.

Myrmeleon. Os maxillosum: dentibus duobus.

Palpi 4. elongati.

Stemmata nulla.

Cauda maris forcipe e filamentis duobus rectiusculis.

Antennæ clavatæ, longitudine thoracis. Alæ deflexæ. Phry-

Phryganea - Os edentulum : palpis 4. Stemmata tria .
Antennæ thorace longiores . Alæ incumbentes : inferioribus plicatis .

Hemerobius. Os dentibus duobus : palpis 4. Stemmata nulla .
Alæ deflexæ (nec plicatæ) .
Antennæ thorace convexo longiores, setaceæ , porrectæ .

Panorpa . Rostrum corneum , cylindricum : palpis quatuor .
Stemmata tria . Antennæ thorace longiores .
Cauda maris chelata .

Raphidia. Os dentibus duobus in Capite depresso corneo . Palpi 4.
Stemmata tria . Alæ deflexæ .
Antennæ longitudine thoracis antice elongati , cylindrici .
Cauda feminæ seta recurva laxa .

ORDO 5. Hymenoptera . Alæ 4. membranaceæ plerisque. Aculeus caudæ , sed nullus in maribus .

Cynips . Os maxillis absque proboscide .
Aculeus spiralis , sæpius reconditus .

Tenthredo . Os maxillis absque proboscide . Alæ planæ , tumidæ .
Aculeus laminis duabus , serratis , vix prominentibus .
Scutellum granis duobus impositis distantibus .

Sirex . Os maxillis duabus validis . Palpi duo , truncati .

Antennæ filiformes : articulis ultra 24.
Aculeus exsertus, rigens, serratus.
Abdomen sessile, mucronatum.
Alæ lanceolatæ, planæ omnibus.

Ichneumon. Os maxillis absque lingua. Antennæ articulis ultra 30.
Abdomen petiolatum plerisque.
Aculeus exsertus vagina cylindrica, bivalvi.

Sphex. Os maxillis absque lingua. Antennæ articulis 10.
Alæ plano-incumbentes (nec plicatæ), in omni sexu.
Aculeus punctorius reconditus.

Chrysis. Os maxillis absque proboscide.
Antennæ filiformes: articulo primo longiore: reliquis undecim brevibus.
Abdomen subtus fornicatum, utrinque squama laterali.
Anus dentatus aculeo subexserto.
Alæ planæ.
Corpus auratum.

Vespa. Os maxillis absque proboscide.
Alæ superiores plicatæ in omni sexu.
Aculeus punctorius reconditus.
Oculi lunares. Corpus glabrum.

Apis. Os maxillis atque proboscide inflexa vaginis duabus bivalvibus.
Alæ planæ in omni sexu.
Aculeus Feminis et Neutris punctorius reconditus.

Formica. Squamula erecta thoraci abdominique interjecta.

Acu-

Aculeus Feminis et Neutris reconditus.

Alæ maribus et Feminis; sed Neutris nullæ.

Mutilla. Alæ nullæ in plerisque.

Corpus pubescens. Thorax postice retusus.

Aculeus reconditus, punctorius.

ORDO 6. Diptera. Alæ duæ. Halteres clavati, solitarii pone singulam alam, sub squamula propria.

Oestrus. Os nullum punctis tribus, absque proboscide aut rostro exserto.

Tipula. Os capitis elongati Maxilla superiore fornicata. Palpi duo incurvi capite longiores. Proboscis recurvata brevissima.

Musca. Os proboscide carnosa: labiis duobus lateralibus. Palpi nulli.

Tabanus. Os proboscide carnosa, terminata labiis duobus.

Rostro palpis duobus, subulatis, proboscidi lateralibus, parallelis.

Culex. Os aculeis setaceis intra vaginam flexilem.

Empis. Os rostro corneo, inflexo, bivalvi, thorace longiore: valvulis horizontalibus.

Conops. Os rostro porrecto geniculato.

Asilus. Os rostro corneo, porrecto, recto bivalvi.

Bombylius. Os rostro porrecto, setaceo, longissimo, bivalvi: valvulis horizontali-

tal.bus, intra quas aculei setacei.

Hippobosca. Os rostro bivalvi, cylindrico, obtuso, nutante. Pedes unguibus pluribus.

Ordo 7. Aptera. Alæ nullæ, in omni sexu.

* *Pedibus sex. Capite a thorace discreto.*

Lepisma. Pedes sex cursorii. Os palpis 2. setaceis, et 2. capitatis.
Cauda setosa: setis extensis. Corpus squamis imbricatum.

Podura. Pedes sex cursorii. Oculi duo compositi ex octonis.
Cauda bifurca, saltatrix, inflexa. Antennæ setaceæ elongatæ.

Termes. Pedes sex, cursorii. Oculi duo. Antennæ setaceæ.
Os maxillis duabus.

Pediculus. Pedes sex, ambulatorii. Oculi duo.
Os aculeo exserendo.
Antennæ longitudine thoracis. Abdomen depressum, sublobatum.

Pulex. Pedes sex saltatorii. Oculi duo.
Antennæ filiformes.
Os rostro inflexo, setaceo, aculeum recondente.
Abdomen compressum.

** *Pedibus* 8. — 14. *Capite thoraceque unitis.*

Acarus. Pedes 8. Oculi duo ad latera capitis.
Tentacula duo, articulata, pediformia.

Phalangium. Pedes 8. Oculi verticis duo contigui, duo laterales. Frons antennis pediformibus. Abdomen rotundatum.

Ara-

Aranea. Pedes 8. Oculi 8. Os unguibus 5. retinaculis duobus. Palpi duo articulati: masculis genitalibus capitata. Anus papillis textoriis.

Scorpio. Pedes 8. insuper Chelæ 2. frontales. Oculi 8. horum 3. ad latus utrumque thoracis: 2. in tergo. Palpi 2. cheliformes. Cauda elongata, articulata, terminata mucrone arcuato. Pectines duo subtus, inter pectus et abdomen.

Cancer. Pedes 8. (10. vel 6. raro) insuper manus duæ chelatæ. Oculi 2. distantes, plerisque pedunculati; elongati, mobiles. Palpi 2. cheliferi. Cauda articulata, inermis.

Monoculus. Pedes natatorii. Corpus crusta tectum. Oculi approximati, testæ innati.

Oniscus. Pedes 14. Antennæ Setaceæ. Corpus ovale.

*** *Pedibus pluribus: capite a thorace discreto.*

Scolopendra. Pedes numerosi totidem utrinque quot corporis segmenta. Antennæ setaceæ. Palpi duo, articulati. Corpus depressum.

Julus. Pedes numerosi, duplo utrinque plures, quam corporis segmenta. Antennæ moniliformes. Palpi duo, articulati. Corpus semicylindricum.

TA-

TABULA II.

GEOFFROY GENERA CUM CHARACTERIBUS.

CLAS. I. Coleoptera.

ARTICULUS I. Coleoptris integris duris.

ORDO I. Tarsorum articulis quinque.

1. Platycerus. *Le Cerf-volant.*	Antennæ in extremo uno versu pectinatæ.
2. Ptilinus. *La Panache.*	Antennæ secundum totam longitudinem uno versu pectinatæ.
3. Scarabæus. *Le Scarabé.*	Antennæ clavatæ, clava lamellata: scutellum inter elytrorum origines.
4. Copris. *Le Bousier.*	*Scarabæi sp. linn.* Antennæ clavatæ, clava lamellata: scutellum nullum.
5. Attelabus. *L' Escarbot.*	*Hister linn.* Antennæ clavatæ, clava integra, in medio fractæ: caput intra thoracem.
6. Dermestes. *Le Dermeste.*	Antennæ clavatæ perfoliatæ, ultimo articulo solido, gibboso: elytra non marginata.
7. Byrrhus. *La Vrillette.*	*Dermestis sp. linn.* Antennæ articulis tribus ultimis longissimis, semiclavatæ.
8. Anthrenus. *L' Anthréne.*	Antennæ clavatæ integræ, clava solida compressa.
9. Cistela. *La Cistèle.*	Antennæ extrorsum crassiores, nonnihil perfoliatæ: thorax conicus,

	nicus, non marginatus.
10. Peltis. *Le Bouclier.*	*Cassidæ sp. linn.* Antennæ extrorsum crassiores, nonnihil perfoliatæ: thorax et elytra marginata.
11. Cucujus. *Le Richard.*	*Buprestis linn.* Antennæ serratæ breves: thorax subtus nudus: caput dimidium intra thoracem, crassum.
12. Elater. *Le Taupin.*	Antennæ serratæ (vel filiformes) intra capitis cavitatem subtus receptæ: thorax subtus aculeo intra cavitatem abdominis recepto donatus.
13. Buprestis. *Le Bupreste.*	*Carabus linn Cicindela linn.* Antennæ filiformes: trochanter magnus, seu appendix ad basim femorum posteriorum.
14. Bruchus. *La Bruche.*	Antennæ filiformes: thorax subrotundus gibbus: corpus sphæroideum dorso convexo.
15. Lampyris. *Le Ver-luisant.*	*Cantharid. sp. linn.* Antennæ filiformes: caput clypeo thoracis marginato tectum: abdominis latera plicato-papillosa.
16. Cicindela. *La Cicindele.*	*Cantharis linn.* Antennæ filiformes: thorax planus marginatus: caput detectum: Elytra flexilia.
17. Omalisus. *L' Omalise.*	Antennæ filiformes: thorax planus tetragonus, angulis posterioribus in spinam productis.
18. Hydrophilus. *L' Hydrophile.*	*Dytiscus linn.* Antennæ clavatæ perfoliatæ, antennulis breviores: pedes natatorii.

19.

19. Dytiscus. *Le Ditique.* Antennæ filiformes capite longiores: pedes natatorii.

20. Gyrinus. *Le Tourniquet.* Antennæ rigidæ, capite breviores: pedes natatorii: oculi 4.

ORDO 2. Tarsorum articulis quatuor.

21. Melolontha. *La Mélolonte.* *Chrysomela linn.* Antennæ serratæ, ante oculos positæ.

22. Prionus. *Le Prione.* *Cerambyx linn.* Antennæ serratæ, in oculo positæ.

23. Cerambyx. *Le Capricorne.* Antennæ a basi ad apicem decrescentes in oculo positæ: thorax aculeatus.

24. Leptura. *La Lepture.* Antennæ a basi ad apicem decrescentes in oculo positæ: thorax inermis.

25. Stenocorus. *Le Stencore.* *Leptura linn. Cerambycis sp. linn.* Antennæ a basi ad apicem decrescentes ante oculos positæ: elytra apice angustiora.

26. Luperus. *Le Lupere.* Antennæ filiformes articulis longis: thorax planus marginatus.

27. Cryptocephalus. *Le Gribouri.* *Chrysomelæ sp. linn.* Antennæ filiformes articulis longis: thorax gibbus, hemisphæricus.

28. Crioceris. *Le Criocere.* *Chrysomelæ sp. linn.* Antennæ cylindraceæ articulis globosis: thorax cylindricus.

29. Altica. *L' Altise.* *Mordella linn.* Antennæ ubique æquales: femora postica crassa subglobosa.

30. Galeruca. *La Galeruque.* *Chrysomela linn.* Antennæ ubique æqua-

æquales, articulis subglobosis: thorax inæqualis, scaber, marginatus.

31. Chrysomela. *La Chrysomele.* Antennæ a basi ad apicem crescentes, articulis globosis: thorax æqualis, marginatus.

32. Mylabris. *Le Milabre.* Antennæ sensim crescentes, articulis hemisphæricis, rostro brevi plano insidentes: antennulæ quatuor in extremo rostri.

33. Rhinomacer. *Le Becmare.* *Curculio linn.* Antennæ clavatæ integræ, rostro longo insidentes.

34. Curculio. *Le Charanson.* Antennæ clavatæ fractæ, rostro longo corneo insidentes.

35. Bostrichus. *Le Bostriche.* Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus composita, capiti insidentes: rostrum nullum: thorax cubicus caput intra se recondens: tarsi nudi spinosi.

36. Clerus. *Le Clairon.* Antennæ, clava triarticulata, capiti insidentes: rostrum nullum: thorax subcylindraceus non marginatus: tarsi spongiosi.

37. Anthribus. *L' Antribe.* Antennæ clavatæ, clava triarticulata, capiti insidentes: Rostrum nullum: thorax latus marginatus: tarsi spongiosi.

38. Scolytus. *Le Scolite.* Antennæ clavatæ clava solida: rostrum nullum.

39. Cassida. *La Casside.* Antennæ extrorsum crassiores, nodosæ: thorax et elytra margina-

ginata: caput thorace tectum.

40. Anaspis. *L' Anaspe.* Antennæ filiformes sensim crescentes: scutellum vix apparens: thorax planus, lævis, non marginatus.

ORDO 3. Tarsorum articulis tribus.

41. Coccinella. *La Coccinelle.* Antennæ extrorsum crassiores, nodosæ, antennulis breviores: corpus hemisphæricum.

42. Tritoma. *La Tritôme.* Antennæ extrorsum sensim crassiores, antennulis longiores: corpus oblongum.

ORDO 4. Tarsorum primi et secundi pedum paris articulis quinque: pedum vero posteriorum articulis quatuor.

43. Diaperis. *La Diapere.* Antennæ taxiformes, articulis lentiformibus per centrum perfoliatis: thorax convexus marginatus.

44. Pyrochroa. *La Cardinale.* Antennæ uno versu pectinatæ: thorax inæqualis scaber, non marginatus.

45. Cantharis. *La Cantaride.* Antennæ filiformes: thorax inæqualis scaber, non marginatus.

46. Tenebrio. *Le Tenebrion.* Antennæ filiformes: thorax planus marginatus.

47. Mordella. *La Mordelle.* Antennæ subserratæ, articulis triangularibus: thorax antice attenuatus, convexus.

48. Notoxus. *La Cuculle.* Antennæ filiformes: thorax cucullatus, dente acuto.

49. Cerocoma. *La Cerocome.* Antennæ ultimo articulo clavato (ma-

(masculis complicatæ, in medio pectinatæ).

ARTICULUS 2. Coleoptris dimidiatis duris.

ORDO 1. Tarsorum articulis quinque.

50. Staphylinus. Antennæ filiformes: alæ tectæ: abdomen inerme.
Le Staphylin.

ORDO 2. Tarsorum articulis quatuor.

51. Necydalis. Antennæ filiformes: alæ nudæ.
La Necydale.

ORDO 3. Tarsorum articulis tribus.

52. Forficula. Antennæ filiformes: alæ tectæ: abdomen forficibus armatum.
Le Perce-oreille.

ORDO 4. Tarsorum primi et secundi paris articulis 5. pedum vero posteriorum articulis 4.

53. Meloe. Antennæ a medio ad basim et apicem decrescentes: alæ nullæ.
Le Proscarabè.

ARTICULUS 3. Coleoptris mollibus, membranaceis.

ORDO 1. Tarsorum primi et secundi pedum paris articulis quinque: pedum vero posteriorum articulis 4.

54. Blatta. Antennæ filiformes: ad ani latera appendices vesiculosæ, transversim sulcatæ.
La Blatte.

ORDO 2. Tarsorum articulis duobus.

55. Thrips. Antennæ filiformes: os rimula longitudinali: tarsi vesiculosi.
Le Trips.

ORDO 3. Tarsorum articulis tribus.

56. Gryllus. Antennæ filiformes: cauda biseta. Ocelli tres.
Le Grillon.

57. Acrydium. *Gryllus linn.* Antennæ filiformes, corpore dimidio brevio-
Le Criquet.

res. Ocelli tres.

ORDO 4. Tarsorum articulis quatuor.

58. Locusta. *Grylli sp. linn.* Antennæ filiformes, corpore longiores. Ocelli tres.
La Sauterelle.

ORDO 5. Tarsorum articulis quinque.

59. Mantes. Antennæ filiformes.
La Mante.

CLASSIS 2. Hemiptera.

60. Cicada. Articuli tarsorum tres. Antennæ capite breviores. Ocelli duo. Rostrum inflexum. Alæ 4., inferiores cruciatæ.
La Cigale.

61. Cimex. Articuli tarsorum tres. Antennæ capite longiores, articulis 4. vel 5. Rostrum inflexum. Alæ 4., superiores hemelytra.
La Punaise.

62. Naucoris. *Nepæ sp. linn.* Articuli tarsorum duo. Antennæ brevissimæ infra oculos positæ. Rostrum inflexum. Alæ 4. cruciatæ. Pedes sex, primi cheliformes. Scutellum præsens.
La Naucere.

63. Notonecta. Articuli tarsorum duo. Antennæ brevissimæ infra oculos positæ. Rostrum inflexum. Alæ 4. cruciatæ. Pedes sex natatorii. Scutellum præsens.
La Punaise à avirons.

64. Corixa. *Notonectæ sp. linn.* Articulus tarsorum unicus. Antennæ brevissimæ infra oculos positæ. Rostrum inflexum. Alæ 4. cruciatæ. Pedes sex, primi
La Corise.

	mi cheliformes, postici natatorii. Scutellum nullum.
65. Hepa. *Le Scorpion aquatique.*	Articulus tarsorum unicus. Antennæ cheliformes. Rostrum inflexum. Alæ 4. cruciatæ. Pedes quatuor.
66. Psylla. *La Psylle.*	*Chermes linn.* Articuli tarsorum duo. Rostrum pectorale inter primum et secundum par femorum. Alæ 4. laterales. Pedes saltatorii. Abdomen acuminatum. Ocelli tres.
67. Aphis. *Le Puceron.*	Articulus tarsorum unicus; Rostrum inflexum. Alæ 4. erectæ vel nullæ. Pedes ambulatorii. Abdomen bicorne.
68. Chermes. *Le Kermes.*	*Coccus linn.* Rostrum pectorale inter primum et secundum par femorum. Alæ duæ masculis, erectæ. Abdomen appendicibus setaceis. Femina folliculi formam induens.
69. Coccus. *La Cochenille.*	Rostrum pectorale inter primum et secundum par femorum. Alæ duæ masculis, erectæ. Abdomen appendicibus setaceis. Femina insecti formam servans.

CLASS. 3. Tetraptera Alis farinaceis (Lepidoptera *Linn.*)

70. Papilio. *Le Papillon.*	Antennæ clavatæ. Chrysalis nuda.
71. Sphinx. *Le Sphinx.*	Antennæ prismaticæ. Chrysalis in Pupa.

72. Pterophorus. *Le Pterophore.* Antennæ filiformes. Lingua spiralis. Alæ ramosæ, ramis pilosis. Chrysalis nuda horizontalis.

73. Phalæna. *La Phalene.* Antennæ a basi ad apicem decrescentes. Chrysalis in pupa. Larva nuda.

74. Tinea. *La Teigne.* Antennæ filiformes a basi ad apicem decrescentes. Frons prominula. Larva involucro tecta. Chrysalis in involucro larvæ.

CLASSIS 4. Tetraptera alis nudis. (Neuroptera, et Hymenoptera *Linn.*).

ARTICULUS 1. Tarsorum articulis tribus.

75. Libellula. *La Demoiselle.* Antennæ brevissimæ. Os maxillosum. Cauda masculis forcipata. Ocelli tres ante, aut inter oculos.

76. Perla. *La Perle.* Antennæ filiformes. Alæ incumbentes, cruciatæ, æquales. Os tentaculis quatuor. Cauda biseta. Ocelli tres.

ARTICULUS. 2. Tarsorum articulis quatuor.

77. Raphidia. *La Rafidie.* Antennæ filiformes. Alæ incumbentes. Os tentaculis quatuor. Cauda nuda. Ocelli tres.

ARTICULUS 3. Tarsorum articulis quinque.

78. Ephemera. *L' Ephemere.* Antennæ brevissimæ. Alæ inferiores multo breviores. Cauda setosa. Ocelli tres magni ante oculos.

79. Phryganea. *La Frigane.* Antennæ filiformes. Alæ laterales,

les, tectiformes, pone assurgentes. Os tentaculis 4. Cauda nuda. Ocelli tres.

80. Hemerobius. *L' Hemerobe.* Antennæ filiformes. Alæ sæpe æquales. Os prominens tentaculis quatuor. Cauda nuda. Ocelli nulli.

81. Formicaleo. *Le Fourmilion.* Antennæ breves, clavatæ, crassæ. Alæ æquales. Os prominens tentaculis quatuor. Cauda nuda. Ocelli nulli.

82. Panorpa. *La Mouche-scorpion.* Antennæ longæ filiformes. Alæ æquales. Rostrum corneum, cylindraceum. Cauda chelifera forficibus armata. Ocelli tres.

83. Crabro. *Le Frelon.* Antennæ clavatæ. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani dentatus. Abdomen ubique æquale thoraci connatum. Ocelli tres.

84. Urocerus. *L' Urocere.* Antennæ filiformes. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani dentatus prominens corniculo tectus. Abdomen ubique æquale thoraci connatum. Ocelli tres.

85. Tenthredo. *La Mouche-a-scie.* Antennæ filiformes. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani dentatus non prominens. Abdomen ubique æquale thoraci connatum. Ocelli tres.

86. Cynips. *Le Cinips.* Antennæ cylindraceæ fractæ. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani conicus intra valvas abdominis. Abdomen subovatum, ad latera compressum, subtus acutum, petiolo thoraci connexum. Ocelli tres.

87. Diplolepis. *Le Diplolepe.* Antennæ filiformes longæ articulis 14. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani conicus intra valvas abdominis. Abdomen ovatum, ad latera compressum, subtus acutum, petiolo brevi thoraci connexum. Ocelli tres.

88. Eulophus. *L' Eulophe.* Antennæ ramosæ. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani conicus. Abdomen subovatum petiolo thoraci connexum. Ocelli tres.

89. Ichneumon. *L' Ichneumon.* Antennæ filiformes, longæ, vibratiles. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum. Aculeus ani triplex. Abdomen petiolo tenui longo thoraci connexum. Ocelli tres.

90. Vespa. *La Guespe.* Antennæ fractæ articulo primo longiore. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum, lingua membranacea inflexa. Aculeus ani simplex subulatus. Abdomen petiolo brevissimo tho-

thoraci connexum. Ocelli tres. Corpus glabrum.

91. Apis. *L' Abeille.* Antennæ fractæ articulo primo longiore. Alæ inferiores breviores. Os maxillosum lingua membranacea inflexa. Aculeus ani simplex subulatus. Abdomen petiolo brevissimo thoraci connexum. Ocelli tres. Corpus villosum.

92. Formica. *La Fourmi.* Antennæ fractæ articulo primo longiore. Alæ inferiores breviores, neutris nullæ. Os maxillosum. Abdomen petiolo brevi thoraci connexum cum squama intermedia. Ocelli tres.

CLASSIS 5. Diptera.

93. Oestrus. *L' Oestre.* Antennæ setaceæ e globulo prodeuntes. Os nullum, puncta tantum tria. Ocelli tres.

94. Tabanus. *Le Taon.* Antennæ setaceo-conicæ e quatuor partibus. Os proboscide dentibusque conniventibus. Ocelli tres.

95. Asilus. *L' Asile.* Antennæ setaceo-conicæ quadripartitæ. Os rostro subulato acuto. Ocelli tres.

96. Stratiomys. *La Mouche armée.* Antennæ setaceæ fractæ. Os proboscide absque dentibus. Thoracis apex aculeatus. Ocelli tres.

97. Musca. *La Mouche.* Antennæ e patella plana, solida, seta laterali seu pilo. Os pro-

boscide absque dentibus. Ocelli tres.

98. Stomoxys. *Asili sp. linn.* Antennæ patellatæ, seta laterali pilosa. Os rostro subulato, simplici, acuto. Ocelli tres.
Le Stomoxe.

99. Volucella. *Muscæ sp. linn.* Antennæ patellatæ, seta laterali pilosa, capiti insidentes. Os proboscide, vagina acuta seu rostro reconditum. Ocelli tres.
La Volucelle.

100. Nemotelus. *Muscæ sp. linn.* Antennæ moniliformes, stylo terminatæ, rostro insidentes. Os proboscide, vagina acuta seu rostro reconditum. Ocelli tres.
La Nemotele.

101. Scatopse. Antennæ filiformes. Os proboscide absque dentibus. Ocelli tres.
Le Scatopse.

102. Hippobosca. Antennæ setaceæ brevissimæ ex unico pilo. Os rostro cylindrico obtuso. Ocelli nulli.
L'Hippobosque.

103. Tipula. Antennæ filiformes, subpectinatæ (maribus sæpe plumosæ) capite multo longiores. Os tentaculis incurvis articulatis. Ocelli tres.
La Tipule.

104. Bibio. *Tipulæ sp. linn.* Antennæ taxiformes, perfoliatæ, capite vix longiores. Os tentaculis incurvis articulatis. Ocelli tres.
Le Bibion.

105. Culex. Antennæ pectinatæ (maribus plumosæ.) Os siphone filifor-
Le Cousin.

formi. Ocelli nulli.

CLASSIS 6. Aptera.

106. Pediculus. *Le Pou.* Pedes sex. Oculi duo. Antennæ filiformes. Abdomen simplex.

107. Podura. *La Podure.* Pedes sex. Oculi duo. Antennæ filiformes. Abdominis cauda bifurca inflexa, saltatrix. Corpus squamis tectum.

108. Forbicina. *La Forbicine.* *Lepisma linn.* Pedes sex origine lata et squamosa. Oculi duo. Os tentaculis duobus mobilibus. Antennæ filiformes. Abdominis cauda tripilis. Corpus squamis tectum,

109. Pulex. *La Puce.* Pedes sex saltatorii. Oculi duo. Os inflexum. Antennæ filiformes. Abdomen simplex subrotundum.

110. Chelifer. *La Pince.* *Acari sp. linn.* Pedes octo. Oculi duo. Antennæ cheliformes rostro longiores.

111. Acarus. *La Tique.* Pedes octo. Oculi duo. Antennæ simplices rostro breviores.

112. Phalangium. *Le Faucheur.* Pedes octo. Oculi duo. Antennæ angulosæ. Tentacula duo longa antenniformia.

113. Aranea. *L' Araignée.* Pedes octo. Oculi octo.

114. Monoculus. *Le Monocle.* Pedes sex. Oculus unus. Antennæ multiplices, setis plurimis lateralibus, Corpus crusta tectum.

115. Binoculus. *Le Binocle.* Pedes sex. Oculi duo. Antennæ simplices, setaceæ. Cauda bifida. Corpus crusta tectum.

116. Cancer. *Le Crabe.* Pedes decem, primi cheliformes. Oculi duo. Antennæ filiformes. Cauda foliosa. Corpus crusta tectum.

117. Oniscus. *Le Cloporte.* Pedes 14. Antennæ duæ fractæ.

118. Asellus. *L' Aselle.* *Onisci sp. linn.* Pedes 14.. Antennæ quatuor fractæ, duæ longiores.

119. Scolopendra. *La Scolopendre.* Pedes ad minimum 24., sæpe plus. Corpus planum. Antennæ filiformes, articulis brevibus plurimis.

120. Iulus. *L' Iule.* Pedes plusquam centum. Corpus teres, cylindraceum. Antennæ articulis quinque.

TABULA III.

CAROLI LIE. BAR. DE GEER GENERA INSECTORUM.

CLASSIS 1. Lepidoptera.

1. Papilio. *Le Papillon.*	ANtennæ clavatæ. Alæ quiescentis erectæ.
2. Sphinx. *Le Papillon Bourdon.*	Antennæ clavatæ vel prismaticæ medio crassiores. Alæ horizontales abdomen non tegentes.
3. Sphinx Adscita *L.* *Le Papillon-Phalene.*	Antennæ clavatæ. Alæ subdeflexæ, invicem incumbentes.
4. Pterophorus. *G.* *La Phalene-Tipule.*	Antennæ filiformes. Alæ fissæ.
5. Phalæna. *La Phalene.*	Antennæ setaceæ. Alæ deflexæ, vel horizontales.

CLASSIS 2. Elinguia.

6. Phryganea. *La Frigane.*	Antennæ setaceæ thorace longiores. Os edentulum, palpis 4. Alæ deflexæ, inferiores plicatiles. Stemmata tria. Tarsi articulis quinque.
7. Ephemera. *L' Ephemere.*	Antennæ breves. Os sine dentibus, lingua, palpis. Alæ erectæ, inferiores minores. Stemmata 2. 3. Cauda setosa. Tarsi articulis quinque.

CLASSIS 3. Neuroptera.

8. Libellula. *La Demoiselle.*	Antennæ breves. Os maxillis 4. Alæ extensæ æquales. Stemmata 3. Tarsi articulis tribus. Cauda foliolis terminata.
9. Hemerobius. *L' Hemerobe.*	Antennæ filiformes thorace longiores. Os dentatum, palpis 4. Alæ deflexæ, æquales, inferiores non plicatæ. Tarsi articulis 5.
10. Myrmeleon. *Le Fourmilion.*	Antennæ clavatæ. Os dentatum. Palpi 4. Alæ deflexæ, æquales, inferiores non plicatæ. Stemmata nulla. Tarsi articulis quinque.
11. Perla *G.* *La Fausse-Frigane.*	Antennæ setaceæ thorace longiores. Os dentibus et palpis. Alæ æquales, horizontales, invicem incumbentes. Stemmata tria. Tarsi articulis tribus.
12. Panorpa. *La Mouche-Scorpion.*	Antennæ filiformes thorace longiores. Caput productum in rostrum cylindricum, apice dentibus ac palpis instructum. Alæ æquales, horizontales. Stemmata tria. Tarsi articulis quinque. Cauda maris chelata.
13. Raphidia. *La Raphidie.*	Antennæ filiformes. Os dentibus et palpis 4. Thorax longus, angustus, cylindricus. Alæ deflexæ, æquales. Stemmata 3. Tarsi 4. articulis. Cau-

Cauda feminæ seta recurva.

CLASSIS 4. Hymenoptera.

14. Apis. *L' Abeille.* — Antennæ fractæ: articulo primo longo. Os dentibus et rostro flexili fracto, sursumque plicato. Alæ planæ. Abdomen thoraci petiolo brevi adnexum. Aculeus punctorius in abdomine reconditus. Oculi reticulati, ovales, integri.

15. Apis-Ichneumon *Degeer*. *La Proabeille.* — Antennæ clavatæ, vel filiformes articulis 12. Os dentibus et rostro porrecto, vagina cartilaginea cylindrica. Alæ planæ. Abdomen petiolatum. Aculeus punctorius in abdomine reconditus. Oculi reticulati, ovales, uniti.

16. Vespa. *La Guespe.* — Antennæ fractæ articulo primo elongato. Os dentibus et proboscide retractili membranacea. Alæ longitudinaliter plicatæ. Abdomen petiolatum. Aculeus punctorius in abdomine reconditus. Oculi reticulati, lunati.

17. Sphex. *La Guespe-Ichneumon.* — Antennæ fractæ vel filiformes articulis 12. Os dentibus e-lingue. Alæ planæ. Abdomen petiolatum. Aculeus punctorius reconditus. Oculi reticulati, ovales, integri.

18.

18. Chrysis. *La Guespe-dorée.* Antennæ fractæ filiformes, articulis 12. primo longiore. Os dentatum elingue. Alæ planæ. Abdomen subtus fornicatum. Anus plerisque dentatus. Aculeus vaginatus reconditus.

19. Sirex. *L'Ichneumon-Bourdon.* Antennæ filiformes articulis pluribus. Os dentatum. Alæ subfornicatæ. Abdomen sessile, ano acuto. Aculeus exsertus rigens, vagina bifoliata exceptus.

20. Ichneumon. *L' Ichneumon.* Antennæ vel setaceæ articulis plurimis, vel clavatæ, vel ramosæ. Os dentatum. Alæ planæ horizontales. Abdomen petiolatum. Aculeus exsertus vagina bifoliata exceptus.

21. Cynips *L.* *Diplolepis Geoffr.* *Le Cinips.* Antennæ filiformes longæ articulis 13-14. Os dentatum, elingue. Alæ horizontales. Abdomen subovale. compressum, subtus carinatum, breviter petiolatum. Aculeus spiralis in abdomine intra vaginam bivalvem reconditus. Larvæ Gallarum.

22. Tenthredo. *La Mouche-a-scie.* Antennæ variæ, Os dentatum, elingue. Alæ subfornicatæ (tumidæ *Linn.*) inconditæ. Ab-

Abdomen sessile. Aculeus laminis duabus serratis sub abdomine.

23. Formica. *La Fourmi.* Antennæ fractæ, articulo primo longiore. Os dentatum, Alæ horizontales maris et feminæ, spadonis nullæ. Abdomen petiolatum.

CLASSIS 5. Siphonata.

24. Thrips. *Le Trips.* Antennæ filiformes longitudine thoracis. Rostrum sub capite. Alæ lineares, horizontales, fimbriatæ. Corpus elongatum, subcylindricum. Tarsi vesiculis terminati.

25. Aphis. *Le Puceron.* Antennæ thorace longiores. Rostrum subtus recurvatum. Alæ erectæ vel nullæ. Pedes ambulatorii. Abdomen postice cornubus vel tuberculis duobus. Tarsorum articulus unicus.

26. Chermes *L.* *Psylla Geoffr.* *Le Faux-Puceron.* Antennæ thorace longiores. Rostrum sub pectore. Alæ deflexæ. Pedes saltatorii. Caput tuberculis 2. conicis terminatum. Tarsi articulis duobus.

27. Cicada *L.* *Fulgora linn.* *La Cigale.* Antennæ thorace breviores filo terminatæ. Rostrum sub pectore inflexum. Alæ deflexæ et fornicatæ: inferiores sæpe plicatæ: superiores

riores sæpe coriaceæ et coloratæ. Pedes saltatorii. Tarsi artic. 3. Aculeus sub abdomine vagina bivalvi dentata feminis.

CLASSIS 6. Dermaptera.

28. Cimex. *La Punaise.* Antennæ thorace longiores. Rostrum sub pectore recurvatum. Hemelytra duo plana, cruciato complicata. Alæ 2. membranaceæ. Tarsi artic. 3.

29. Nepa *L.* *La Punaise-d' Eau.* *Notonecta linn.* Antennæ capite breviores, sub oculis. Rostrum sub thorace flexum. Hemelytra 2. cruciato complicata. Alæ 2. membranaceæ. Pedes anteriores sæpe chelati, et posteriores sæpe natatorii. Tarsi artic. 1. 2.

CLASSIS 7. Hemiptera.

30. Mantis *L.* *La Mante.* Antennæ setaceæ. Os dentibns palpisque. Caput declinatum. Thorax elongatus, angustus, Pedes antici a reliquis remoti, omnes ambulatorii. Alæ horizontales. Tarsi articulis quinque.

31. Locusta. *La Sauterelle.* *Geoffr. Gryllus Tettigonia linn.* Antennæ setaceæ corpore plerumque longiores. Os dentibus palpisque. Caput verticale. Hemelytra deflexa. Alæ plicatæ. Cauda ensifera feminis.

minis. Pedes saltatorii. Tarsi articulis 4.

32. Acrydium *G. Gryllus locusta lin.* Antennæ filiformes corpore breviores. Os dentibus palpisque. Caput verticale. Hemelytra deflexa. Alæ plicatæ. Cauda simplex. Pedes saltatorii. Tarsi articulis 3.
Le Criquet.

33. Gryllus *G. Gryllus Acheta linn.* Antennæ setaceæ corpore longiores. Os dentibus palpisque. Caput rotundatum. Hemelytra horizontalia. Alæ plicatæ, hemelytris postice longiores. Cauda setis duabus. Pedes saltatorii plerisque. Tarsi articulis tribus.
Le Grillon.

34. Blatta. Antennæ setaceæ longæ. Os dentibus palpisque. Caput sub thorace plano marginato inclinatum. Hemelytra horizontalia. Alæ plicatæ. Cornicula 2. articulata caudæ. Pedes cursorii. Tarsi articulis 5.
La Blatte.

35. Forficula. Antennæ filiformes. Os dentibus palpisque. Elytra dimidiata alas occultantia. Forceps mobilis caudæ. Tarsi articulis 3.
Le Perce-oreille.

CLASSIS 8. Coleoptera.

* *Tarsi omnes articulis 5.*

36. Staphylinus. *Le Staphylin.* Antennæ filiformes. Elytra dimidiata alas occultantia. Cauda exserens duas vesiculas oblongas.

37. Lampyris. *La Lampyre.* Antennæ filiformes. Thorax planus, semiorbiculatus, margine caput occultans. Elytra flexilia. Abdominis latera plicato-papillosa.

38. Telephorus. *Le Telephore.* *Schæff. Cantharis linn. Cicindela Geoffr.* Antennæ filiformes. Thorax planus marginatus. Caput exsertum. Elytra flexilia. Abdominis latera plicato papillosa.

39. Colliuris. *La Colliure.* *De Geer.* Antennæ filiformes. Caput conicum, postice attenuatum Oculi magni, nitidi. Thorax longus, angustus, cylindricus.

40. Carabus *L.* *Le Carabe.* *Buprestis Geoffr.* Antennæ filiformes: articulis subconicis. Thorax utrinque truncatus, lateribus marginatus, medio convexus. Abdomen ovale, convexum. Elytra marginata. Appendix femorum posticorum.

41. Cicindela *L.* *La Cicindele.* *Buprestis sp. Geoffr.* Antennæ filiformes. Caput magnum, thorace rotundato submarginato latius. Oculi magni prominentes. Dentes magni, porrecti,

	recti, intus serrati. Appendix femorum posticorum major.
42. Buprestis *L.* *Le Bupreste.*	*Cucujus Geoffr.* Antennæ serratæ longitudine thoracis. Capitis dimidium thoraci intrusum. Corpus elongatum. Non salit.
43. Elater. *Le Taupin.*	Antennæ filiformes dentatæ. Corpus elongatum, acuminatnm. Thorax postice mucronibus binis angulatis terminatus. Dorso impositus exsilit.
44. Silpha *L.* *Le Bouclier.*	*Peltis Geoffr.* Antennæ extrorsum crassiores, plerumque truncatæ vel perfoliatæ. Thorax planiusculus, marginatus, caput non tegens. Elytra marginata, replicata.
45. Dermestes, *Le Dermeste.*	Antennæ clavatæ: clava articulis 3. perfoliata vel truncata. Thorax convexus, elytraque non marginata. Tibiæ inermes.
46. Ptinus *L.* *La Vrillette.*	*Byrrhus Geoffr.* Antennæ filiformes. Thorax gibbus, clypeo angulis binis sub sterno continuatis, caput excipiens. Corpus cylindricum supra convexum.
47. Scarabæus. *Le Scarabé.*	Antennæ clavatæ, capitulo fissili. Tibiæ dentatæ, vel spinosæ.

48. Lucanus *L.* *Le Cerf-volant.* — *Platycerus Geoffr.* Antennæ clavatæ, altero latere capitulo pectinato-fissili. Maxillæ porrectæ, a labiis non occultatæ, dentatæ. Lingua hirsuta. Tibiæ dentatæ, vel spinosæ.

49. Hister *L.* *L' Escarbot.* — *Attelabus Geoffr.* Antennæ fractæ, clava ovali articulis compactis. Caput thoraci intrusum. Maxillæ plerumque porrectæ, forcipatæ. Tibiæ latæ, compressæ, spinulosæ.

50. Attelabus. *L' Attelabe.* — Antennæ filiformes longitudine thoracis. Maxillæ porrectæ, exsertæ dentatæ. Oculi ovales. Thorax antice truncatus postice rotundatus, angustior. Tibiæ spinulosæ.

51. Gyrinus. *Le Tourniquet.* — Antennæ crassæ, rigidæ, capite breviores. Oculi 4. Pedes posteriores 4. natatorii.

52. Hydrophilus *Le Hydrophile.* — *G. Dytisci sp. linn.* Antennæ clava perfoliata, longitudine capitis. Pedes posteriores 4. natatorii, ciliis fimbriati.

53. Dytiscus. *Le Ditisque.* — Antennæ moniliformes, capite, palpisque longiores, articulis subconicis. Pedes posteriores 4. natatorii, ciliis fimbriati.

** *Tarsi pedum anticorum et mediorum articulis 5. posticorum vero articulis 4.*

54.

54. Cantharis. *La Cantharide.*	*Geoffr. Meloe linn.* Antennæ filiformes articulo ultimo acuminato. Caput magnum, inflexum. Thorax rotundatus. Elytra flexilia. Tarsi unguibus 4.
55. Pyrochroa. *La Cardinale.*	*Geoffr.* Antennæ filiformes, longæ, sæpius pectinatæ. Oculi lunati. Thorax plerisque planus, non marginatus.
56. Mordella. *La Mordelle.*	Antennæ filiformes, articulis triangularibus, vel serratæ. Caput magnum, deflexum, latitudine fere thoracis convexi, non marginati. Elytra fornicata, apicem versus deorsum curva. Cauda acuminata.
57. Tenebrio. *Le Tenebrion.*	Antennæ filiformes extrorsum crassiores. Thorax convexiusculus, marginatus.

*** *Tarsi omnes articulis* 4.

58. Cerambyx. *Le Capricorne.*	Antennæ setaceæ articulis conicis. Oculi lunulati circa basin antennarum. Elytra sublinearia.
59. Leptura *L.* *La Lepture.*	*Stenocorus Geoffr.* Antennæ filiformes ante oculos. Oculi integri. Thorax elytris angustior, in primis antice. Elytra fastigiata.
60. Necydalis; *La Necydale,*	Antennæ filiformes. Elytra alis minora, breviora, vel angu-

stiora. Oculi lunati, circa basin antennarum. Abdomen elongatum.

61. Clerus *Geof.* *Le Clairon.* — *Attelabi sp. linn.* Antennæ moniliformes extus crassiores. Thorax convexus postice attenuatus. Caput declinatum. Corpus elongatum.

62. Cassida. *La Casside.* — Antennæ clavato-incrassatæ. Caput sub clypeo marginato occultatum. Elytra marginata abdomine majora.

63. Ips *Degeer.* *L' Ips.* — *Dermestis sp. linn.* Antennæ fractæ, clavato-capitatæ. Caput globosum, parum deflexum. Thorax magnus, cylindricus, gibbus. Abdomen cylindricum. Tibiæ dentatæ.

64. Curculio. *Le Charanson.* — Antennæ capitatæ in capitis rostro elongato.

65. Bruchus *L.* *La Bruche.* — *Mylabris Geoffr.* Antennæ sensim incrassatæ, articulo ultimo rotundato. Caput productum in rostrum breve depressum apice rotundatum. Oculi lunati. Thorax marginatus. Elytra abdomine breviora, apice rotundata.

66. Anthribus *G.* *L' Antribe.* — Antennæ clavatæ vel incrassatæ articulis tribus, capiti impositæ. Thorax latus, marginatus.

67. Antipus. *L' Antipe.* — *Degeer.* Antennæ serratæ. Caput magnum, maxillis porrectis

rectis. Thorax latus, parum convexus, elevato marginatus. Corpus subcylindricum. Pedes anteriores longiores.

68. Chrysomela. *La Chrysomele.* Antennæ moniliformes, extrorsum crassiores, corpore breviores. Thoracis latera marginata. Abdomen ovale, plus minus elongatum.

**** *Tarsi omnes articulis tribus.*

69. Coccinella. *La Coccinelle.* Antennæ clavatæ: clava compressa truncata. Palpi clava triangula. Corpus hemisphæricum subtus planum. Thorax et elytra marginata.

CLASSIS 9. Halterata.

70. Musca. *La Mouche.* Antennæ aristatæ. Proboscis labiis carnosis.

71. Stratiomys *G. Muscæ sp. linn.* *Le Stratiome.* Antennæ cylindricæ fractæ, articulis 3. Proboscis labiis carnosis. Scutellum spinis duris. Alæ invicem incumbentes.

72. Nemotelus *Schæff. Muscæ sp. linn.* *La Nemotele.* Antennæ cylindricæ vel moniliformes, articulis 3., capite breviores. Proboscis labiis carnosis.

73. Tabanus. *Le Taon.* Antennæ longitudine capitis, articulis 3., ultimo demum articulato. Proboscis labiis carnosis, aculeis compressis lanceolatis parallelis, tecta

palpis duobus magnis. Alæ subextensæ. Tarsorum articulus ultimus tripenicillatus.

74. Asilus. *L' Asille.* Antennæ cylindricæ, fractæ, articulo tertio, ultimo longiore, compresso, rotundato. Rostrum elongatum, rigidum, corneum, porrectum.

75. Empis *L.* *L' Empis.* Antennæ longitudine capitis, articulis tribus conicis. Rostrum longum, rigidum, corneum, perpendiculare vel nutans.

76. Conops *L.* *Le Conops.* Antennæ capite longiores, basi approximatæ, articulis 3., ultimo conico, hamato. Rostrum fractum, angustum, rigidum, palpis nullis. Abdomen clavatum.

77. Bombylius *L.* *Le Bombille.* Antennæ longitudine Capitis, fractæ articulis tribus, ultimo crassiore, elongato. Rostrum longum, setaceum, porrectum bivalve: valvulis horizontalibus, intra quas aculei setacei. Abdomen breve, crassum. Alæ subextensæ.

78. Hippobosca. *L' Hippobosque.* Antennæ brevissimæ, setaceæ, basi tuberosa. Rostrum setaceum, vagina bivalvi.

79. Œstrus. *L' OEstre.* Antennæ subglobosæ, triarticulatæ, aristatæ. Rostrum nullum

lum. Palpi nulli.

80. Culex. *Le Cousin.* Antennæ filiformes, pilosæ; plumatæ. Rostrum vagina flexilis aculeis setaceis. Abdomen elongatum, cylindricum.

81. Tipula. *La Tipule.* *Bibio Geoffr.* Antennæ setaceæ vel filiformes, villosæ, plumosæ, pectinatæ etc. Rostrum porrectum labiis terminatum, palpisque duobus longis articulatis recurvatis. Abdomen elongatum, cylindricum.

CLASSIS 10. Proboscidea.

82. Coccus *L.* *La Gall-Insecte.* *Chermes Geoffr.* Femina aptera rostro inter pedes anteriores. Mas exdens, elinguis, alis 2., et filis 2. caudæ setaceis.

CLASSIS 11. Suctoria.

83. Pulex. *La Puce.* Pedes sex, postici longi, saltatorii. Oculi duo. Proboscis brevis, recurva. Antennæ filiformes. Annuli ventris cute cartilaginea tecti.

CLASSIS 12. Aucenata.

84. Lepisma *L.* *La Forbicine.* *Forbicina Geoffr.* Pedes sex. Oculi duo compositi. Palpi 4. Antennæ setaceæ. Cauda filis 3. Corpus squamis tectum.

85. Podura. *La Podure.* Pedes 6. Oculi 2. compositi ex 8. Antennæ filiformes. Cauda bifurcata sub abdomine inflexa, saltatrix.

86. Termes *L.* *Le Terme.* Pedes 6. Oculi 2. reticulati. Antennæ setaceæ vel filiformes, thorace longiores. Os dentibus 2. et palpis 4. mobilibus.

87. Pediculus. *Le Pou.* Pedes 6. Oculi 2. Rostrum breve capitis. Antennæ filiformes longitudine thoracis. Abdomen depressum.

88. Ricinus. *Le Ricin.* *Degeer. Pediculi sp. linn.* Pedes 6. Oculi 2. Antennæ filiformes longitudine circiter capitis. Dentes 2. sub capite. Abdomen depressum.

CLASSIS 13. Atrachelia.

89. Acarus. *La mitte.* Pedes 8. Oculi 2. Rostrum breve capitis. Tentacula 2. pediformia, articulata prope caput.

90. Phalangium. *Le Faucheur.* Pedes 8. Oculi 2. Chelæ 2. didactylæ in capitis antica parte. Tentacula 2. pediformia. Abdomen ovale.

91. Aranea *L' Araignée.* Pedes 8. oculi 8. Forceps articulatus capitis, Tentacula 2. articulata pediformia. Mammillæ duæ ani, netrices; mobiles.

92. Scorpio. *Le Scorpion.* Pedes 8. Oculi 8. vel 6. Chelæ duæ frontales, parvæ. Palpi 2. cheliformes. Cauda longa, articulata, terminata aculeato mucrone. Pectines 2. sub-

2. subtus inter pectus et abdomen.

93. Chelifer. *Le Faux. scorpion.* — *Geoff. Phalangii sp. linn.* Pedes 8. Antennæ nullæ. Chelæ duæ frontales, parvæ. Palpi 2. cheliformes ad latera capitis. Corpus oblongum, ecaudatum.

CLASSIS 14. Crustacea.

94. Astacus. *L' Ecrevisse.* — *De Geer. Cancer macrourus lin.* Pedes 10., quorum anticum par chelatum. Antennæ setaceæ longæ. Oculi 2. pedunculati, mobiles. Palpi 2. articulati. Thorax cylindrico-convexus. Cauda extensa, terminata laminis foliaceis.

95. Cancer. *Le Crabe.* — *Degeer. Cancer brachyurus linn.* Pedes 10. (rarius 8.) quorum anticum par chelatum. Antennæ setaceæ breves. Oculi 2. pedunculati, mobiles. Palpi 2. articulati. Thorax latus, planiusculus. Cauda triangula, vel ovata, recurvata, et corpori appressa.

96. Monoculus. *Le Monocle.* — Pedes ramosi, natatorii. Brachia 2. articulata, ramosa. Corpus testa bivalvi conchiformi. Oculi capitis congesti, unicum mentientes. Cauda furcata plerisque.

97.

97. Squilla. *La Squille.*	*De Geer. Asellus Geoff. Cancer manibus adactylis, et Oniscî sp. linn.* Pedes 14., primum par chelis adactylis. Antennæ 4. setaceæ. Cauda nulla vel laminæ foliaceæ sub cauda.
98. Oniscus. *Le Cloporte.*	Pedes 14. Oculi 2. reticulati. Antennæ 2. filiformes, fractæ. Corpus ovatum, anulatum.
99. Scolopendra. *La Scolopendre.*	Corpus depressum, annulatum. Pedes numerosi totidem utrinque, quot segmenta corporis. Antennæ setaceæ. Oculi plures, distincti, hemisphærici. Dentes 2. curvati. Palpi 2. articulati sub capite.
100. Julus. *Le Jule.*	Corpus cylindricum, annulatum. Pedes numerosi, segmentis utrinque duplo plures. Antennæ filiformes, breves. Oculi 2. reticulati. Dentes 2.

TA-

TABULA IV.

GENERUM FABRICII CUM CHARACTERIBUS ET SYNONYMIA EXPOSITIO.

CLASSIS 1. Eleuterata.

* *Antennis clava lamellata.*

1. Lucanus *Fabr. Linn. Platycerus Geoffr.*
   Penicilli duo sub labio palpigeri.
3. Scarabæus *Fabr. Linn. Geoffr. Copris Geoffr.*
   Palpi 4. filiformes. Labium emarginatum; apicibus elongatis, palpigeris.
4. Trox *Fabr. Scarabæi Sp. Linn.*
   Palpi 4. capitati! Maxilla bifida.
5. Melolontha *Fabr. Scarabæi Sp. Linn. Geoffr.*
   Maxilla brevis cornea apice multidentata.
6. Trichius *Fabr. Scarab. Sp. Linn.*
   Palpi 4. filiformes. Maxilla bifida!
7. Cetonia *Fabr. Scarab. Sp. Linn. Geoffr.*
   Maxilla apice setosa. Labium coriaceum, emarginatum, palpos tegens.
2. Lethrus *Fabr. Scopol.*
   Mandibula adunco-falcata; Antennæ clava truncata tunicata.

** *Antennis clava perfoliata.*

9. Apate *Fabr. Dermestis Sp. Linn. Ligniperda Pallas.*
   Palpi filiformes æquales. Maxilla unidentata. Labium membranaceum truncatum;
11. Melyris. *Fabr.*

Pal-

Palpi æquales filiformes. Maxilla unidentata acuta. Labium clavatum, emarginatum.

21. Ips *Fabr.*

Palpi æquales, filiformes: articulo ultimo obtuso truncato. Maxilla bifida. Labium truncatum, emarginatum.

13. Byrrhus *Fabr. Linn. Cistellæ Sp. Geoffr.*

Palpi æquales: articulo ultimo obtuso truncato subcrassiori. Labium porrectum, bifidum: laciniis conniventibus.

10. Dermestes *Fabr. Linn. Geoffr.*

Palpi inæquales, filiformes. Maxilla bifida. Labium corneum, obtusum, integrum.

19. Sphæridium *Fabr. Dermest. et Silphæ Sp. Linn. Anthribi Sp. Geoffr.*

Palpi inæquales, filiformes. Labium quadratum, emarginatum.

20. Tritoma *Fabr. Geoff.*

Palpi antici securiformes. Labium emarginatum.

23. Nicrophorus *Fabr. Silphæ Sp. Linn. Dermest. Sp. Geoffr.*

Labium cordatum, emarginatum, crenatum.

24. Silpha *Fabr. Linn. Peltis Geoffr.*

Maxilla unidentata. Labium dilatatum, bifidum.

69. Hydrophilus *Fabr. Geoffr. Dytisci Sp. Linn.*

Palpi filiformes. Maxilla bifida. Labium corneum, subemarginatum.

*** *Antennis clava solida.*

8. Hister *Fabr. Linn. Attelabus Geoffr.*

Maxilla unidentata. Labium corneum, cylindricum, integrum.

12. Bostrichus *Fabr. Geoffr. Dermestis Sp. Linn. Scolytus Geoffr.*
Maxilla cornea. Labium cylindricum apice palpigerum.

14. Anthrenus *Fabr. Geoffr. Byrrhi Sp. Linn.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla linearis, bifida. Labium integrum.

18. Elophorus *Fabr. Silphæ Sp. Linn. Dermestis Sp. Geoffr.*
Maxilla cornea apice membranacea. Labium corneum, quadratum apice palpigerum.

26. Nitidula *Fabr. Silphæ Sp. Linn. Dermestis Sp. Geoffr.*
Palpi filiformes. Maxilla cylindrica, membranacea. Labium cylindricum, integrum, medio palpigerum.

27. Coccinella *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi antici securiformes, postici filiformes. Labium cylindricum.

41. Curculio *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi 4. filiformes. Antennæ rostro elongato corneo insidentes. Maxilla unidentata. Labium integrum.

**** *Antennis moniliformibus.*

40. Brentus *Fabr. Curculionis Sp. Fabr.*
Os rostro porrecto recto cylindrico. Antennæ ultra medium rostri insertæ.

42. Attelabus *Fabr. Linn. Rhinomacer. Geoffr.*
Antennæ rostro elongato incurvo insidentes, Maxilla bifida. Labium corneum palpos tegens.

81. Erodius *Fabr.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla cornea, bifida

bifida, obtusa. Labium corneum, emarginatum.

85. Cerocoma *Fabr. Geoffr. Meloes Sp. Linn.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla linearis, integra. Labium membranaceum, bifidum. Antennæ irregulares.

45. Spondylis *Fabr. Attelabi Sp. Linn.*
Palpi æquales, subfiliformes. Maxilla conica, integra. Labium corneum, bifidum.

35. Crioceris *Fabr. Geoffr. Chrysomelæ Sp. Linn. Galerucæ Sp. Geoffr.* Antennæ filiformes? Palpi æquales filiformes. Maxilla bifida: laciniis cylindricis, obtusis. Labium corneum, integrum.

87. Staphylinus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes. Labium trifidum.

77. Scaurus *Fabr.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla obconica unidentata. Labium truncatum, integrum.

56. Zygia *Fabr.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla unidentata. Labium elongatum, membranaceum.

84. Mylabris *Fabr. Meloes Sp. Linn.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla cornea apice bifida. Labium subemarginatum.

82. Meloe *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla recta, bifida. Labium cylindricum, late emarginatum.

59. Horia *Fabr.*
Palpi inæquales extrorsum crassiores. Maxilla bifida. Labium lineare rotundatum.

79.

79. Tenebrio *Fabr. Linn. Geoffr. Platyceri Sp. Geoffr.*
Palpi inæquales : antici subclavati , postici filiformes . Maxilla bifida . Labium corneum , integrum .

78. Blaps *Fabr. Tenebrionis Sp. Linn.*
Palpi clavati . Maxilla recta , bifida . Labium membranaceum , fissum .

80. Helops *Fabr. Tenebrionis Sp. Linn.*
Palpi inæquales , antici securiformes , postici clavati . Labium corneum integrum .

89. Pæderus *Fabr. Staphylini Sp. Linn.*
Palpi inæquales : antici capitati . Maxilla unidentata . Labium lineare , integrum .

28. Cassida *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales : antici capitati . Maxilla simplex . Labium elongatum , integrum .

25. Opatrum *Fabr. Silphæ Sp. Linn. Tenebrionis Sp. Geoffr.*
Palpi inæquales : antici clavati : clava oblique truncata . Labium corneum , subemarginatum .

86. Mordella *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales : antici clavati . Maxilla bifida . Labium membranaceum , bifidum .

43. Clerus *Fabr. Geoffr. Attelabi Sp. Linn.*
Palpi inæquales : postici longiores , securiformes .

88. Oxyporus *Fabr. Staphylini Sp. Linn.*
Palpi inæquales : postici clavati . Labium emarginatum cum mucrone .

30. Chrysomela *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi sex filiformes . Labium corneum , integrum .

74. Scarites *Fabr. Tenebrionis Sp. Linn.*
Palpi sex filiformes. Labium corneum, dentatum.

***** *Antennis filiformibus.*

39. Apalus *Fabr. Meloes Sp. Linn.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla cornea, unidentata. Labium truncatum, integrum.

76. Manticora *Fabr.*
Palpi filiformes. Maxilla cornea, arcuata, acutissima. Labium corneum, trifidum.

75. Pimelia *Fabr. Tenebrionis Sp. Linn.*
Palpi filiformes. Maxilla membranacea, unidentata. Labium membranaceum, emarginatum.

71. Gyrinus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla cornea, unidentata, acutissima. Labium emarginatum.

60. Cucujus *Fabr.*
Palpi æquales: articulo ultimo truncato crassiori. Labium breve, bifidum: laciniis distantibus.

31. Cryptocephalus *Fabr. Geoffr. Chrysomelæ Sp. Linn. Melolonthæ Sp. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla membranacea, unidentata. Labium corneum, integrum.

17, Bruchus *Fabr. Linn. Mylabris Sp. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla membranacea, bifida. Labium acuminatum.

16. Ptinus *Fabr. Linn. Bruchi Sp. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla bifida. Labium bifidum.

22. Hi-

22. Hispa *Fabr. Linn. Dermestis Sp. Linn. Ptini Sp. Lin.*
Palpi æquales in medio crassiores. Maxilla bifida. Labium integrum.

58. Lycus *Fabr.*
Os rostro cylindrico inflexo. Palpi articulo ultimo crassiori, truncato.

62. Malachius *Fabr. Cantharid. Sp. Linn. Cicindelæ Sp. Geoffr.*
Palpi inæquales, filiformes: articulo ultimo setaceo. Maxilla unidentata. Labium membranaceum, rotundatum.

65. Buprestis *Fabr. Linn. Cucujus Geoffr.*
Palpi inæquales, filiformes: articulo ultimo obtuso truncato. Maxilla unidentata. Labium apice acuminatum.

33. Cistela *Fabr. Chrysomel. Sp. Linn. Mordellæ Sp. Geoffr.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla unidentata. Labium membranaceum, bifidum.

74. Sepidium *Fabr.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla unidentata. Labium corneum, breve, emarginatum.

64. Necydalis *Fabr. Linn. Cantharid. Sp. Linn. Cicindelæ Sp. Geoffr. Leptura Sp. Geof.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla unidentata. Labium membranaceum, porrectum, late emarginatum.

57. Pyrochroa *Fabr. Geoffr. Lampyris Sp. Linn.*
Palpi subfiliformes, inæquales. Maxilla integra. Labium corneum, lineare, integrum.

15. Anobium *Fabr. Ptini Sp. Linn. Dermestis Sp. Linn. Byrrhi Sp. Geoffr.*
Palpi æquales, clavati. Maxilla cornea. Labium integrum.

56. Lampyris *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales, subclavati. Maxilla bifida. Labium corneum, integrum.

61. Cantharis *Fabr. Linn. Cicindelæ Sp. Geoff. Necydalis Sp. Geoff.*
Palpi inæquales, securiformes. Maxilla bifida. Labium membranaceum, integrum.

43. Notoxus *Fabr. Geoffr. Attelabi Sp. Linn. Meloes Sp. Linn. Cleri Sp. Geoffr.*
Antennæ moniliformes? Palpi inæquales, securiformes. Maxilla unidentata. Labium bifidum: laciniis conniventibus obtusis.

65. Elater *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales, clavati. Maxilla obtusa; unidentata. Labium bifidum.

50. Calopus *Fabr. Cerambycis Sp. Linn.*
Palpi inæquales: antici clavati. Maxilla bifida. Labium bifidum.

83. Lytta *Fabr. Meloes Sp. Linn. Cantharidis Sp. Geoffr.*
Palpi inæquales: postici clavati. Maxilla bifida. Labium membranaceum, truncatum.

58. Lymexylon *Fabr. Cantharid. Sp. Linn.*
Palpi 4. inæquales: antici porrecti; articulo penultimo magno appendiculo ovato, fisso, ultimo arcuato, acuto.

35. Lagria *Fabr. Chrysomelæ Sp. Linn. Meloes Sp. Linn.*
Palpi inæquales: antici securiformes: postici

ci clavati. Labium membranaceum, integrum.

34. Erotylus *Fabr. Chrysomelæ Sp. Linn.*
Palpi inæquales: antici securiformes, postici clavati. Labium corneum, apice dilatatum, emarginatum.

29. Alurnus *Fabr.*
Palpi sex acuti brevissimi. Maxilla fornicata.

72. Carabus *Fabr. Linn. Buprestis Sp. Geoffr.*
Palpi sex: articulo ultimo obtuso. Labium truncatum, integrum.

****** *Antennis setaceis.*

54. Donacia *Fabr. Lepturæ Sp. Linn. Stenocori Sp. Geoffr.*
Palpi æquales filiformes. Maxilla unidentata. Labium cylindricum, integrum.

47. Cerambyx *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes: articulo ultimo setaceo. Maxilla unidentata. Labium bifidum.

46. Prionus *Fabr. Geoffr. Cerambycis Sp. Linn.*
Palpi æquales, filiformes. Maxilla cylindrica integra. Labium brevissimum, membranaceum, rotundatum.

52. Saperda *Fabr. Cerambyc. Sp. Lin. Lepturæ Sp. Geoffr.*
Palpi subæquales, filiformes. Maxilla bifida. Labium cordatum, truncatum.

48. Lamia *Fabr. Cerambycis Sp. Linn.*
Palpi subæquales, filiformes. Maxilla cornea, bifida. Labium corneum, bifidum.

55. Leptura *Fabr. Linn. Stenocori Sp. Geoffr.*

Necydalis Sp. Linn.

Palpi inæquales, filiformes: articulo ultimo truncato. Maxilla unidentata apice setosa. Labium membranaceum, bifidum.

41. Rhinomacer. *Fabr.*

Palpi 4. extrorsum crassiores: articulo ultimo obliquo truncato. Antennæ rostro insidentes.

37. Zonitis *Fabr.*

Palpi inæquales filiformes. Maxilla elongata, integra. Labium emarginatum.

53. Callidium *Fabr. Cerambycis Sp. Linn. Leptura Sp. Geoffr.*

Palpi æquales subclavati. Maxilla bifida. Labium bifidum: laciniis tenuissimis.

51. Rhagium *Fabr. Cerambyc. Sp. Linn. Stenocori Sp. Geoffr.*

Palpi inæquales capitati. Maxilla unidentata. Labium bifidum: laciniis rotundatis.

49. Stenocorus *Fabr. Geoffr. Cerambyc. Sp. Linn.*

Palpi inæquales: postici clavati.

67. Cicindela *Fabr. Linn. Buprestis Sp. Geoffr.*

Palpi sex filiformes: postici pilosi multiarticulati. Labium corneum, tridentatum.

68. Elaphrus *Fabr. Cicinael. Sp. Linn. Buprest. Sp. Geoffr.*

Palpi sex filiformes. Labium rotundatum, apice acuminatum, integrum.

70. Dytiscus *Fabr. Linn. Geoffr.*

Palpi sex filiformes. Labium corneum, truncatum, integrum.

CLASSIS 2. Ulonata.

* *Antennis filiformibus.*

93. Acry-

93. Acrydium *Fabr. Geoffr. Grylli Sp. Linn.*
Palpi æquales, filiformes. Labium ovatum apice fissum.

97. Gryllus *Fabr. Linn. Acrydii Sp. Geoffr.*
Palpi æquales, filiformes. Labium rotundatum bifidum: laciniis rotundatis.

** *Antennis ensiformibus.*

94. Truxalis *Fabr. Grylli Sp. Linn.*
Palpi filiformes. Galea truncata, fornicata; Labium bifidum.

*** *Antennis setaceis.*

90. Forficula *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales, filiformes. Labium trifidum.

91. Blatta *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi inæquales filiformes. Labium bifidum: laciniis fissis; pinnis inæqualibus.

92. Mantis *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi subæquales, filiformes. Labium bifidum: laciniis fissis; pinnis æqualibus.

95. Acheta *Fabr. Grylli Sp. Linn.*
Palpi inæquales, filiformes. Labium quadrifidum.

96. Locusta *Fabr. Geoffr. Grylli Sp. Linn.*
Palpi inæquales, filiformes. Maxilla apice tridentata. Labium bifidum: laciniis seta subulata.

CLASSIS 3. Synistata.

102. Ephemera *Fabr. Linn. Geoffr.*
Mandibulæ nullæ.

104. Phryganea *Fabr. Linn. Geoffr.*
Maxillæ totæ connatæ cum labio.

103. Semblis *Fabr. Phryganea Sp. Linn. Perla Geoffr.*

Maxilla bifida. Labium annulatum, integrum.

98. Monoculus *Fabr. Linn. Geoffr. Binoculus Geoffr.*

Palpi postici auriformes.

99. Oniscus *Fabr. Linn. Geoffr.*

Palpi inæquales: postici longiores. Maxilla truncata, denticulata. Labium bifidum.

100. Lepisma *Fabr. Linn.*

Palpi inæquales. Labium membranaceum, rotundatum, emarginatum.

101. Podura *Fabr. Linn. Geoffr.*

Palpi subclavati. Labium bifidum.

105. Hemerobius *Fabr. Linn. Geoffr. Termitis Sp. Linn.*

Maxilla recta apice fissa. Labium corneum, fornicatum.

108. Panorpa *Fabr. Linn. Geoffr.*

Os porrectum corneum. Maxilla bifida; truncata.

109. Cynips *Fabr. Linn. Geoffr. Diplolepis Geoffr.*

Palpi inæquales subcapitati. Labium corneum, integrum.

110. Raphidia *Fabr. Linn. Geoffr.*

Maxilla cornea integra. Labium breve, corneum.

111. Tenthredo *Fabr. Linn. Geoffr.*

Palpi filiformes. Labium trifidum.

112. Sirex *Fabr. Linn. Uroceros Geoffr.*

Palpi postici longiores extrorsum crassiores.

113. Ichneumon *Fabr. Linn. Geoffr. Mutilla Sp. Linn.*

Labium cylindricum apice membranaceum, emar-

emarginatum, medio palpigerum.

114. Evania *Fabr. Sphegis Sp. Linn.*

Palpi postici incurvi: articulo tertio quadrato. Labium conicum, apice membranaceum, integrum.

115. Chalcis *Fabr.*

Palpi æquales. Antennæ breves, cylindricæ, fusiformes: articulo primo subcrassiori.

117. Tiphia *Fabr.*

Maxilla membranacea, rotundatà. Labium breve corneum, tridentatum medio palpigerum.

119. Chrysis *Fabr. Linn. Vespæ Sp. Geoffr.*

Labium porrectum maxilla lineari multo longius apice membranaceum, emarginatum.

121. Leucospis *Fabr.*

Palpi æquales, breves. Labium maxilla longius emarginatum. Antennæ clavatæ.

123. Vespa *Fabr. Linn. Geoffr.*

Labium porrectum maxilla longius, emarginatum seta utrinque instructum.

124. Crabro *Fabr. Vespæ Sp. Linn. Sphegis Sp. Linn.*

Palpi articulis compressis, rhomboidalibus. Labium breve, corneum, apice palpigerum.

129. Formica *Fabr. Linn. Geoffr.*

Palpi inæquales: articulis cylindricis. Labium submembranaceum, cylindricum, apice palpigerum.

130. Mutilla *Fabr. Linn.*

Palpi articulis obconicis. Labium porrectum, cor-

corneum obconicum, apice palpigerum.

106. Termes *Fabr. Linn.*
Labium corneum quadrifidum: laciniis linearibus acutis.

107. Myrmeleon *Fabr. Linn. Formicaleo Geoffr.*
Palpi sex inæquales: postici multo longiores articulis ultimis duobus extrorsum crassioribus.

108. Ascalaphus *Fabr. Myrmeleonis Sp. Linn.*
Palpi sex subæquales, filiformes.

* *Os Lingua exserta.*

116. Sphex *Fabr. Linn. Ichneumonis Sp. Geoffr.*
Lingua inflexa trifida. Labium emarginatum utrinque seta instructum.

118. Scolia *Fabr.*
Lingua inflexa trifida. Labium porrectum apice membranaceum, integrum, medio palpigerum.

120. Thynnus *Fabr.*
Lingua brevissima, involuta. Labium trifidum, lacinia intermedia emarginata.

125. Andrena *Fabr. Apis Sp. Linn.*
Lingua trifida. Labium cylindricum maxilla longius utrinque setis duabus membranaceis.

127. Nomada *Fabr. Apis Sp. Linn.*
Lingua inflexa trifida. Palpi postici linguæformes: articulo secundo longissimo.

126. Apis *Fabr. Linn. Geoffr.*
Lingua inflexa quinquefida. Palpi brevissimi.

122. Bembex *Fabr. Vespæ Sp. Linn. Apis Sp. Linn.*
Lingua inflexa quinquefida. Labium porrectum os involvens.

CLAS-

CLASSIS 4. Agonata.

131. Cancer *Fabr. Linn.*
Antennæ 4. filiformes: articulo ultimo bifido.

132. Pagurus *Fabr. Cancri Sp. Linn.*
Antennæ 4. pedunculatæ, anticæ setaceæ, posticæ filiformes: articulo ultimo bifido.

134. Scyllarus *Fabr. Cancri Sp. Linn.*
Antennæ duæ filiformes, articulo ultimo bifido. Squamæ duæ arcuatæ loco posticarum.

133. Hippa *Fabr.*
Antennæ duæ pedunculatæ setaceæ pilis densis ciliatæ.

135. Astacus *Fabr. Cancri Sp. Linn.*
Antennæ 4. pedunculatæ: anticæ elongatæ setaceæ, posticæ fissæ.

136. Squilla *Fabr. Cancri Sp. Linn.*
Antennæ 4. subæquales: anteriores pedunculatæ, setaceæ: posticæ pedunculatæ; pedunculo quadriarticulato, setaceæ, fissæ.

137. Gammarus *Fabr. Cancri Sp. Linn.*
Antennæ 4. pedunculatæ, simplicissimæ: anticæ breves, subulatæ, posticæ setaceæ.

CLASSIS 5. Unogata.

138. Libellula *Fabr. Linn. Geoffr.*
Labium trifidum: lacinia dorsali minutissima.

139. Aeshna *Fabr. Libellul. Sp. Linn.*
Labium trifidum: laciniis æqualibus; lateralibus truncatis, dentatis, intermedia emarginata.

140. Agrion *Fabr. Libellul. Sp. Linn.*
Labium trifidum: laciniis exterioribus bifidis.

141. Julus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Labium crenatum, emarginatum.

142. Scolopendra *Fabr. Linn. Geoffr.*

Pal-

Palpi filiformes inter maxillas connati. Labium dentatum, fissum.

143. Trombidium *Fabr. Acari Sp. Linn.*
Palpi incurvi apice acutissimo. Labium concavum maxillas recipiens.

144. Aranea *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi incurvi maris clavati. Labium breve apice rotundatum.

145. Phalangium *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi porrecti incurvi. Maxilla superior chelifera.

146. Scorpio *Fabr. Linn. Chelifer. Geoffr.*
Palpi cheliferi. Labium bifidum.

CLASSIS 6. Glossata.

147. Papilio *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi duo reflexi. Lingua spiralis exserta. Antennæ extrorsum crassiores.

148. Sphinx *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi duo reflexi pilosi. Lingua spiralis exserta. Antennæ squamatæ.

149. Sesia *Fabr. Sphingis Sp. Linn. Geoffr.*
Palpi duo reflexi. Lingua exserta truncata. Antennæ cylindricæ.

150. Zygæna *Fabr. Sphingis Sp. Linn. Geoffr.*
Palpi duo reflexi. Lingua exserta setacea. Antennæ medio crassiores.

151. Bombyx *Fabr. Phalænæ Sp. Linn. Geoffr.*
Palpi duo compressi reflexi. Lingua brevis membranacea. Antennæ filiformes.

153. Noctua *Fabr. Phalænæ Sp. Linn. Geoffr.*
Palpi compressi pilosi, apice cylindrici, nudi. Lingua porrecta, cornea. Antennæ setaceæ.

154. Phalæna *Fabr. Linn. Geoffr.*
Palpi cylindrici. Lingua porrecta, membra-

branacea. Antennæ filiformes.

155. Pyralis *Fabr. Phalænæ Sp. Linn. Geoffr.*
Palpi nudiusculi basi cylindrici, medio dilatato-ovati, apice subulati. Antennæ filiformes.

152. Hepialus *Fabr. Phalænæ Sp. Linn. Geoffr.*
Palpi duo reflexi pilosi. Rudimentum linguæ bifidæ inter palpos. Antennæ moniliformes.

158. Pterophorus *Fabr. Geoffr. Phalænæ Sp. Linn.*
Palpi lineares. Lingua exserta membranacea. Antennæ setaceæ.

157. Alucita *Fabr. Phalænæ Sp. Linn. Tineæ Sp. Geoffr.*
Palpi duo ad medium bifidi: lacinia interiore acutissima. Antennæ setaceæ.

156. Tinea *Fabr. Geoffr. Phalænæ Sp. Linn.*
Palpi quatuor inæquales. Antennæ setaceæ.

CLASSIS 7. Ryngota.

159. Fulgora *Fabr. Linn.*
Os rostro elongato: vagina quinquearticulata. Antennæ breves, capitatæ.

160. Membracis *Fabr. Cicadæ Sp. Linn.*
Labium corneum, elongatum, apice membranaceum, subulatum. Antennæ subulatæ fronti insertæ.

161. Tettigonia *Fabr. Cicadæ Sp. Linn.*
Rostrum vagina biarticulata capitis apici inserta. Antennæ setaceæ.

162. Cicada *Fabr. Linn.*
Labium rotundatum apice setaceum. Antennæ sub oculis insertæ.

163. Cercopis *Fabr. Cicadæ Sp. Linn.*
Labium abbreviatum, truncatum, emarginatum. Antennæ sub oculis insertæ.

168. Acanthia *Fabr. Cimicis Sp. Linn.*
Rostrum sub capitis apice insertum. Labium nul-

nullum. Antennæ ante oculos insertæ.

169. Cimex *Fabr. Linn. Geoffr.*
Labium elongatum, subulatum, annulatum. Antennæ ante oculos insertæ.

170. Pulex *Fabr. Linn. Geoffr.*
Rostrum vagina quinquearticulata. Seta unica. Laminæ duæ ovatæ basin rostri tegentes.

172. Aphis *Fabr. Linn. Geoffr.*
Rostrum vagina quinquearticulata. Seta unica. Labium fornicatum. Antennæ setaceæ.

167. Naucoris *Fabr. Geoffr. Nepæ Sp. Linn.*
Os rostro subinflexo. Setæ tres inæquales. Labium porrectum, rotundatum. Antennæ brevissimæ sub oculis insertæ.

165. Sigara *Fabr. Notonectæ Sp. Linn. Corixa Geoffr.*
Os rostro brevissimo. Vagina conica transversim striata lateribus spinosa. Antennæ brevissimæ.

175. Thrips *Fabr. Linn. Geoffr.*
Rostrum obsoletum intra os absconditum. Antennæ filiformes.

** *Rostro arcuato*

164. Notonecta *Fabr. Linn. Geoffr.*
Labium superius conicum, elongatum, subulatum. Antennæ sub oculis insertæ.

166. Nepa *Fabr. Linn.*
Labium nullum. Antennæ palmato-divisæ sub oculis insertæ.

170. Reduvius *Fabr. Cimicis Sp. Linn.*
Antennæ supra oculos insertæ.

*** *Vagina pectorali.*

173. Chermes *Fabr. Linn. Geoffr.*
Vagina pectoralis. Setæ tres inflexæ. Antennæ cylindricæ.

174. Coccus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Setæ vaginaque pectorales. Antennæ filiformes.

CLASSIS 8. Antliata.

* *Os proboscide atque haustello*

177. Tipula *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum absque vagina. Palpi duo porrecti filiformes ad basin proboscidis.

178. Bibio *Fabr. Muscæ Sp. Linn.*
Haustellum setis tribus vaginaque univalvi. Palpi brevissimi. Antennæ basi connatæ, acuminatæ.

179. Stratiomys *Fabr. Geoffr. Muscæ Sp. Linn.*
Haustellum seta unica absque vagina. Palpi breves, subcapitati.

180. Rhagio *Fabr. Muscæ Sp. Linn.*
Haustellum setis tribus absque vagina. Palpi duo pilosi, porrecti ad basin haustelli.

181. Syrphus *Fabr. Muscæ Sp. Linn.*
Haustellum setis quatuor absque vagina. Palpi duo basi setarum exteriorum inserti.

182. Musca *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum seta unica absque vagina. Palpi duo porrecti extrorsum crassiores.

183. Tabanus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum vagina univalvi setisque quinque. Palpi duo clavato-acuminati.

184. Rhingia *Fabr. Scopol. Conopis Sp. Linn.*
Haustellum vagina univalvi os obtegente, setisque quatuor. Palpi filiformes.

186. Conops *Fabr. Linn. Asili Sp. Geoffr.*
Haustellum vagina univalvi, abbreviata, setaque unica. Proboscis porrecta ultra basin geniculata.

190.

190. Empis *Fabr. Linn.*
Haustellum et proboscis inflexa. Haustellum vagina univalvi setisque tribus. Palpi breves, filiformes.

** *Os haustello absque proboscide.*

176. Oestrus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum retractum intra labia connata, poro pertusa.

185. Asilus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum rectum, bivalve, basi gibbum.

187. Stomoxys *Fabr. Geoffr. Conopis Sp. Linn.*
Haustellum vagina univalvi convoluta, basi geniculata, setisque duabus vaginantibus.

188. Myopa *Fabr. Conopis Sp. Linn. Asili Sp. Geoffr. Sicus Scopol.*
Haustellum basi medioque geniculatum: vagina bivalvi, valvulis inæqualibus.

189. Culex *Fabr. Linn. Geoffr.*
Vagina exserta univalvis, flexilis: setis quinque. Palpi duo triarticulati.

191. Bombylius *Fabr. Linn. Asili Sp. Geoffr.*
Haustellum longissimum, rectum, setaceum, bivalve.

192. Hippobosca *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum breve, cylindricum, rectum. bivalve valvulis æqualibus.

193. Pycnogonum *Fabr.*
Haustellum tubulosum, conicum absque setis. Palpi duo ad basin haustelli.

194. Pediculus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum retractile, recurvum.

195. Acarus *Fabr. Linn. Geoffr.*
Haustellum vagina bivalvi, cylindrica. Palpi duo longitudine haustelli.

INST.

INSTITUTIONUM ENTOMOLOGIÆ

PARS ALTERA.

De Insectis in Specie.

PHilosophiæ entomologicæ munere perfuncti ad Insecta ipsa singillatim inspicienda gradum facimus; eam tamen nobis legem imponentes, ut præcipuas tantummodo ipsorum species, quæ in hujusce Regni regionibus obtinent, in medium afferamus, atque eas potissimum seligamus, quas colligere, et in nostro museo adservare nobis datum fuit. Hujusce autem suscepti consilii ea ratio fuit, ut et nostris et exteris rem gratam faceremus: illi enim perspectum habebunt quidquid insectorum heic vivit, his vero patefient insectorum species nostrarum regionum propriæ ac singulares. In iis autem recensendis cl. Fabricii systemati insistemus, eaque dabimus nominibus genericis ab ipso adhibitis insignita; neque aliorum Auctorum synonymiam negligemus, ac tandem accuratam, quoad ejus fieri potest, cujusque Individui descriptionem exhibere conabimur. Ita enim fiet, ut si qui errores irrepserint, meæ solum incuriæ referantur.

CLASSIS I.

ELEUTERATA.

MAxilla nuda libera.

Os maxillis, palpisque 4. aut 6.

Palpi sæpius quatuor: *anticis* maxillæ dorso: *posticis* labio adhærentibus.

Interdum sex: *anticis* duobus, et duobus *intermediis* maxillæ dorso insertis: *posticis* labio.

Clypeus (sive labium superius) horizontalis, os superne tegens.

Mandibulæ duæ transversales, mobiles, corneæ, latera oris superne includentes.

Maxillæ duæ, liberæ, transversales, sæpius membranaceæ, compressæ, latera oris inferne includentes.

Labium porrectum, liberum, mox corneum, mox membranaceum, os inferne claudens.

Antennæ inter oculos insertæ.

In hac Fabricii classe locum habent omnia Insecta *Coleoptrata*, quæ in primo Ordine Linnæani systematis, in prima Classe Geoffroy, et in octava Domini Degeeri occurrunt, excepta *Forficula*. Hinc ope synonymiæ unusquisque conferre poterit Characteres unicuique Generi appositos a prædictis Auctoribus, atque ita facilis insectorum hujus classis cognitionem sibi comparare.

1. LU-

1. LUCANUS *Linn. Degeer. Fabr.*
Platycerus *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso adhærentes:
posteriores sub labio penicillis duobus adnati.

Mandibula porrecta, exserta, cornea, arcuata, dentata: in maribus nonnullarum specierum longissima.

Maxilla porrecta, membranacea, tota setosa.

Labium porrectum, coriaceum, emarginatum.

Antennæ undecim articulatæ, articulo secundo longissimo: clava compressa, latere interiori pectinato-fissili.

Larva hexapoda, annulata, nuda, abdomine apice vesiculoso, capite corneo.

Pupa intra glebam quiescens, abdomine spinis duabus caudalibus, rigidis, articulatis, mobilibus.

Victus Larvæ e ligno putrescente: *imaginis* e foliis *arborum*.

1. Lucanus Mandibulis exsertis unidentatis apice bifurcatis, labio deflexo: ruga transversali elevata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 1. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 559. *Cervus*. tab. 1. fig. 1.

Platycerus fuscus, cornubus duobus mobilibus, apice bifurcis, intus ramo, denticulisque instructis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 61. 1. tab. 1. fig. 1.

Habitat in ligno quercino putrescente.

Variat magnitudine, an sexu?

Caput latum marginibus reflexis. Thorax marginatus capite angustior. Color purpurascenti-niger.

β. *Lucanus Dorcas* niger thorace convexo, maxillis exsertis brevibus apice simplici, latere bi-

dentatis. Mull. Zool. dan. prodr. 444.

Platycerus fuscus, elytris lævibus, capite lævi. *Geoffr. Ins.* 1. p. 62. 2.

In truncis antiquarum Fraxinorum passim occurrit.

Hæc Varietas habetur pro femina Lucani Cervi a plerisque Entomologis, fide præsertim Roeselii. Sed auctoritas Geoffroy, qui semper inter se copulata vidit hæc Individua, et nunquam cum Lucano Cervo, imo corporis structura diversam speciem esse confirmant. In hac enim specie thorax capite latior, et convexus non vero depressus et angustior inspicitur; ut in L. Cervo. Mandibulæ breves, forma capitis, aliaque Cl. Mulleri sententiam statuunt.

Capreolus. 2. Lucanus mandibulis exsertis apice tantum bifurcatis, labio ruga transversa elevata interrupta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 2. *Specim. Ins. Calabr.* 1.

Lucanus Capreolus scutellatus, maxillis exsertis, apice tantum furcatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 560. *Sulzers Ins.* tab. 6. fig. 1.

Inventus in Ulteriori Calabria.

Dama. 3. Lucanus mandibulis exsertis intus bidentatis longitudine Capitis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 2.

Lucanus Capreolus β. *Linn. Mus. Lud. Ulr.* 30.

Communis apud nos, L. Capreolo simillimus, et forte illius femina ex Linnæi sententia.

parallelepipedus. 4. Lucanus mandibulis dente laterali elevato, corpore depresso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 2. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 561. 6.

Platycerus niger, elytris lævibus, capitis puncto duplici prominente. *Geoffr. Ins.* 1. p. 62. 3. *Degeer Ins.* 4. tab. 12. fig. 9.

Spe-

Specim. Ins. Cal. 1.

Habitat in nostris sylvis.

Statura Luc. Damæ, sed dimidio minor. Color ater, corpus depressum, et punctum duplex prominens in medio capitis tantum in maribus hunc ab illo distinguunt.

2. SCARABÆUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*
Copris *Geoffr.*

Palpi quatuor filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apicibus adhærentes.

Mandibula porrecta, cornea, arcuata.

Maxilla elongata, membranacea.

Labium porrectum, corneum, emarginatum.

Antennæ clavato-lamellatæ.

Larva hexapoda, annulata, pilosa, abdomine subtus vesiculoso, capite corneo.

Pupa intra glebam quiescens, abdomine vesiculoso, ecaudato.

Victus Larvæ et imaginis e stercore animalium.

Copris Geoffr. differt tantummodo defectu scutelli.

Scarabæorum species sequenti ordine disponendæ sunt.

1. *Scutellati* thorace cornuto.
2. *Scutellati* thorace inermi, capite cornuto.
3. *Scutellati* mutici, capite thoraceque inermi.
4. *Exscutellati* thorace cornuto.
5. *Exscutellati* thorace inermi, capite cornuto.
6. *Exscutellati* mutici.

1. *Scutellati thorace cornuto.*

1. Scarabæus scutellatus rufus thorace excavato antrorsum cornuto, tibiis anticis tridentatis. *Candidæ.*

Spec. Ins. Calabr. 9. tab. fig. 6. a. b.

In Lacinio promontorio ulterioris Calabriæ inventus.

Icon Cyrilli vel alium Sc. repræsentat, vel erronea est in Spec. Ent. Neap. tab. 1.

Typhœus. 2. Scarabæus scutellatus thorace tricorni: intermedio minori, lateralibus porrectis longitudine capitis mutici. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 10. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 543. 9.

Geoffr. Ins. 1. tab. 1. fig. 3.

Degeer. Ins. 4. tab. 10. fig. 5.

Habitat sub stercore bovino cuniculos profundos fodiens. In nostris paludibus communis.

Femina gerit tantummodo rudimenta cornuum truncata.

Color niger, forma cornuum, antennæ trilamellatæ, clava subgrisea: thorax lævis, elytra striata, tibiæque admodum pilosæ sunt notæ, quibus distinguitur hæc Scarabæi species.

nasicornis. 3. Scarabæus scutellatus, thorace prominentia triplici, capitis cornu recurvo, elytris lævibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 11. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 544. 15.

Scarabæus scutellatus fusco-castaneus, elytris lævibus, thorace gibbo, capite cornu incurvato. *Degeer. Ins.* 4. p. 255.

Roesel Ins. 2. *Scarab.* 1. tab. 7.

Imperat. Nat. hist. 788. 789.

Habitat in fimetis, terraque pingui.

Femina loco cornu gibbum cum denticulo in apice gerit, et loco tuberculorum thoracis rugam elevatam transversam. Antennæ trilamellatæ sunt.

Larva grisea, capite pedibusque rufis una cum ima-

imagine iisdem in locis invenitur.

4. Scarabæus scutellatus, thorace antice truncato quinquedentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 12. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 544. 11. *cylindricus.*

Sulzers Ins. tab. 1. fig. 2.

Degeer Ins. 4. tab. 10. fig. 2.

Habitat in Pruni cerasi truncis Europæ borealis. Misit Claris. Thunberg.

Femina mutica est. Color Insecti niger nitidus.

2. Scutellati thorace inermi, capite cornuto.

5. Scarabæus scutellatus, thorace inermi antice excavato, capitis cornu recurvo, elytris lævissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 13. *Mantis.* 1. p. 7. *Silenus.* tab. 1. fig. 2.

Barrel. pl. hisp. t. 163.

Scopol. delic. insubr. 1. p. 50. t. 21. fig. E.

Apud nos vulgaris.

Feminæ cornu brevius.

Color fusco-castaneus. Capitis cornu subulatum valde recurvum. Thorax antice excavatus secundum longitudinem. Elytra lævia.

6. Scarabæus scutellatus, thorace inermi, capite tuberculis tribus, elytris striis crenatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 15. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 548. 28. *subterraneus.*

Habitat in stercore.

Scar. Fossore multo minor. Variat rarius thorace utrinque macula laterali rufa.

Parvus, niger. Clypeus obtusissimus. Thorax punctis rarioribus adspersus. Elytra striata, striis singulis excavato-punctatis. Scutellum vix conspicuum, ut de ejus præsentia jure dubitarint Degeerus, Linnæusque.

fossor. 7. Scarabæus scutellatus, thorace inermi retuso; capite tuberculis tribus: medio subcornuto. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 15. *Linn. Fn. Svec.* 384. *Degeer Ins.* 4. t. 10. fig. 7.

Scarabaeus totus niger spinulis tribus capitis transversim positis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 82. 20.

Habitat in stercoratis.

Niger, nitidus, elytris vix striatis. Thorax valde convexus. Moschum redolet.

Variat magnitudine a duabus ad quinque lineas longus.

fimetarius. 8. Scarabæus scutellatus, ater, thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 16. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 548. 32. *Degeer. Ins.* 4. tab. 10. fig. 8.

Scarabaeus capite thoraceque nigro, antennis elytrisque rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 81. 18.

Habitat in stercore. Inveniendus initio veris, meridie volitans.

Niger nitidus. Tubercula tria, elevata in vertice. Maculae duae in antica thoracis parte. Elytra sulcata rubra. Longus lineas tres cum dimidio, latus duas circiter.

Femina tuberculis caret.

conspurcatus. 9. Scarabæus scutellatus, thorace inermi, marginibus lateralibus albidis, capite tuberculato, elytris griseis maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 17. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 549. 34.

Scarabaeus capite thoraceque nigro glabro, elytris griseis, pedibus pallidis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 82. 19.

In Europæ stercore, frequens veris initio.

Affinis Sc. sordido, sed minor a linea ad tres lon-

longus. Niger vel fuscus. Elytra lurida vel glauca puntis 2. 5. vel 7. oblonginsculis. Pedes elytris concolores.

10. Scarabæus scutellatus, capite tuberculato, thorace nigro, margine pallido puncto nigro, elytris griseis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 17. *sordidus.*

Habitat in stercore.

Simillimus præcedenti, sed paullo major.

Clypeus rotundatus, integer, niger, macula utrinque pallida tuberculisque tribus, intermedio subcornuto. Thorax lævis, glaber, ater, margine omni pallido, puncto utrinque nigro. Elytra striata grisea. Subtus nigro griseoque variegatus, pedibus pallidis.

3. Scutellati mutici,
capite thoraceque inermi.

11. Scarabæus scutellatus, muticus, ater, clypeo rhombeo, vertice prominulo, elytris sulcatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 18. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 550. 42. *stercorarius.*

Scarabæus ater, dorso glabro, elytris sulcatis, capitis clypeo rhomboide, centro prominulo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 75. 9. *Degeer. Ins.* 4. tab. 9. fig. 10. 11.

Sub stercore invenitur.

Variat subtus æneus nitidissimus; elytris sulcatis obscure rufis, et testaceus. Acaris obnoxius.

Ab Ægyptiis soli consecratus, pilulas e stercore conficit, quas pedibus posticis volutat, ovoque impregnatas sepelit. Vespere cum susurro circumvolans proximum diem serenum futurum prænunciat. Vis huic diuretica summa inest. Conf. Spec. Calabr. n. 2.

12. Sca-

vernalis. 12. Scarabæus scutellatus muticus, elytris glabris lævissimis, clypeo rhombeo, vertice prominulo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 19. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 551. 43. *Spec. Ins. Cal.* 2.

Scarabæus cærulescens, dorso elytrisque glabris lævissimisque, capitis clypeo rhomboide, centro prominulo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 77. 10.
Degeer Ins. 4. tab. 10. fig. 4.

Vere sub stercore hospitatur.

Præcedenti minor. Variat colore cærulescente, virescente, et obscuro.

Glaber est et nitidus. Moschum olet.

rufipes. 13. Scarabæus scutellatus muticus ater, thorace glabro nitido, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 20.

Scarabæus muticus ater, antennis pallidis, elytris lævibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 559. 86.
Degeer Ins. 4. tab. 10. fig. 6.

In stercore occurrit.

Antennæ apice rufæ. Thorax parum gibbus. Elytra quasi lævia. Pedes rufi. Subterraneo simillimus.

Varietas duplo minor pedibus nigris adnotatur a Fabricio.

plagiatus. 14. Scarabæus scutellatus muticus niger, elytris plaga rufescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 21. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 559. 85.

Habitat Upsaliæ, et apud nos, sed rarus.

Magnitudo Oryzæ. Niger. Elytra striata, in singulis macula oblonga, purpurascens, juxta suturam dorsalem.

quisquilius. 15. Scarabæus scutellatus muticus ater, elytris lividis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 21.

Sca-

Scarabæus exscutellatus, ater glaber, elytris lividis testaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 558. 83.

In Europæ stercore.

Magnitudo seminis cannabis. Scutellum parvum, nigrum. Thoracis latera etiam livida. Pedes ferruginei.

16. Scarabæus scutellatus muticus ater, elytris testaceis, sutura nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 21. *merdarius.*

In Europæ stercore.

Scar. quisquilio dimidio major. Estque vera species, dum sutura elytrorum constanter nigra observatur.

4. *Exscutellati thorace cornuto.*

17. Scarabæus exscutellatus, thorace tricorni, intermedio obtuso bifido, capitis cornu erecto, clypeo emarginato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 24. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 543. 10. *lunaris.*

Copris capitis clypeo lunulato; margine elevato, corniculo denticulato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 88. 1.

In locis stercoratis occurrit.

Obscurus nitidus. Clypeus lunaris, emarginatus, in utroque sexu cornutus. Thorax triplici protuberantia, in medio linea exaratus in mare, sed in femina muticus, retusus, lævis.

Variat colore castaneo. Varietatem minorem cornubus minoribus pariter e Lucania accepimus.

5. *Exscutellati thorace inermi capite cornuto.*

18. Scarabæus exscutellatus thorace antice mucronato, capite cornubus duobus lunaribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 26. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 547. 27. *Bison.*

In nostro Regno frequens.

Cor-

Corpus atrum. Caput semiovale, margine elevato, fasciolaque elevata, cui insident cornua duo, distantia, incurva, crectiuscula, capite longiora. Thorax lævis, antice retusus, supra antrorsum productus in mucronem obtusiusculum, longitudine capitis. Ad scutelli locum in thorace puncta duo impressa. Elytra striata, fere abdomine breviora, quod subtus ferrugineo-pubescens. Antennæ clava ferruginea. Femina thoracis margine antico carinato elevato, mucroneque capitis distincta.

Cavolini tab. 10. fig. 11. 12. 19. Scarabæus exscutellatus niger, thorace retuso quadridentato, clypeo lunato emarginato cornuto, cornu recurvo, elytris striatis.

In collibus circa Stabias, et in Vico æquensi inventus a cl. nostro Philippo Cavolino.

Niger nitidus. Antennæ testaceæ trilamellatæ. Clypeus lunatus, emarginatus, cornu crasso elongato, recurvo, obtuso. Thorax retusus, et fere oblique excisus punctis minutissimis exaratus: superne crena elevata denticulis quatuor obtusis exasperata, in medio stria longitudinali ad suturam elytrorum ducta. Elytra striata. Par pedum posticorum remotum, et fere in abdominis extremitate positum.

Femina cornu brevius gerit, denticulosque crenae thoracis fere obsoletos: in reliquis simillima mari.

Taurus. 20. Scarabæus exscutellatus, thorace inermi, occipite cornubus binis reclinatis arcuatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 28. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 547. 26.

Copris niger, capite pone bicorni, corniculis tenuibus arcuatis longitudine thoracis, thorace utrin-

utrinque sinuato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 92. 10. *Schreber. Ins.* tab. 1. fig. 6. 7.

Apud nos frequens in stercore.

Simillimus Sc. nuchicorni, sed spinæ duæ occipitis filiformes, distantes, arcuatæ, thoraci fere incumbentes. Elytra striata.

21. Scarabæus exscutellatus thorace inermi acuminato, occipite spina erecta gemina. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 28. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 547. 25. *Vacca*.

Copris obscure æneus, capite pone bicorni, thorace antice prominente, elytris rufis nigro-maculatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 90. 5.

Apud nos communis in stercore.

Simillimus Sc. nuchicorni thorace æneo, elytris fuscis, striatis, maculis nigris; sed differt thorace antice retuso, medio prominulo subemarginato: Capitis occipite non spina unica longa, sed duabus brevibus, erectis, nonnihil distantibus. Linn.

22. Scarabæus exscutellatus thorace inermi, occipite spina erecta gemina, corpore nigro obscuro. *Fabr. Mantis.* 1. p. 15. *Capra*.

Cum Sc. Vacca occurrit iisdem in locis, cui simillimus.

Capitis clypeus rotundatus, postice corniculis duobus elevatis. Thorax elevatus, rotundatus, niger, immaculatus. Elytra sublævia, nigra, immaculata. Fabr.

23. Scarabæus exscutellatus, thorace inermi retuso, clypeo cornuto emarginato, elytris striatis, femoribus secundis remotissimis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 546. 21. *Fabr. Mantis.* 1. p. 15. *Voet. Scarab.* tab. 24. fig. 13. *hispanus*.

In

In nostris collibus habitat.

Simillimus Sc. lunaris sed major. Thorax transverse retusus absque sinubus, nec linea exaratus. Clypei emarginatura convenit; qua ambo a Sc. Molosso differunt.

nuchicornis. 24. Scarabæus exscutellatus, thorace rotundato inermi, occipite spina erecta armato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 30. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 547. 24.

Copris fusco-niger, capite clypeato angulato pone cornuto, elytris ferrugineo-nebulosis, brevibus, striatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 89. 3.

Roesel. Ins. 2. *Scarab.* 1. tab. *A.* f. 4.

In stercore vulgatissimus.

Mas a tergo cornutus, femina mutica. Thorax et caput semper nigro-ænea, punctis impressis copiosis ad lentem conspicuis. Elytra vix striata, et inter strias punctatæ.

furcatus. 25. Scarabæus exscutellatus thorace inermi rotundato, capite cornubus tribus erectis approximatis, intermedio breviori. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 30.

Apud nos in stercore frequens.

Minor Sc. Nuchicorni. Clypeus antice emarginatus. Thorax muticus, lævis, glaber, postice rotundatus. Elytra striata, fusca. Pedes nigri. Femina loco cornuum lineam transversam elevatam gerit.

verticicornis. 26. Scarabæus exscutellatus thorace inermi griseo, nigropuntato, capitis cornu erecto brevissimo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 16.

In iisdem locis cum præcedentibus occurrit.

Nimis affinis Sc. Nuchicorni, sed minor. Capitis clypeus rotundatus, æneus, cornu brevissimo recurvo. Thorax rotundatus, inermis, griseus, pun-

punctis duobus anticis, et unico ad latera nigris. Elytra lævia, grisea. Pedes pallidi. Villers.

6. Exscutellati mutici.

27. Scarabæus exscutellatus, clypeo sexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis posticis ciliatis, elytris lævibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 31. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 545. 18. *Spec. Ins. Cal.* 2. *sacer.*

Scarabæus crenatus exscutellatus niger, capitis clypeo lunato, margine antice denticulato, thorace elytrisque lævibus. *Degeer. Ins.* 7. p. 638. tab. 47. fig. 18.

In nostro Regno passim invenitur. Pilulas e stercore volvens.

In columnis antiquis ægyptiorum Roma exsculptus visitur.

Femora postica sæpius dente obtuso notata. Inter oculos puncta duo prominula. Thorax, elytraque lævia.

28. Scarabæus exscutellatus, muticus, niger, clypeo sexdentato, elytris sulcatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 31. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 549. 38. *Spec. Ins. Cal.* 2. *laticollis.*

Copris niger, capite clypeato, margine serrato, thorace lato lævi, elytris striatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 89. 2.

Apud nos vulgatissimus in stercore, ex quo pilulas conficit, volvit.

Sc. sacro simillimus, sed minor. Thorax suborbiculatus, valde convexus, lævis, coleoptris latior. Elytra striis sex. Niger, nitidus.

29. Scarabæus exscutellatus, muticus, clypeo sexdentato, thorace elytrisque nigris: punctis impressis variolosis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 16. *variolosus.* tab. 1. fig. 3.

A Dom.

A Dom. Saldoner in Fiume Austrorum inventus. Apud nos communis.

Statura præcedentium, at paullo minor. Clypeus porrectus, rotundatus, sexdentatus, lævis. Thorax et elytra punctis innumeris variolosis impressa. Thorax ciliatus. Tibiæ anticæ valde dentatæ: reliquæ quatuor pilosæ. Fabr.

Schæfferi. 30. Scarabæus exscutellatus muticus, thorace rotundato, clypeo emarginato, elytris triangulis, femoribus posticis elongatis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 32. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 550. 41. *Spec. Ins. Cal.* 3.

Copris niger, pedibus longis, femorum posteriorum basi denticulata, elytris postice gibbis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 92. 9.

Habitat in Collibus apricis Germaniæ, et in Calabria, globulos e stercore ovino confectos volvens, sepeliens.

Niger. Capitis clypeus rotundatus, emarginatus, Thorax convexus. Elytra brevia, postice coarctata, gibbaque, unde abdomen quasi in fauce inter elytra et pedes. Pedes postici admodum longi femoribus subtus basi posticeque dente; tibiis curvatis. Linn.

pilularius. 31. Scarabæus exscutellatus, muticus niger, opacus, lævis, subtus æneus, thorace postice rotundato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 33. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 550. 40.

Degeer Ins. 4. tab. 18. fig. 14.

Apud nos frequens, globulos e stercore conficit, volvitque.

Niger, opacus, subtus æneus. Elytra lævia. Clypeus ovatus, maxillis brevior.

32. Sca-

32. Scarabæus exscutellatus muticus ater, glaber, elytris maculis duabus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 33. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 551. 45. *Schreberi.*

Copris niger nitidus, thorace antice gibbo, elytro singulo macula duplici rubra. *Geoffr. Ins.* 1. p. 91. 7.

Apud nos passim invenitur.

Corpus fere Sc. nuchicornis. Capitis clypeus integer, ruga transversa. Thorax gibbus, et fere retusus. Elytra vix thorace longiora, striata: macula purpurascente ad basin, aliaque ad apicem majore. Femora rubra.

33. Scarabæus exscutellatus muticus niger, thorace rotundato subæneo, elytris abbreviatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 34. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 551. 46. *Spec. Ins. Cal.* 3. *ovatus.*

Habitat in stercore bovino.

Scar. nuchicorni quadruplo minor, cui ceteroquin simillimus.

3. TROX *Fabr.*

Scarabæi *Sp. Linn.*

Palpi 4. inæquales, capitati:
anteriores longiores maxillæ:
posteriores labii apici adhærentes.

Mandibula brevis, cornea, crassa.

Maxilla cylindrica, membranacea, bifida, laciniis setosis.

Labium porrectum, corneum, rotundatum, apice membranaceum, emarginatum.

Antennæ breves, basi pilosæ, trilamellatæ.

Metamorphosis et victus ignoratur.

Caput retractum. Abdomen subtus planum.

sabulosus. 1. Trox thorace elytrisque rugosis, thorace integerrimo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 34.

Scarabæus sabulosus scutellatus muticus niger opacus, tuberculis rugosis, antennis basi pilosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 551. 48.

Degeer Ins. 4. tab. 10. fig. 12.

In Collibus sabulosis habitat.

Statura silphæ opacæ: niger et rugosus. Caput intra thoracem retractum notam ostendit, qua primo intuitu distingui possit.

arenarius. 2. Trox thorace subcanaliculato, elytris striatis corpore obscuro. *Fabr. Mantis.* 1. p. 18.

E Lucania attulit Raphael de Andrea.

Statura Tr. sabulosi sed dimidio minor. Corpus totum obscure fuscum. Caput intra thoracem retractum. Antennæ testaceæ. Elytra striata.

4. MELOLONTHA *Fabr.*

Scarab. *Sp. Linn. Geoffr. Degeer.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii parieti interno adhærentibus.

Mandibula brevis, cornea, arcuata.

Maxilla brevis, cornea, apice multidentata.

Labium corneum, cordatum, emarginatum.

Antennæ clavato-lamellatæ: lamellis in quibusdam septem.

Larva hexapoda, annulata, subpilosa, abdomine apice vesiculoso, capite corneo.

Pupa quiescens intra glebam, abdomine apice acuminato.

Victus larvæ e plantarum radicibus: imaginis ex arborum foliis.

Thorax

Thorax elytris angustior, brevior. Caput muticum.

1. Melolontha testacea albo-maculata, scutello macula duplici, antennis heptaphyllis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 35. *Fullo.*

Scarabæus Fullo scutellatus muticus, antennis heptaphyllis, corpore nigro pilis albis, scutello macula duplici alba. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 553. 57.

Roesel. Ins. 4. tab. 30.

In Pomariis copiose occurrit. *Conf. Specim. Calabr.* n. 12. fig. 1.

Capitis clypeus quadratus. Corpus in nostris speciminibus rufo-testaceum, subtus hirsutum. Abdominis incisuræ utrinque maculæ alba. Cauda inflexo-acuminata. Antennæ 7-lamellatæ.

2. Melolontha testacea, thorace villoso, incisuris abdominis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 35. *vulgaris* tab. 1. fig. 4.

Scarabæus melolontha scutellatus muticus testaceus, thorace villoso, cauda inflexa, incisuris abdominis albis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 554. 60.

Roesel. Ins. 2. *Scarab.* 1. tab. 1.

In nostro Regno vulgatissima. Vesperi volitans foliis arborum victitat intacta tilia. Esca vespertilionum.

Larva grisea, capite pedibusque testaceis, devorat radices plantarum.

Elytra singula 4. striis elevatis glabriusculis. Anus acuminatus, deorsum flexus. Antennæ 6. vel 7-lamellatæ. In copula ab ano femina mas pendet.

3. Melolontha testacea, thorace villoso, elytris luteo-pallidis, lineis tribus pallidioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 37. *solstitialis.*

Scarabaeus solstitialis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 554. 61. *Degeer. Ins.* 4. tab. 10. fig 15.

In arboretis habitat, ad solstitium æstivum frequentissima. Distincta a Mel. vulgari defectu caudæ, et macularum segmentorum abdominis.

Color elytrorum ad succinum accedit, et quasi diaphanus; lineæ insuper tres quasi albæ, longitudinales in elytris morte Insecti evanescunt. Corpus villosum.

brunnea. 4. Melolontha glabra testacea, elytris striatis, thorace utrinque puncto notato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 39.

Scarabaeus brunnus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 556. 72.

Scarabaeus fulvus scutellatus flavo-rufus, oculis nigris, thorace punctis binis nigris, pedibus longissimis. *Degeer Ins.* 4. p. 277. tab. 10. fig. 17.

In arboretis.

Larvæ devorant radices plantarum: *imagines* folia.

Antennarum lamellae longae.

erythrocephala. 5. Melolontha glabra pallida, capite rufo basi nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 40. *Specim. Ins. Calabr.* 18. fig. 35.

In Calabria ulteriori habitat.

Frischii. 6. Melolontha nigro-ænea, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 41.

Scarabaeus julii, s. vitis. Frisch. Ins. 4. 29. tab. 14.

Habitat in Vite, Rosa.

Variat colore viridi, cæruleo, viridi testaceo, rariusque elytris thorace concoloribus.

Caput et thorax obscure aenea, glabra, nitida. Scutellum rotundatum, aeneum. Elytra testacea sutura virescente in communi, quae duplo major Mel. horticola.

7. Me-

7. Melolontha viridis, thoracis lateribus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 41. *vitis.*

Scarabaeus dubius Scop. Ent. Carn. 4.

In Vite frequens.

Præcedenti affinis. *Variat elytris testaceis.*

Corpus viride, thoracis lateribus flavis. Pedes nigri.

8. Melolontha aurata supra viridi cuprea. *Specim. Ins. Calabr.* 14. *æruginosa.*

Scarabaeus aeruginosus scutellatus muticus auratus, supra viridis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 558. 80.

Scarabaeus superbus muticus scutellatus, supra et infra viridi auratus. *Villers Ins. tom.* 1. p. 36.

In Calabria ulteriori.

Major Cetonia aurata, cui colore simillima. Pectus lævе.

9. Melolontha capite thoraceque cæruleo-pilosis, elytris testaceis, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 42. *Spec. Calabr.* fig. 5. *horticola.*

Scarabaeus horticola. Linn. Syst. Nat. 2. p 554. 59.

Scarabaeus viridi-collis scutellatus, elytris obscure-flavis, capite thoraceque violaceis, pedibus nigris. *Degeer. Ins.* 4. 278. tab. 10. fig. 18.

In Hortis frequens occurrit.

Larva radices Brassicæ botrydis et capitatæ destruit, *Imago* Pomonæ infesta, intacta pyro communi.

Antennae ferrugineae clava rufa.

10. Melolontha capite thoraceque cæruleo-pilosis, elytris lividis, clypeo antice reflexo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 23. *Specim. Calabr.* fig. 3. *fruticola.*

Scarabaeus cyathiger. Scop. Ent. carn. 6.

In campis secalinis frequens.

Clypeus semper apice reflexo. Femina macula quadrata coleoptrorum nigra scutellum cingente ornatur.

agricola. 11. Melolontha thorace villoso, elytris lividis: limbo fasciaque nigris, clypeo apice reflexo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 23. *Spec. Calabr.* fig. 2.4.

Scarabaeus agricola. Linn. Syst. Nat. 2. p. 553. 58.

Ibidem cum præcedenti occurrit.

Videntur varietates potius quam species; et revera in quibusdam fascia obsoleta conspicitur ut in fig. 2. *nostr. Specim. Calabr.*

ruricola. 12. Melolontha atra sericea, elytris rufis, margine nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 43.

Scarabaeus niger elytris croceis, margine niger. *Geoffr. Ins.* 1. p. 80. 15.

Habitat in graminosis.

Variat elytris obscuris, margine tamen semper obscuriore.

argentea. 13. Melolontha clypeo marginato nigra, subtus argenteo-nitens, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 44.

Scarabaeus argenteus. Scop. Ent. carn. 9.

In floribus frequens.

Corpus subtus argenteis squamulis tectum, fundo nigro, uti et femora nigra.

5. TRICHIUS *Fabr.*

Scarabæi *Sp. Linn.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores lateri labii inserti.

Mandibula cornea, crassa.

Ma-

Maxilla cylindrica usque ad basin bifida.
Labium corneum elongatum, emarginatum.
Antennae clavato lamellatæ: lamellis tribus.
Metamorphosis ignota.
Imago in floribus umbellatarum invenitur.

1. Trichius niger tomentoso-flavus, elytris fasciis tribus nigris, abbreviatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 48. *fasciatus*. tab. 1. fig. 5.

Scarabaeus fasciatus. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 556. 70. *Degeer*. *Ins.* 4. tab. 10, fig. 19.

In floribus umbellatarum habitat.

In hoc labium hirsutum adnotat Fabricius. Elytra abdomine breviora. Variatque elytris luteis monente Villers.

2. Trichius thorace tomentoso, rugis duabus longitudinalibus, elytris abbreviatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 48. *hemipterus*.

Scarabaeus hemipterus scutellatus muticus, thorace tomentoso, rugis duabus longitudinalibus marginato, elytris abbreviatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 555. 63.

Frequens occurrit *larva* in ligno: *imago* in floribus.

Femina aculeo brevi, rigido ani.

Clypeus emarginatus. Antennae piceae. Corpus atrum. Thorax marginatus rugis duabus elevatis. Elytra abdomine dimidio breviora. Abdomen pone elytra saepe cinereum punctis duobus nigris.

6. CETONIA *Fabr.*

Scarabæi *Sp. Linn. Geoffr. Degeer.*

Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ:
posteriores basi internæ labii inserti.

Mandibula porrecta, cornea, recta.

Maxilla unidentata, apice setosa.

Labium elongatum, coriaceum, emarginatum, palpos posteriores tegens.

Antennae clavato-lamellatæ: lamellis tribus.

Larva hexapoda, annulata, pilosa, abdomine apice vesiculoso, capite parvo, corneo.

Pupa quiescens intra glebam, abdomine apice obtuso.

Victus larvæ e ligno putrescente: imaginis ex arborum foliis et floribus.

aurata. tab. 1. fig. 6. 1. Cetonia aurata segmento abdominis primo lateribus unidentato, elytris albo maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 50.

Scarabaeus auratus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 557. 78.

Scarabaeus smaragdus scutellatus viridi-aureus, elytris glabris, lineis transversis albidis, pectore porrecto, lateribus unidentato. *Degeer. Ins.* 4. p. 279. tab. 11. fig. 1. *cum partium oris delineatione, et historia completa metamorphosis.*

Larva habitat in lignis putrescentibus et formicarum acervis, *imago* in floribus.

Imago tacta ejicit per anum liquorem fœtidissimum.

Variat magnitudine et colore; elytrisque immaculatis. Subtus Caput, et thorax villosa. Pectoris latera postice in dentem exeunt. Sternum porrectum.

Morio. 2. Cetonia nigra obscura, corpore subtus nitidiore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 51.

Apud nos communis.

Solo colore a Cetonia aurata distincta.

4. puncta-ta. 3. Cetonia nigra, thorace punctis quatuor albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 52.

Sæpe

Sæpe cum præcedenti occurrit.

Simillima Cet. Morionis, distincta puntis quatuor minutissimis albis in thorace.

4. Cetonia aurata, abdomine postice albo-puncta- *nobilis.*
to, elytris rugosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 51.

Scarabæus nobilis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 558. 81.

Roesel. Ins. 2. *Scarab.* 1. tab. 3. fig. 1-5.

Larva in ligno putrescente: *imago* in floribus præsertim umbellatis.

Larva grisea, capite sanguineo, pedibus flavescentibus.

Minor Cet. aurata. Thorax fere circularis, in medio sulco longitudinali exaratus. Pectus muticum. Elytra rugosa, atomis albis adspersa, monente Linnæo. Anus maculis albis, uti et latera abdominis. Caput, thorax et pectus subtus pilis griseis vestita. Larva ex Roeselio minor, sed similis cet. auratae.

5. Cetonia nigricans hirta, elytris pallido-macula- *hirta.*
tis, thorace carinato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 59.

Scarabæus hirtellus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 556. 69.

β. Scarabæus squallidus scutellatus muticus niger hirtus, thorace subcarinato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 556. 68.

Apud nos vulgatissima.

Elytra adspersa maculis albicantibus. Var. β. paullo major est, supra nigra, thoracis lateribus pilosis. Elytra immaculata, pilosa.

Distinctas species esse contendit cl. Villers tom. 1. p. 31.

6. Cetonia clypeo emarginato nigra albo-macula- *stictica.*
ta, abdomine subtus punctis quatuor albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 59.

Sca-

Scarabæus sticticus scutellatus muticus, niger, glaber, punctis albis sparsis, abdomine subtus punctis quaternis albis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 552. 54.

In Carduis obvia, uti et in plantarum floribus.

Varia: secundum Villers abdomine sine punctis intermediis.

7. HISTER *Linn. Degeer. Fabr.*
Attelabus *Geoffr.*

Palpi quatuor æquales subfiliformes:
anteriores sub apice maxillæ:
posteriores apici labii adhærentes.

Mandibula cornea, arcuata, porrecta, unidentata.

Maxilla membranacea, unidentata.

Labium corneum, porrectum, integrum, cylindricum.

Antennæ undecim-articulatæ, breves: articulo primo longiori, decurvato: ultimo clavato.

Metamorphosis et *victus* ignoratur.

Caput retractum. Elytra abbreviata.

major. 1. Hister ater, elytris substriatis, thoracis marginibus ciliatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 60. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 566. 2.

Habitat in Barbaria, et apud nos.

Simillimus Hist. unicolori, sed duplo major.

Margines ciliati thoracis, et striae exsoletae.

unicolor. 2. Hister ater, elytris oblique striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 60. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 567. 3.

Attelabus totus niger, elytris lævibus nonnihil striatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 94. tab. 1. fig. 4. *Degeer Ins.* 4. tab. 12. fig. 12.

In arena et stercore communis.

Striae

Striae obliquae elytrorum. Figura fere quadrata. Thorax antice emarginatus, caput recipiens. Elytra abdomine breviora. Magnitudo varia.

3. Hister ater, elytris postice rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 61. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 567. 5. *bimaculatus.*

Attelabus niger, elytro singulo macula rubra. *Geoffr. Ins.* 1. p. 95. 2.

In stercore bovino occurrit.

Magnitudo seminis Oryzae. Aliquae striae in elytris longitudinales, et in singulo macula rubra obscura. Caput minus retractum praecedenti, uti et abdomen longius.

4. Hister ater, elytris bimaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 61. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 567. 6. *quadrimaculatus.*

Etiam in stercore occurrit.

Duae maculae elytrorum, altera ad basin, altera versus medium elytri lunata. Interdum hae maculae in unicam lunatam cohaerent. In singulo elytro tres striae longitudinales adsunt.

5. Hister æneus, elytris basi striatis, apice puntactis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 62. *æneus.*

Attelabus nigro-cupreus, capite nonnihil prominulo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 95. 3.

Apud nos communis.

Color nigro-cupreus, nitidus. Caput minus intrusum in thorace. Elytra brevia, sed minus striata; atque versus latus exterius punctis minutissimis exarata. Abdomen plus elongatum in maribus, minus in feminis.

Varietas colore toto nigro notatur a Geoffroyo; quae frequens in nostris.

6. Hister niger nitidus: elytris 12-striatis. *Schranck. Enum. Ins. Austr.* p. 39. 70. *duodecimstriatus.*

Cum

Cum præcedentibus passim invenitur.

Minutus. Elytra immaculata, et in singulis striæ sex a basi ad apicem decurrentes, totumque discum occupantes.

8. APATE *Fabr.*
Dermestis *Sp. Linn.*
Ligniperda *Pallas.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula cornea, recta, basi dentata.

Maxilla membranacea, unidentata.

Labium breve, membranaceum, truncatum.

Antennæ clavatæ: clava articulis tribus perfoliatis.

Metamorphosis ignota.

Præter aliquas species Europæas nuper detectas, et a Fabricio in Mantis. descriptas, reliquæ exoticæ sunt, nobisque ignotæ.

9. DERMESTES *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*
Cleri *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso adhærentes.
posteriores sub labii apice interiori inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla bifida.

Labium corneum, bifidum.

Antennæ clavatæ: articulis tribus ultimis clavato-perfoliatis.

Larva hexapoda, fasciculato-pilosa, cauda sæpius setosa.

Pupa

Pupa quiescens, immobilis, hispida, cauda obtusa.

Victus larvæ et imaginis e pinguedine, pellibus, aliisque.

1. Dermestes niger, elytris antice cinereis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 63. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 561. 1. *Geoffr. Ins.* 1. p. 101. 5. *lardarius.*

Dermestes niger, elytris antice cinereis nigropunctatis. *Degeer Ins.* 4. p. 192. 1. tab. 7. fig. 15.

In Europa.

Larva ovata, cinerea, hirsuta degit in animalibus diu servatis, lardo, carnibus, rebus culinariis et museis infesta.

Imago scybala inter vorandum ex ano protrudit concatenata, pendula. Olea et pinguedines adoritur reliquis insectis læthalia.

2. Dermestes niger, elytris puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 63. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 562. 4. *Pellio.*

Habitat in pellitiis, lardo.

Larva oblonga pilosa, cauda setosa.

3. Dermestes oblongus tomentosus, nigro alboque nebulosus, abdomine niveo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 64. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 563. 18. *Geoffr. Ins.* 1. p. 102. 7. *murinus.*

In Europa frequens cadaveribus victitans.

Larva oblonga brunnea, ore atro.

Pectus et abdomen subtus alba. Scutellum flavescens.

4. Dermestes nigro-cærulescens, thorace villoso, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 65. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 563. 13. *violaceus.*

Clerus caruleus oblongus nigro-cæruleus nitidus, elytris punctis excavatis. *Degeer. Ins.* 5. p. 163. 4. tab. 5. fig. 13.

In

In Europæ cadaveribus frequens.

rufipes. tab. 1. fig. 8. 5. Dermestes nigro-cærulescens, thorace villoso, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 65.
Frequens in Petasonibus et Isiciis tempore paschali, et per æstatem.
Idem cum derm. violaceo videtur, a quo pedibus tantum rufis differt.

10. MELYRIS *Fabr.*

Palpi 4. æquales, filiformes.
Maxilla unidentata, acuta.
Labium clavatum, emarginatum.
Antennæ secundum totam longitudinem perfoliatæ.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Species exoticæ sunt.

11. BOSTRICHUS *Geoffr. Fabr.*

Dermestis *Sp. Linn.*
Scolytus *Geoffr.*

Palpi quatuor æquales:
anteriores maxillæ:
posteriores labii apici inserti.
Mandibula brevis, cornea, crassa, fornicata.
Maxilla cornea, crassa, brevis.
Labium porrectum, membranaceum, cylindricum.
Antennæ articulis undecim rotundatis, ultimis tribus elongatis, incrassatis.
Victus larvæ et imaginis e ligno ramorum emortuorum.
Caput retractum. Thorax teres. Corpus cylindricum.

typographus. tab. 10. fig. 3. 1. Bostrichus testaceus pilosus, elytris striatis retusis præmorso-dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 67.
Dermestes typographus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 562. 7.

Ips

Ips pilosus fuscus, elytris postice oblique truncatis dentatis. *Degeer Ins.* 5. p. 193. tab. 6. fig. 1. 2.

Habitat intra cortices arborum, labyrinthos pulvere repletos formans.

Variat colore testaceo et fusco, etiam magnitudine.

2. Bostrichus glaber nigricans, elytris truncatis integris, abdomine retuso, fronte villosa cinerascente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 68. *Scolytus.*

Scolytus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 310. 1. tab. 5. fig. 5. mala.

Habitat sub corticibus Ulmi Angliæ. Nobis misit cl. Thunbergius.

12. BYRRHUS *Linn. Fabr.*
Cistela *Geoffr.*

Palpi quatuor æquales, articulo ultimo truncato, subcrassiori:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio adhærentes.

Mandibula brevis, crassa, cornea, dentata.

Maxilla membranacea, bifida.

Labium membranaceum, porrectum, bifidum: laciniis conniventibus.

Antennæ articulis ultimis brevissimis, perfoliatis, sensim crassioribus.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Corpus ovatum convexum. Thorax antice coarctatus.

1. Byrrhus fuscus, elytris striis atris interruptis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 69. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 568. 4. *pilula.*

Cistela subvillosa viridescens, fasciis longitudinalibus

libus fuscis interruptis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 116. 1. tab. 1. fig. 8.

Cistela ornata. Sulzers Hist. Ins. tab. 2. fig. 12. In sabulosis habitat.

Variat colore nigro, et fusco, striis tamen semper obscurioribus.

Corpus ovale, convexum. Thorax absque margine, basi latus, antice angustatus. Elytra deflexa pectoris latera amplexantur. Antennæ rectæ, sensim crassiores, ultimis articulis perfoliatis. Tactum insectum caput pedesque retrahit, in quo statu globulus elongatus videtur, atque ita diu perdurat. Tarsi omnes quinque-articulati sunt.

13. ANTHRENUS *Geoffr. Fabr.*
Byrrhi *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores sub labii apice interiori inserti:

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla membranacea, linearis, bifida.

Labium corneum, breve, integrum.

Antennæ cylindrico-clavatæ: clava ovata, solida.

Larva hexapoda, villosa.

Pupa immobilis cauda obtusa.

Victus larvæ e plantis emortuis; imaginis e floribus.

Caput retractum. Thorax antice coarctatus. Corpus ovatum.

scrophulariæ. Anthrenus niger, elytris albo-maculatis: sutura sanguinea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 70.

Byrrhus scrophulariæ. Linn. Syst. Nat. 2. p. 568. 1.

Der-

Dermestes ovatus, niger, maculis squamosis albis, sutura elytrorum rubra. *Degeer. Ins.* 4. p. 200. tab. 7. fig. 20.

In Europæ scrophulariis, et in domibus.

Larva obscura pilosa consumit insecta mortua, aves exsiccatas, pelles etc.

Corpus ovatum supra planum, subtus convexum: Caput, thorax et elytra nigra, nitida, maculis albis adspersa sutura luteo-rubra. Dum tangitur mortuus apparet, retrahendo caput, pedes, et antennas.

2. Anthrenus nebulosus, elytris subnebulosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 70. *museorum.*

Byrrhus museorum nebulosus, elytris subnebulosis, puncto albo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 568. 2.

Dermestes ovatus fuscus obscurus, maculis squamosis griseis. *Degeer. Ins.* 4. p. 203. tab. 8. fig. 11. 12.

Habitat in Museis, animalia adservata destruens.

Similis præcedenti, sed minor. Elytra et corpus supra squamis albidis luteisque undatim positis tecta. Subtus grisco albidum.

3. Anthrenus niger, elytris fasciis tribus undatis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 70. *Geoffr. Ins.* 1. p. 115. 2. *verbasci.*

Byrrhus verbasci fuscus, elytris fasciis tribus undulatis pallidis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 568. 3.

Habitat in verbasco.

Hujus *Larvæ* etiam voraces sunt, uti species præcedentes.

Thorax postice pallidus. Frons nigra. Corpus nigrum squamis albis tectum fascias efformantibus.

14. ANOBIUM *Fabr.*
Ptini *Sp. Linn.*
Dermestis *Sp. Linn.*
Byrrhi *Sp. Geoffr. Degeer.*

Palpi quatuor æquales, clavati:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apici inserti.
Mandibula brevis, cornea, arcuata.
Maxilla brevis, crassa, cornea, recta, dentata.
Labium breve membranaceum, integrum.
Antennæ filiformes, articulis tribus ultimis ovatis, basi attenuatis.
Larva hexapoda, nuda, mollis, capite calloso.
Pupa immobilis.
Victus larvæ e ligno duriori, incorrupto.
Corpus lineari-oblongum. Caput deflexum. Thorax rotundatus. Elytra flexilia.

pertinax. 1. Anobium fuscum, immaculatum, thorace compresso elevato. *Fabr. Mantis.* 1. p. 39.
Ptinus pertinax. Linn. Syst. Nat. 2. p. 565. 2.
Byrrhus nigro-fuscus, elytris striatis, thorace ad angulos macula fulva. *Degeer. Ins.* 4. p. 227. 1. tab. 8. fig. 24. 25.
Frequens occurrit. Destruit e ligno confecta, imprimis quercino. Devoratur a Clero formicario.
Captum se contrahit immobile.

molle. 2. Anobium testaceum, oculis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 71.
Ptinus mollis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 565. 3.
Byrrhus rufo fuscus, oculis nigris, elytrorum apice rufo. *Degeer. Ins.* 4. p. 230. 4. tab. 8. fig. 29.
In quisquiliis frequentissimum.

Larva

Larva alba frigoris patientissima.

15. PTINUS *Linn. Degeer. Fabr.*
Bruchi *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apici laterali adnati.
Mandibula cornea, arcuata, compressa.
Maxilla porrecta, membranacea, bifida.
Labium porrectum, membranaceum, bifidum.
Antennæ longæ, filiformes: articulis obconicis, secundo globoso.
Larva hexapoda, mollis, glabra.
Pupa folliculata, immobilis.
Victus larvæ et imaginis e plantis et animalibus exsiccatis.

Caput retracto-inflexum. Thorax antice coarctatus.

1. Ptinus ater nitidus, pedibus flavescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 72. *longicornis.*

In Europa hospitatur.

Magnitudo Ptini furis. Antennæ filiformes corpore longiores. Corpus atrum; nitidum, immaculatum. Pedes flavi plantis nigris.

2. Ptinus testaceus, thorace quadridentato, elytris fasciis duabus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 73. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 566. 2. *Fur.*

Ptinus rapax ovatus, rufo-fuscus, albedine maculatus, thorace angulato, villis flavis, antennis longitudine corporis. *Degeer. Ins.* 4. p. 231. tab. 9. fig. 5. 6.

Habitat in seminibus, in Museis frequentissimus, destruens herbaria, Insecta, Aves. Occiditur arsenico et alumine ex Krameri observatione.

Larva hexapoda obesa, mollis, pilosa, segmentis dorsalibus prominulis.

Pupa intra globum glutinosum.

Mas alatus, femina aptera.

imperialis. 3. Ptinus fuscus, thorace subcarinato, coleoptris macula alba, aquilam expansam referente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 73. *Linn. Syst. Nat.* 2. pag. 565. 4. *Specim. Ins. Calab.* fig. 27.
Sulzers Ins. tab. 2. fig. 7.

In Europæ arboribus, sed raro invenitur.

Scotias tab. 1. fig. 9. 4. Ptinus thorace lævi piceo, elytris connatis fusco testaceis nitidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 74. *Bruchus* totus testaceus elytris coadunatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 164. 2.

Scotias psylloides. Jacqu. miscell. austr. tab. 23. fig. 1.

In nostris domibus frequens.

Antennae porrectae albo-villosae. Caput parvum cum thorace glabrum, laeve, piceum. Elytra connata, laevia, nitida, obscure-testacea. Pedes villoso-albidi.

16. BRUCHUS *Linn. Fabr. Degeer.*
Mylabris *Sp. Geoffr.*

Palpi 4. æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.

Mandibula cornea.

Maxilla porrecta, membranacea, bifida.

Labium membranaceum, breve, acuminatum.

Antennae filiformes, elongatæ: articulis introrsum apice prominulis.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e seminibus plantarum.

Tho-

Thorax antice angustatus. Elytra obtusa. Caput retracto inflexum.

1. Bruchus elytris nigris albo-maculatis, podice albo: punctis binis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 74. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 604. 1. *Pisi.*

Mylabris fusca cinerea nebulosa, abdominis apice cruce alba. *Geoffr. Ins.* 1. p. 267. 1. tab. 4. fig. 9.

Apud nos frequens in Pisis, quibus victitat. Devoratur a Gracula Quiscula.

Femora sub apice dente notata sunt.

2. Bruchus elytris nigris atomis albis, pedibus anticis rufis, posticis dentatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 605. 5. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 76. *granarius.*

Habitat in plantarum seminibus.

3. Bruchus ater immaculatus, femoribus muticis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 76. *Cisti.*

In floribus Cisti helianthemi frequens.

17. ELOPHORUS *Fabr.*

Silphæ *Sp. Linn.*

Dermestis *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor subæquales:
anteriores maxillæ:
posteriores labii apici inserti;

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla cornea, apice membranacea:

Labium porrectum, corneum, quadratum, integrum.

Antennæ breves, clavatæ: clava solida.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e foliis plantarum aquaticarum

1. Elophorus fuscus, thorace rugoso elytrisque fusco-æneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 77. *aquaticus.* tab. 10. fig. 6.

Silpha aquatica cinerea, elytris substriatis, thorace emarginato longitudinaliter rugoso virescente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 573. 25.

Hydrophilus æneus viridi-æneus, thorace virescente sulcato, elytris punctato-striatis, antennis pedibusque rufis. *Degeer. Ins.* 4. p. 379. tab. 15. fig. 5. 6.

Frequens in aquis stagnantibus, inter confervas stabulans.

18. SPHÆRIDIUM *Fabr.*
Dermestis *Sp. Linn. Geoffr.*
Silphæ *Sp. Linn.*
Anthribi *Sp. Geoffr.*

Palpi 4. inæquales, filiformes:
anteriores maxillæ:
posteriores sub labii apice inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla porrecta, apice membranacea, bifida.

Labium elongatum, corneum, quadratum, apice emarginatum, ciliatum.

Antennæ clavatæ, clava perfoliata.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e stercore animalium.

Corpus ovatum quasi hemisphæricum, fornicatum. Pedes gressorii.

scarabæoides. tab. 10. fig. 1. 1. Sphæridium ovatum atrum, elytris maculis duabus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 78.

Dermestes scarabæoides ovatus ater glaber, elytris maculis duabus obsolete ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 563. 17.

Hister testudinarius ovatus niger glaber, pedibus fuscis, elytris antice macula rubra, postice ful-

fulva. *Degeer. Ins.* 4. p. 345. tab. 12. fig. 17.
In stercore frequens.
Pedes setis rigidis spinosi. Præter maculam ferrugineam in medio elytri, aliam in apice gerit.

2. Sphæridium atrum nitidum, elytris macula apicis rubra, pedibus piceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 78. *2-pustulatum.*

Habitat in stercore.
Affine præcedenti, sed minus.

3. Sphæridium atrum glabrum, elytris griseis: macula communi baseos nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 78. *melanocephalum.*

Dermestes melanocephalus niger ovatus glaber, elytris griseis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 563. 16.
In Europæ stercore frequens.
Simillimum Scar. quisquilio. Elytra antice et pedes fusca.

4. Sphæridium atrum, elytris apice rufis, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 79. *hæmorrhoidale.*

Anthribus niger ovatus, elytris apice punctis duobus rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 308. 5.
In stercore bovino.

5. Sphæridium nigrum oblongum, elytris abbreviatis, abdomine acuto. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 79. *pulicarium.*

Silpha pulicaria nigra oblonga, elytris abbreviatis, abdomine acuto. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 574. 33.
Dermestes pulicarius. Linn. Syst. Nat. 2. p. 564. 24
Anthribus niger, elytris abdomine brevioribus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 308. 4.
In Europæ floribus frequens, cursitans.
Conf. Dermestes pulicarius. Villers.
Thorax et elytra parum marginata. Figura ovalis fere quadrata: absque acumine abdominis ex

Geoffr.; sed in nostris acumen observatur.

19. TRITOMA *Geoffr. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores longiores securiformes maxillæ dorso:
posteriores sub labii apice adhærentes.
Mandibula cornea, arcuata, apice fissa.
Maxilla membranacea, bifida.
Labium porrectum basi corneum, apice membranaceum, emarginatum.
Antennæ clavatæ: clava perfoliata.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e fungis, inprimis boletis arborum.
Corpus lineare depressum. Thorax quadratus. Caput exsertum.

bipustulata. 1. Tritoma atra, elytris macula laterali coccinea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 80.
Tritoma. Geoffr. Ins. 1. p. 335. tab. 6. fig. 2.
In boletis arboreis Angliæ inventa.

20. IPS *Fabr.*
Silphæ *Sp. Linn.*

Palpi quatuor brevissimi, æquales, articulo ultimo obtuso:
anteriores maxillæ:
posteriores labii medio laterali inserti.
Mandibula brevis, cornea.
Maxilla brevis, membranacea, bifida.
Labium breve, corneum, emarginatum.
Antennæ porrectæ, clavatæ: clava perfoliata.
Metamorphosis ignota.

Vi-

Victus imaginis e cadaveribus animalium.

Corpus ovato-oblongum, undique convexum.

1. Ips atra, elytris macula baseos rufa. *Fabr. Mant.* 1. p. 45. *bipustulata.*

Habitat Halæ saxonum, a Domino Hybner descripta. tab. 10. fig. 4.

Antennæ perfoliatæ rufæ. Corpus nigrum, elytris macula magna baseos rufa. Pedes rufi.

2. Ips oblonga nigra, elytris punctis duobus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 80. *quadripustulata.*

Silpha 4-*pustulata* oblonga nigra, elytris punctis duobus ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 570. 5.

Silpha nigra oblonga depressa, elytris singulis maculis duabus rubris. *Degeer. Ins.* 4. p. 185. tab. 6. fig. 20. 21.

Habitat in ligno putrescente.

Larva oblonga, hirsuta, grisea.

21. HISPA *Linn. Fabr.*
Dermestis *Sp. Linn.*
Ptini *Sp. Linn.*

Palpi quatuor æquales, in medio crassiores, fusiformes:

anteriores maxillæ:
posteriores labii basi laterali inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla brevis, membranacea, bifida.

Labium porrectum, corneum, apice truncatum, integrum.

Antennæ cylindricæ, in plerisque speciebus pectinatæ; in quibusdam simplices; interdum extrorsum crassiores.

Larva

Larva hexapoda, nuda.

Pupa immobilis, obtusa.

Victus Larvæ e ligno arborum putrescente.

Singulare huic Generi, antennas basi approximatas inter oculos sitas ferre, thoracemque et elytra sæpius aculeata. Ceterum Anobio est affine.

cornuta 1. Hispa tota atra, thorace antice posticeque spinoso, elytris porcatis. *Thunberg. nov. act. Ups.* 4. n. 25. tab. 1. f. 5.

Habitat in Suecia, unde nobis misit cl. Inventor.

Statura Opatri sabulosi, sed angustior. An Silphæ species?

pectinicornis. 2. Hispa antennis pectinatis fusca, pedibus luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 82.

Ptinus pectinicornis fuscus, antennis luteis pectinatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 565. 1.

In Europæ quisquiliis habitat.

hirta. 3. Hispa antennis serratis atra hirta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 82.

Dermestes hirtus ater hirtus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 563. 14.

In Europæ australioris tritico.

bipustulata. 4. Hispa antennis serratis atra hirta, elytris macula baseos rufa. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 82.

In Italia. Apud nos communis.

Minor Hispa hirta. Corpus atrum, nitidum, pilis erectis, nigris. Macula magna marginalis, rufa, ad basin elytrorum.

mutica. 5. Hispa antennis pilosis nigra, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 83.

Hispa mutica inermis, antennis pilosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 604. 4.

Te-

Tenebrio hirticornis alatus niger, capite depresso, antennis pilosis, thorace bicarinato, elytris punctato-striatis. *Degeer. Ins.* 5. p. 47. tab. 3. fig. 1.

In Europæ quisquiliis.

6. Hispa antennis fusiformibus, thorace elytrisque spinosis, corpore atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 83. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 603. 1. *atra.*

Crioceris atra spinis horrida. *Geoffr. Ins.* 1. p. 243. 7.

In Europa australi ad radices Graminum.

7. Hispa antennis fusiformibus, corpore testaceo, antennis aculeisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 83. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 603. 2. *testacea.* tab. 1. fig. 10.

Habitat in Africa. Apud nos etiam hospitatur.

Corpus testaceum, sed Antennæ, oculi, liturâ quædam pectoris, abdominisque nigra. Thorax utrinque ad latera spina sextuplici. Elytra testacea, punctata, et aculeis nigris adspersa, ciliataque. Linn.

22. NICROPHORUS *Fabr.*

Silphæ *Sp. Linn.*

Dermestis *Sp. Geoff.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:

anteriores maxillæ dorso:

posteriores labii basi exteriori adhærentes.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla recta, basi unidentata.

Labium sub palpis elongatum, membranaceum, cordatum, apice emarginatum crenatum!

Antennæ clavatæ: articulis penultimis tribus crassioribus, perfoliatis, transversis; ultimo ovato, acuminato.

Lar-

Larva hexapoda, nuda, capite calloso.

Pupa subpilosa, quiescens, ano stylis duobus, incurvis.

Victus e cadaveribus animalium.

Thorax rotundatus, lateribus explanatis. Elytra plana, truncata.

Vespillo. tab. 1. fig. 11. 1. Nicrophorus ater, elytris fascia duplici ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 84.

Silpha vespillo oblonga atra, clypeo orbiculato inæquali, elytris fascia duplici ferruginea. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 569. 2.

Silpha nigra elytris truncatis abdomine brevioribus, fascia lata duplici ferruginea, transversa, undata. *Degeer. Ins.* 4. p. 168. tab. 6. fig. 1.

In Apulia frequens. Cadavera ovo impregnata sepeliens.

Moschum spirat, ocyssime volitat elytris erectis approximatis. Acaris infestatur.

Femora postica crassa, basi spina armata.

23. SILPHA *Linn. Degeer. Fabr.*
Peltis *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi exteriori inserti.

Mandibula brevis, cornea, incurva.

Maxilla dente corneo, acuto, porrecto, arcuato ad insertionem palporum armata, apice membranacea, ciliata.

Labium membranaceum, elongatum, bifidum!

Antennæ clavatæ: articulis apicibus prominulis, quatuor penultimis crassioribus perfoliatis, ultimo ovato.

Lar-

Larva hexapoda, nuda, depressa, duriuscula, marginibus segmentorum utrinque prominulis subspinosis.

Pupa ovata, nuda, quiescens.

Victus larvæ et imaginis ex animalium cadaveribus.

In hujus speciebus elytra marginata: caput prominens, thorax planiusculus marginatus, vultusque blattarum habitum præseferunt.

1. Silpha atra, elytris lævibus: lineis elevatis tribus, thorace orbiculato nitido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 85. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 570. 11. *littoralis.*

Peltis nigra, elytris lineis tribus elevatis, prima, et secunda gibbositate connexis, thorace lævi. *Geoffr. Ins.* 1. p. 120. 3.

In Europæ cadaveribus.

Larva ovata, depressa, fusca, voracissima.

2. Silpha oblonga rufa, antennis, elytris, pectoreque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 85. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 570. 10. *russica.*

Anthribus ruber ovato-oblongus ruber nitidus, antennis elytrisque nigris nitidis. *Degeer. Ins.* 5. p. 283. tab. 8. fig. 12.

Habitat in Europa boreali. Apud nos raro occurrit.

Tarsi omnes 4. *articulis ex Degeero.*

3. Silpha nigra, elytris linea elevata unica, thorace testaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 86. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 571. 13. *thoracica.*

Silpha nigra thorace ferrugineo, elytris lineis tribus longitudinalibus, unica elevata. *Degeer. Ins.* 4. p. 174. tab. 6. fig. 7.

Peltis nigra, lineis tribus elevatis acutis, thorace ferrugineo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 121. 6.

In Europæ cadaveribus.

4. Sil-

rugosa. 4. Silpha nigricans. elytris rugosis: lineis elevatis tribus, thorace rugoso, postice sinuato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 86. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 571. 16.

Peltis nigra, elytris lineis elevatis tribus acutis, spatio interjecto veluti complicato, thorace scabro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 120. 4.

Tenebrio rugosus. Degeer. Ins. 5. tab. 2. fig. 21.

In Europa frequentissima, cadavera, pisces exsiccatos, carnes consumens.

Capta humorem foetidissimum evomit.

atrata. tab. 1. fig. 12. 5. Silpha atra, elytris punctatis: lineis elevatis tribus lævibus, thorace integro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 87. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 571. 12.

Silpha punctata nigra nitida, elytris punctatis, lineis elevatis tribus lævibus, clava antennarum nigra. *Degeer. Ins.* 4. p. 177. tab. 6. fig. 15.

Peltis nigra, elytris lineis tribus elevatis, spatio interjecto punctato, thorace lævi. *Geoffr. Ins.* 1. p. 118. 1.

In agris et viis frequens.

lunata. 6. Silpha atra elytris punctatis: lineis elevatis tribus lævibus, thorace transverso emarginato. *Fabr. Mantis.* 1. p. 49.

Silpha grossa nigra, elytris confertim punctatis: lineis elevatis tribus, thorace emarginato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 572. 21.

In Europa.

Figura ovata. Puncta conferta, confusa, nec serie longitudinali digesta.

lævigata. 7. Silpha atra elytris lævibus subpunctatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 87.

Peltis nigra tota, elytris lævibus, punctis minimis

mis excavatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 122. 8.
Silpha polita. *Sulzers. Ins.* tab. 2. fig. 16.
In Sylvis invenitur.

8. Silpha fusca, elytris concoloribus: lineis elevatis subternis, thorace antice truncato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 88. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 571. 15. *opaca*.
Peltis opaca nigra supra murina, tomentosa, clypeo truncato, elytris lineis elevatis subternis, unguibus rubris. *Müll. Zool. dan. prodr.* 585.
In Europæ viis.

9. Silpha ferruginea, elytris lineis elevatis senis, nigricantibus: margine ferrugineo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 49. *ferruginea.*
Silpha ferruginea, elytris lineis elevatis senis, thorace emarginato capite latiore. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 572. 19.
In Europa.
Thorax latitudine coleopterorum, capiteque latior. Color e rufo sordide nigricans.

10. Silpha testacea elytris striatis, maculis duabus nigris. *Specim. Ins. Calabr.* fig. 33. *bimaculata*.
In Ulteriori Calabria inventa. Statura Silphæ russicæ.
Tota testacea præter apicem abdominis nigricantem. Elytra striata, macula in medio nigra, punctoque sæpe in apice elytri nigro.

24. OPATRUM *Fabr.*
Silphæ *Sp. Linn.*
Tenebrionis *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, antici clavati:
anteriores longiores clava oblique truncata maxillæ dorso:

po-

posteriores filiformes labii lateribus inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla brevis, membranacea, bifida.
Labium corneum, subemarginatum.
Antennæ moniliformes, extrorsum crassiores.
Metamorphosis et *victus* ignota.

griseum. 1. Opatrum cinereum, thorace plano marginato; elytris striis tribus elevatis, postice dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 89.
In Italia.
Majus Opatro sabuloso. Corpus supra cinereum, immaculatum, subtus fuscum. Thorax planus margine parum elevato. Elytra striis tribus elevatis, abbreviatis, postice dentatis.

sabulosum. tab. 1. fig. 13. 2. Opatrum fuscum, elytris lineis elevatis tribus, dentatis, thorace emarginato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 89.
Silpha sabulosa fusca, elytris lineis elevatis tribus, utrinque dentatis, thorace subemarginato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 572. 17.
Tenebrio atra, elytris striisque utrinque dentatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 350. 7.
In Europæ campis apricis, sabulosis.

Agricola. 3. Opatrum nigrum, thorace lævi, elytris striatis. *Fabr. mantis.* 1. p. 51. *Herbst. arch.* 30.
Habitat Halæ saxonum. D. Hybner: nobis misit cl. Thunberg.
Corpus parvum, totum obscure nigrum, elytris striatis.

25. NITIDULA *Fabr.*
Silphæ *Sp. Linn.*
Dermestis *Sp. Geoffr.*

Pal-

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.
Mandibulæ cornea, arcuata.
Maxillæ cylindrica, membranacea.
Labium elongatum, membranaceum, cylindricum,
Antennæ clavatæ.
Metamorphosis et *victus* ignota.

1. Nitidula ovata nigra, elytris puncto rubro, *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 91. *bipustulata.*
Silpha 2-pustulata oblonga nigra, elytris singulis puncto unico rubro. *Linn. Syst. Nat.* 2 p. 570. 4.
Silpha nigra, corpore obtuso, elytris singulis macula unica rubra. *Degeer. Ins.* 4. p. 186. tab. 6. fig. 22. 23.
In Europæ cadaveribus.

2. Nitidula ovata, elytris sulcatis, margine punctisque disci ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 91. *marginata.*
In Italia.
Statura Nit. 2-pustulatæ. Corpus subtus piceum. Thorax niger margine late ferrugineo. Elytra marginata, nigra, margine punctisque aliquot disci ferrugineis.

3. Nitidula nigra, elytris lævibus, thorace marginato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 92. *pedicularia.*
Silpha pedicularia nigra, elytris lævibus, thorace marginato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 574. 34.
Dermestes psyllius ovatus niger, abdomine obtuso, thorace elytrisque marginatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 564. 25.
In Europæ hortis, floribus. *Magnitudo pediculi.*

4. Nitidula nigra nitida, pedibus pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 93. *rufipes.*

Silpha rufipes nigra lævis, thorace subemarginato, pedibus ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 573. 24.
Habitat in Europæ floribus.

26. COCCINELLA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores paullo longiores, securiformes maxillæ dorso:
posteriores filiformes labii medio inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla cylindrica, obtusa, bifida.
Labium rectum, cylindricum.
Antennæ clavatæ, clava solida.
Larva hexapoda, subverrucosa, postice attenuata.
Pupa gibbosa, subrotunda, immobilis.
Victus larvæ et imaginis e rapina Aphidum.
Singulare in hujus Generis speciebus corpus hemisphæricum.

unifasciata. 1. Coccinella coleoptris rubris, fascia media atra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 94.
Habitat Hamburgi, et apud nos.
Variat punctis duobus capitis thoracisque margine albis.

bipunctata. 2. Coccinella coleoptris rubris: punctis nigris duobus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 94. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 580. 7. *Geoffr. Ins.* 1. p. 320. 1.
In hortis frequens, victitans Aphidibus.
Corpus omne nigrum. Duo puncta alba in capite. Thorax margine macula magna alba, item parva postice pene bifida. Alæ nigræ.

hieroglyphica. 3. Coccinella coleoptris luteis, maculis duabus nigris longitudinalibus sinuatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.

1. p. 95. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 580. 14.

Coccinella coleoptris flavo-rubris, fasciis irregularibus sinuatis nigris. *Degeer. Ins.* 5. p. 382. 15.

In hortis occurrit.

Caput et thorax nigra. Macula duæ albæ in antica thoracis parte. Elytra maculis nigris irregularibus confluentibus in fascias. Corpus nigrum.

4. Coccinella coleoptris rubris, fasciis nigris tribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 95. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 580. 13. *trifasciata.*

In hortis obvia.

5. Coccinella coleoptris flavis, punctis nigris quatuor, thorace pallido nigro-punctato. *Fabr. Mantis.* 1. p. 56. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 580. 9. *quadripunctata.*

Habitat in Europa. Media.

Thorax flavicans punctis 4. nigris. Puncta 4. nigra in elytrorum medio transversim posita. Pedes flavi.

6. Coccinella coleoptris sanguineis, punctis nigris quinque. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 96. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 580. 11. *5-punctata.*

Coccinella coleoptris rubris, punctis tribus magnis, duobusque minimis. *Degeer. Ins.* 5. p. 370. 7.

In Europæ arboribus.

Duo puncta anteriora cum communi majora sunt.

7. Coccinella coleoptris rubris: punctis nigris sex. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 96. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 580. 12. *6-punctata.*

In Europæ hortis.

Parva. Caput atrum punctis duobus albis. Thorax ater, nitidus, margine punctisque duobus dorsalibus albis. Elytra rubra punctis duobus pone medium et unico versus apicem nigris. Fabr.

7-punctata. 8. Coccinella coleoptris rubris : punctis nigris septem. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 96. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 581. 15.

Degeer. Ins. 5. p. 370. tab. 10. fig. 14.

In plantis frequens.

Puncta elytrorum in triangulum posita, communi baseos majori.

7-maculata. 9. Coccinella coleoptris rubris, punctis nigris septem, communi trilobo, corpore oblongo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 97.

In Germania, et apud nos rara.

Differt a præcedente, quod minor, et oblonga; maculaque communi magna trilobata. Corpus nigrum. Caput atrum. Thorax ater margine antico et laterali albo.

8-punctata. 10. Coccinella coleoptris rubris : punctis nigris octo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 97.

Habitat in Germania, et apud nos.

Eamdem esse cum 6-punctata opinatur Laicharting. Punctum unicum ad basin, et tria in medio.

9-punctata. 11. Coccinella coleoptris rubris : punctis nigris novem. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 97. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 581. 16.

Coccinella coleoptris rubris, punctis novem nigris, thorace nigro, lateribus albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 322. 4.

In hortis.

Puncta 2. 2. oblique posita, et communi majori. In utroque margine laterali elytrorum macula nigra informis adest.

10-punctata. 12. Coccinella coleoptris fulvis, punctis nigris decem, thorace quadrimaculato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 98. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 581. 17.

Coc-

Coccinella coleoptris flavo-rubris, punctis nigris decem, in cruce directis. *Degeer. Ins.* 5. p. 374. 7.
Habitat in plantis.

13. Coccinella coleoptris rubris: punctis nigris undecim, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 98. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 581. 18. *11-punctata.*

Coccinella rubra: punctis undecim nigris, thorace rubro immaculato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 325. 9.
In Europa boreali, et apud nos.
Puncta 1. 2. 2. obliqua, et basecos communi.
Puncta circulo luteo cincta, ut ocellata videantur. Corpus totum rubrum. Oculi solum nigri.

14. Coccinella coleoptris rubris, punctis nigris undecim, corpore ferrugineo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 57. *11-maculata.*
In Hispania, et apud nos.
Differt ab 11-punctata, quod duplo fere major. Corpus ovatum rufum. Elytra punctis quinque 1. 2. 2. oblique positis, et baseos communi.

15. Coccinella coleoptris flavis: punctis nigris duodecim; extimis linearibus repandis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 98. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 581. 19. *12-punctata.*
Habitat in hortis.
Minuta. Thorax flavus punctis maculisque duabus nigris. Sutura longitudinalis nigra. Subtus nigra, tibiis flavis.

16. Coccinella coleoptris rufis: punctis nigris duodecim, thorace immaculato. *Fabr. Sp. Ins* 1. p. 99. *Specim. Ins. Calabr.* 35. *Chrysomelina.* tab. 1. fig. 14.
Coccinella capensis. Thunberg. nov. Sp. 16. tab. 1. fig. 21.
In Cacto opuntia Africæ, et apud nos communis.
Puncta per paria distributa, parum obliqua.

17. Coccinella coleoptris luteis, punctis nigris trede- *13-punctata.*

tredecim corpore oblongo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 99. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 582. 20. *Geoffr. Ins.* 1. *p.* 323. 6.

Coccinella coleoptris rubris, punctis nigris tredecim. *Degeer. Ins.* 5. p. 375. 9.

In Europa frequens.

Puncta elytrorum 1. 2. 2. 1. *et communi baseos.*

Variat thorace rubro, medio nigro: capite toto nigro; et punctis duo triangula efformantibus in elytro. Ideoque Geoffroius propriam speciem ex hac constituit ib. p. 324. 7.

14-punctata. 18. Coccinella coleoptris flavis: punctis nigris quatuordecim, quibusdam contiguis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 99. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 582. 21.

Coccinella tessulata. Scop. ent. carn. 243.

In hortis frequens.

ocellata. 19. Coccinella coleoptris luteis, punctis nigris quindecim subocellatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 100. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 582. 23.

Coccinella coleoptris rubris, punctis 15. nigris flavo marginatis *Degeer. Ins.* 5. p. 376. tab. 11. fig. 1.

In hortis habitat. Reliquis major.

Thorax ater margine albo puncto atro; puncta que duo alba ad basin. Puncta elytrorum 1. 3. 3. *posticis fere obsoletis.*

16-punctata. 20. Coccinella coleoptris luteis, punctis nigris sedecim, capite quadripunctato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 100.

In Italia ex Alliono.

Major, oblonga. Caput albidum punctis quatuor nigris. Thorax albidus punctis plurimis approximasis. Elytra lutea punctis 1. 3. 3. 1. *distinctis nigris. Fabr.*

21.

21. Coccinella coleoptris flavis, punctis nigris octodecim, ultimo arcuato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 100. *Linn. Syst. Nas.* 2. p. 582. 24. 18-*punctata*.

In Europa boreali.

Majuscula. Thorax lateribus flavus. Elytra flava punctis oblongiusculis, nigris 9., quorum ultimum hamosum. Sutura nigra. Subtus nigra.

22. Coccinella coleoptris flavis: punctis nigris novemdecim. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 100. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 582. 25. 19-*punctata*.

Coccinella lutea, thorace punctis sex, elytris novendecim nigris. *Müll. Zool. dan. prodr.* 632.

In Europæ plantis.

Puncta elytrorum 2. 3. 3. 1., *et unico communi.*

23. Coccinella coleoptris flavis: punctis nigris viginti. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 100. *Geoffr. Ins.* 1. p. 329. 17. 10-*punctata*.

Apud nos frequens.

Parva. Puncta elytrorum 3. 3. *et quatuor apicis in quadrato.*

24. Coccinella coleoptris flavis; punctis nigris viginti duobus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 101. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 582. 26. 22-*punctata*.

Coccinella coleoptris flavo-citreis; punctis viginti duobus thoraceque quinque nigris. *Degeer. Ins.* 5. p. 379. 12.

In Europæ hortis.

Parva. Puncta elytrorum 4. 4. 3.

25. Coccinella coleoptris rubris: punctis nigris vigintiquatuor. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 101. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 583. 28. 24-*punctata*.

Coccinella coleoptris rufo-fuscis, maculis quatuordecim, quibusdam connexis, punctisque

decem nigris. *Degeer. Ins.* 5. p. 381. 14.
In Europæ hortis.
Puncta elytrorum 3. 4. 3. 2. *ultimis obliquis*.

conglomerata. 26. Coccinella coleoptris flavescentibus; punctis nigris plurimis contiguis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 101. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 583. 31.
Coccinella coleoptris rubris, punctis plurimis nigris, quibusdam connexis, sutura longitudinali nigra. *Geoffr. Ins.* 1. p. 326. 12.
β. *Coccinella conglobata* coleoptris rubris, punctis nigris plurimis subcontiguis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 583. 30.
Coccinella rosea coleoptris rubris roseis, punctis sedecim nigris, quibusdam connexis, thorace flavo punctis nigris. *Degeer. Ins.* 5. p. 378. 11.
In Europæ hortis frequens.
β. Vix distincta species est.

14-guttata. 27. Coccinella coleoptris rufis: punctis albis quatuordecim. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 102. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 583. 34. *Geoffr. Ins.* 1. p. 327. 13.
In Europæ salicibus.
Puncta elytrorum 1. 3. 2. 1.

15-guttata. 28. Coccinella coleoptris luteis, punctis quindecim albis, communi medio, obsoleto. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 102.
Coccinella coleoptris rubris, punctis quatuordecim, limboque albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 327. 14.
In Europa australiori.
Puncta elytrorum 2. 2. 2. 1.

16-guttata. 29. Coccinella coleoptris luteis: punctis albis sedecim. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 103. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 584. 35.
Habitat in Europa.

Pun-

Puncta elytrorum 3. 3. 1. 1.

30. Coccinella coleoptris rubris : punctis albis octodecim. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 103. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 385. 36. 18-*guttata*.

In Europa.

Puncta elytrorum 1. 2. 3. 2. 1.

31. Coccinella coleoptris rubris, punctis albis viginti. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 103. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 584. 37. 20 *guttata*.

Coccinella flavo-rubra seu nigra, coleoptris maculis magnis albis viginti. *Degeer. Ins.* 5. p. 386. 22.

In Europa.

Puncta elytrorum 2. 2. 3. 2. 1., *anticis obliquis.*

32. Coccinella coleoptris nigris, punctis rubris duobus compositis, abdomine sanguineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 104. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 585. 42. *Degeer. Ins.* 5. tab. 10. fig. 25. 2-*pustulata*.

Roesel. Ins. 2. *Scarab.* 3. tab. 3.

In Europæ hortis frequens. *Singulum punctum e tribus componitur.*

33. Coccinella coleoptris nigris, punctis rubris quatuor, inferioribus longioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 104. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 585. 43. 4-*pustulata*.

Coccinella coleoptris nigris, maculis quatuor rubris, anterioribus lunatis, posterioribus rotundis. *Degeer. Ins.* 5. p. 389. 24.

In Europæ hortis. *Variat ano rubro et nigro.*

Sæpius hanc copula junctam vidit Fabr. cum coccin. bipunctata.

34. Coccinella coleoptris nigris, punctis rubris sex, corpore atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 105. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 585. 44. 6-*pustulata*.

Coccinella coleoptris nigris, maculis duabus magnis

gnis, quatuor minoribus rubris. *Degeer. Ins.* 5. p. 390. 25.

In Europæ hortis.

Puncta elytrorum 1. 1. 1.

Variat rarius puncto adhuc minutissimo ad suturam rubro.

10. *pustulata.* 35. Coccinella coleoptris nigris: punctis flavis decem. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 105. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 585. 35.

Coccinella coleoptris nigris, punctis decem flavescentibus aut rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 330. 19.

In Europæ hortis. *Variat punctis flavis et rubris.*

Puncta elytrorum 2. 2. 1.; *duo baseos lunata interdum connata.*

12. *pustulata.* 36. Coccinella coleoptris nigris, punctis duodecim albis, exterioribus margine connexis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 106.

Habitat Hamburgi.

14. *pustulata.* 37. Coccinella coleoptris nigris: punctis albis quatuordecim. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 106. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 585. 46.

In Europæ floribus.

Puncta elytrorum 2. 2. 2. 1. *interdum flava, interdum rubra.*

27. CASSIDA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales:

anteriores longiores, clavati, maxillæ dorso:

posteriores filiformes labii basi adnati.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla membranacea, simplex.

Labium elongatum, integrum.

Antennæ moniliformes, extrorsum crassiores.

Larva hexapoda, depressa, subrotunda, bicaudata

data, lateribus spinoso-ciliatis.

Pupa brevis, ovata, depressa, lateribus spinoso-ciliatis, quiescens.

Victus larvæ et imaginis e foliis plantarum, imprimis carduorum.

Singularis est hujus Generis habitus. Corpus ovatum supra convexum. Elytra marginata. Caput clypeo tectum.

1. Cassida viridis, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 107. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 574. 1. *Geoffr. Ins.* 1. p. 313. 1. *viridis.*

Cassida cardui viridis, corpore nigro, pedibus flavescentibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 174. 2. *Roesel. Ins.* 2. *Scarab.* 3. tab. 6.

In Europæ carduis.

Larva depressa hexapoda spinis lateralibus acutis, cauda biseta, proprio stercore tecta obambulat.

2. Cassida elytris griseis nigro-punctatis, thorace flavescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 108. *affinis.*

In Germania, et in nostro Regno occurrit.

3. Cassida pallido-nebulosa, fusco-punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 108. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 575. 3. *nebulosa* tab. 1.

Cassida nebulosa pallida, corpore nigro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 313. 2. fig. 15.

Habitat in Europæ carduis.

4. Cassida nigra, clypeo rubro, elytris sanguineis, punctis nigris sparsis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 108. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 575. 2. *murrea.*

Cassida rubra maculis nigris variegata. *Geoffr. Ins.* 1. p. 314. 5. β.

In Europæ plantis.

Elytra substriata punctis 3. vel 5. nigris ad suturam, et unico ab basin maximo, reliquis in disco.

Va-

Varietatem Cassidæ maculatæ hanc esse credit Geoffroyus.

ferruginea. 5. Cassida nigra, thorace elytrisque ferrugineis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 108.

Habitat in Germania, et apud nos.

Supra tota ferruginea. Elytra punctata.

Omnes adhuc descriptæ nimis inter se affines sunt.

nobilis. 6. Cassida grisea, elytris linea cærulea nitidissima. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 110. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 575. 4.

Cassida pallida, linea duplici longitudinali deaurata. *Geoffr. Ins.* 1. 313. 3.

In Europæ plantis stellatis, et Carduis.

Linea elytrorum cum vita perit, in aqua calida reviviscit.

28. ALURNUS *Fabr.*

Palpi sex inæquales:

anteriores brevissimi maxillæ dorso:

intermedii longiores basi anteriorum adnati:

posteriores sub labii apice inserti.

Mandibula crassa, cornea, arcuata, unidentata.

Maxilla cornea, fornicata, apice ciliata.

Labium corneum, integrum.

Antennæ filiformes.

Metamorphosis et *victus* ignorantur.

Species exoticæ sunt.

29. CHRYSOMELA *Linn. Geoffr. Fabr.*

Altica *Geoffr. Fabr.*

Palpi sex inæquales, filiformes:

anteriores maxillæ dorso:

intermedii basi anteriorum adnati:

po-

posteriores labii medio inserti.
Mandibula porrecta, cornea, arcuata.
Maxilla brevis, recta, membranacea, conica.
Labium breve, corneum, integrum.
Antennæ moniliformes.
Larva hexapoda, mollis, nuda, capite calloso.
Pupa brevis, ovata, quiescens.
Victus larvæ et imaginis e foliis plantarum.
Chrysomelæ saltatoriæ Linn. *Alticæ* dictæ ad hoc Genus spectant.

1. Chrysomela aptera ovata atra antennis pedibusque violaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 116. *tenebriosa*. tab. 1. fig. 16.

Chrysomela atro purpurea, elytris coadunatis, alis nullis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 265. 19.

Tenebrio lævigatus apterus niger lævis, elytris lævibus, thorace lunato, subtus cæruleus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 678. 29.

Apud nos communis. Plantis victitans, polyphaga.
Larva gibba violacea, ano rufo.

2. Chrysomela ovata atra, pedibus violaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 116. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 586. 4. *Roesel. Ins.* 2. *Scarab.* 3. tab. 5. *goettingensis*.

In Germaniæ gramine, et apud nos obvia.
Plantæ rufæ.

3. Chrysomela ovata, supra ænea, subtus testacea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 117. *Bankii*.

Habitat in Lusitania, et in nostro Regno.
Victitat plantis variis polyphaga.

4. Chrysomela ovata, viridi-cærulea nitida, antennis pedibusque concoloribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 118. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 587. 7. *graminis*.

Chrysomela ovata, viridi-cærulea, aurata, antennis dimidio fuscis, pedibus viridibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 304. 16.

In

In Europæ plantis, gramine communis.

Thorax antice emarginatus.

cuprea. 5. Chrysomela ovata, capite thoraceque æneis, elytris cupreis, corpore atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 118.

Chrysomela supra rubro-cuprea, infra nigro-nitens. *Geoffr. Ins.* 1. p. 263. 15.

Habitat in Germania.

hæmoptera. 6. Chrysomela ovata, violacea, plantis alisque rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 118. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 587. 11.

In Europæ hyperico.

Violaceo-cærulea, thorace amplo.

Populi. 7. Chrysomela ovata, thorace cærulescente, elytris rubris, apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 119. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 590. 30.

Habitat in populo tremula, folia sæpius devastans,

Larva hexapoda albo nigroque varia, duplici serie tuberculorum, e quibus humoris lactei guttulas fundit. Odorem spargit gravem, et ingratum.

Variat elytris apice concoloribus, estque tunc dimidio minor.

Varietas quoque habenda Chrysomela tremula. Fabr. Mantis. 1. p. 69.

polita. 8. Chrysomela ovata, thorace aurato, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 119. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 590. 27.

Degeer. Ins. 5. tab. 8. fig. 23.

In salice, populo.

Viridi-aenea subtus. Alæ rubræ. Antennæ nigræ.

collaris. 9. Chrysomela ovata, violacea, thoracis marginibus albis, puncto nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 121. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 591. 37.

Ha-

Habitat in Europæ salice. Missa e Svecia.

Thoracis margines modo lutei, interdum rubri.

10. Chrysomela ovata, nigra, thorace rufo bimaculato, elytris rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 121. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 590. 31. *viminalis.*

In Europæ salice.

Puncta duo nigra in thorace, et elytrorum sutura quandoque nigra.

Hanc copula junctam cum Chrys. hæmorrhoidali invenit Degeerus.

11. Chrysomela ovata flavescens; oculis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 122. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 589. 25. *pallida.*

In Europæ salice.

12. Chrysomela ovata, cærulea, thorace, femoribus, anoque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 123. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 589. 24. *Polygoni.*

Habitat in polygono arvensi.

Pedes interdum rufi plantis solis nigris. Corpus nigrum: caput nigro-viride, uti antennæ, quarum basis rubicunda.

Femina gravida ultra coleoptera ventricosa evadit.

13. Chrysomela ovata, aurata, thorace lineis tribus, coleoptrisque quinque cæruleis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 124. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 588. 17. *cerealis.*

Chrysomela aurea fasciis cæruleis cupreisque alternis, punctis inordinatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 262. 14.

In lavandula spica frequentissima. Pulcherrima omnium.

Variat rarius colore purpureo loco aurei.

14. Chrysomela ovata aurea, coleoptris lineis tribus cæruleis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 124. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 588. 18. *fastuosa.*

Chry-

Chrysomela viridis nitida, thorace antice excavato, fasciis elytrorum longitudinalibus cæruleis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 261. 11.

Habitat in Europæ lamio albo.

limbata. 15. Chrysomela ovata atra, coleoptrorum limbo sanguineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 125.

Chrysomela nigro-cærulea, elytris luridis, punctatis, margine exteriori, et anteriori rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 260. 9.

In Europa australiori.

sanguinolenta. 16. Chrysomela ovata atra, elytris margine exteriori sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 125. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 591. 38.

Chrysomela nigro cærulea, elytris atris punctatis, margine exteriori rubro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 259. 8. tab. 4. fig. 7.

In Europa.

Corpus nigro-cæruleum. Elytra atra, punctata, margine exteriori rubro. Alæ rubræ.

marginata. 17. Chrysomela ovata, nigro-ænea, elytris margine luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 125. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 591. 39.

In pratis apricis.

Supra viridi-ænea, obscura, subtus nigra. Elytra striato-punctata, margine luteo.

marginella. 18. Chrysomela ovata, nigro cærulea, thorace elytrisque margine luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 125. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 591. 40.

Habitat in Europæ ranunculis.

hæmorrhoidalis. 19. Chrysomela ovata, nigra, nitida, antennis basi flavescentibus, ano supra rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 126. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 587. 6.

In betula alno. *Elytra striato-punctata.*

20. Chry-

20. Chrysomela ovata, atra, thorace elytrisque viridi æneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 126. *fucata.*

Habitat in Italia.

Statura et magnitudo Chr. hæmorrhoidalis. Caput uti corpus subtus pedesque atra, immaculata. Thorax viridis, glaber, nitens. Elytra obscuriora vage punctata.

21. Chrysomela ovata nigra, thorace rotundato angustiori, pedibus posticis elongatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 127. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 599. 96. *obscura.*

In Europæ plantis.

Thorax valde gibbus, elytris angustior. Elytrorum anguli exteriores versus pectus gibbosiores sunt, ut in Curculionibus.

22. Chrysomela ovata cærulescens nitida, subtus nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 127. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 588. 16. *armoraciæ.*

Chrysomela Plantaginis subglobosa, supra violacea nitida, subtus nigra punctis excavatis striatis. *Degeer. Ins.* 5. p. 322. 25.

Habitat in Cochlearia armoracia, ranunculis, plantagine.

23. Chrysomela oblonga viridi-ænea, thorace pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 128. *ruficollis.*

Chrysomela nigra, elytris cæruleo-viridibus, thorace, pedibus antennarumque basi rufis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 263. 16.

In Europa australiori.

Corpus nigrum. Tarsi nigri.

24. Chrysomela oblonga, violacea, elytris vage punctatis, pedibus antennisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 128. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 587. 9. *Degeer. Ins.* 5. tab. 9. fig. 18. *Alni.*

In betula alno. Cum Chrysom. ænea copula junctam vidit Linn.

Supra violacea, subtus nigra, punctis excavatis sparsis. Thorax angustus. Antennæ longæ nigræ.

Betulæ. 25. Chrysomela oblonga, violacea, elytris punctato striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.129. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 587. 10.

Degeer. Ins. 5. tab. 9. fig. 24. a. b.

In betulæ albæ foliis, paginam inferiorem exedens.

Vitellinæ. 26. Chrysomela oblonga, viridi ænea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 130. *Linn. Syst. Nat.*2. p.589. 23.

In Europæ salice.

Elytra viridi-cærulea ex Linnæo, striato-punctata. Abdomen supra nigrum, apice flavescente.

vulgatissima. 27. Chrysomela oblonga cærulea, antennis basi ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.*1. p.130. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 589. 22.

In Europæ salice.

Præcedenti paullo major. Supra cæruleo-violacea, subtus virescens, punctis excavatis striatis. Thorax latus. Antennæ longæ.

ænea. 28. Chrysomela oblonga, viridis, nitida, elytris æneis. *Fabr. Sp. Ins.*1. p.130. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 587. 8.

In betula alno.

Abdomen supra nigrum, apice ferrugineo. Elytra punctis sparsis.

coccinea. 29. Chrysomela oblonga, thorace marginato sanguineo, macula nigra; elytris sanguineis, maculis duabus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 131. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 592. 43.

Degeer. Ins. 5. tab. 9. fig. 1.

In Europæ borealis corylo. Misit e Svecia cl. Thunberg.

Thorax

Thorax quadratus rufus macula nigra, capite, pedibus antennisque nigris.

** ALTICÆ *saltatoriæ femoribus posticis incrassatis.*

30. Chrysomela saltatoria, viridi-cærulea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 133. *oleracea.*

Altica oleracea. *Geoffr. Ins.* 1. p. 245. 1.

Habitat in cotyledonibus plantarum, imprimis brassicæ, rapæ, raphani, quas destruit. Pellitur cineribus vegetabilium, præsertim Tabaci.

Ovata, antennis nigris. Thorax postice linea transversa exaratus.

31. Chrysomela saltatoria viridis nitida, pedibus testaceis, femoribus posticis violaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 133. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 594. 94. *Hyoscyami.*

Altica cærulea, elytris striatis, tibiis ferrugineis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 248. 11.

In Europæ hyoscyamo, brassica.

32. Chrysomela saltatoria viridi-ænea, elytris macula postica pedibusque anticis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 134. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 594. 57. *Modeeri.*

In Europæ plantis.

Tibiæ posticæ pariter luteæ ex Linn.

33. Chrysomela saltatoria atro-cærulea, capite geniculisque pedum rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 134. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 594. 56. *erythrocephala.*

Altica Geoffr. Ins. 1. p. 246. 4.

In Europæ plantis.

Elytra striata, pedes ferruginei. Nigro-ænea ex Geoffr.

34. Chrysomela saltatoria atra, elytris flavis: margine omni nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 136. *nemorum.*

Chrysomela nemorum saltatoria, elytris linea flava, pedibus pallidis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 595. 62.
Habitat in Pulmonaria, Dentaria, et Cardamine polyphaga.
Variat magnitudine.

truncata. 35. Chrysomela saltatoria nigra, elytris truncatis, apice ferrugineis, pedibus antennisque rufis. *Scop. ent. carn.* 218.
In corticibus arborum pomiferarum.
Minuta vix lineam longa. Nigra, nitida, ovata:

30. CRYPTOCEPHALUS *Geoffr. Fabr.*
Chrysomelæ *Sp. Linn.*
Melolonthæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor filiformes, æquales:
anteriores maxillæ:
posteriores apici labii adhærentes.
Mandibula brevis, crassa, cornea, dentata.
Maxilla membranacea, filiformis, basi unidentata.
Labium elongatum, corneum, integrum.
Antennæ filiformes, undecim-articulatæ, articulis obconicis, interne serratis.
Larva hexapoda, mollis, nuda.
Pupa ovata, immobilis.
Victus larvæ, et imaginis e foliis plantarum.
Thorax gibbus hemisphæricus, caput recipiens habitum præsefert.
Melolontha Geoffr. differt tantum antennis serratis.

longipes. 1. Cryptocephalus niger obscurus, elytris pallidis: maculis tribus nigris, pedibus anticis elongatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 137.
Apud nos communis.
Crypt. tridentato major. Antennæ breves, serratæ.
Elytra

Elytra punctis tribus, unico ad basin et pari in medio.

2. Cryptocephalus niger, thorace rubro immaculato, elytris rubris, punctis tribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 138. *6-maculatus.*

In Italia.

Paullo major Crypt. 4-punctato. Antennæ breves, serratæ, nigræ. Thorax rufus. Elytra rufa puncto unico ad basin, et duobus in medio nigris.

3. Cryptocephalus niger, elytris rubris, punctis duobus nigris, antennis brevibus, serratis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 138. *4-punctatus.*

Chrysomela 4-punctata cylindrica, thorace nigro, elytris rubris, punctis duobus nigris, antennis brevibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 596. 76.
Degeer. Ins. 5. tab. 10. fig. 7.

Melolontha Geoffr. Ins. 1. p. 195. 1. tab. 3. fig. 4.

In Europæ corylo frequens.

Larva saccata, sacco ovato scabro, antice oblique truncato.

Punctum unicum ad basin, alterum in medio elytri.

4. Cryptocephalus cærulescens, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 139. *tridentatus.*

Chrysomela tridentata cylindrica, thorace cæruleo, elytris testaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 596. 73.
Degeer. Ins. 5. tab. 10. fig. 10.

In Lonicera Xylosteo, Corylo.

Pedes antici in altero sexu elongati.

Cæruleus nitidus. Thorax angulatus, gibbus. Antennæ longæ fere pectinatæ, articulo primo longiori, clavato.

5. Cryptocephalus niger, thorace rufo, elytris testaceis: punctis quatuor nigris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 79. *8-punctatus.*

In Barbariæ plantis invenit Dom. Vahl. Nos e Japygia nuper accepimus, collectum a disertissimo nostro *Angelo Pinto*.

Statura et magnitudo Crypt. longipedis. Antennæ breves, serratæ, nigræ (in nostris basi rufæ). Caput nigrum. Thorax lævis, rufus, nitidus, immaculatus, (in nostris maculis duabus, quandoque etiam quatuor nigris). Elytra lævia, testacea, punctis in singulo quatuor nigris, 2. 2. oblique positis (posticis in nostris connatis). Scutellum nigrum. Pedes nigri, tibiis testaceis. Corpus subtus villo sericeo argenteo ornatum.

auritus. 6. Cryptocephalus ater, thorace utrinque macula lutea, tibiis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 139.

Chrysomela aurita subcylindrica nigra, thorace utrinque macula lutea, tibiis flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 596. 75.

In Saxoniæ corylo, et apud nos.

Macula rotunda lutea utrinque ad thoracis latera.

longimanus. 7. Cryptocephalus obscure æneus, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 140.

tab. 2. fig. 1. *Chrysomela longimana* subcylindrica obscure ænea, elytris livido flavis, pedibus anticis longissimis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 599. 95.

Habitat in montibus.

Affinis crypt. tridentato, sed minor. Pedes in altero sexu elongati.

2-punctatus. 8. Cryptocephalus niger, nitidus, elytris rubris, punctis duobus nigris, antennis longitudine corporis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 141. *Geoffr. Ins.* 1. p. 234. 6.

Chrysomela bipunctata cylindrica, thorace nigro nitido, elytris rubris, punctis duobus nigris, anten-

antennis longis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 597. 78. *Degeer. Ins.* 5. p. 332. 35.

In Corylis.

Variat rarius linea longitudinali loco punctorum, uti et interdum puncta elytrorum posteriori duplici.

9. Cryptocephalus niger obscurus, thorace fulvo, elytris testaceis, punctis duobus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 141. *2-maculatus.*

In Italia ex Alliono.

Differt a præcedenti thorace fulvo. Variatque elytris unipunctatis, et immaculatis.

10. Cryptocephalus thorace variegato, elytris rubris, punctis duobus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 141. *cordiger.*

Cryptocephalus niger, thoracis lineis flavis, elytris rubris punctatis, maculisque quatuor limboque nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 235. 7.

Chrysomela cordigera. Linn. Syst. Nat. 2. p. 598. 91.

Habitat in Europæ Corylo, Salice.

Macula thoracis intermedia interdum cordata.

11. Cryptocephalus niger glaber, elytris rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 142. *Vitis.*

Habitat in Vite vinifera, quam misere depascit.

12. Cryptocephalus niger, thorace elytrisque testaceis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 142. *Coryli.*

Chrysomela Coryli cylindrica, thorace elytrisque testaceis, pedibus nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 598. 88.

In Europæ Corylo.

Præcedenti simillimus.

13. Cryptocephalus niger, thorace variegato, elytris rubris, maculis tribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 142. *6-punctatus.*

Chrysomela 6 punctata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 599. 92. *Degeer. Ins.* 5. tab. 10. fig. 9.

In Europæ corylo.

Punctum posticum interdum fasciam constituit. Genicula tibiarum puncto albo notata.

sericeus. 14. Cryptocephalus viridi-cæruleus, antennis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 143.

Cryptocephalus viridi-auratus sericeus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 233. 3.

Chrysomela sericea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 598. 86.

In salicibus communis.

Variat corpore toto æneo.

Viridi-auratus. Thorax gibbus. Antennæ longæ, nigræ.

nitens. 15. Cryptocephalus viridi-nitens, ore pedibusque testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 144.

Chrysomela nitens cylindrica, thorace cæruleo nitido, elytris cæruleis, pedibus testaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 598. 84.

In Europæ salicibus.

quadrum. 16. Cryptocephalus ater, elytris flavis: vitta media abbreviata atra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 144.

In Germania, et apud nos occurrit.

scopolinus. 17. Cryptocephalus niger, thorace rufo, elytris rufis: fasciis duabus cyaneis, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 145.

Chrysomela scopolina cylindrica, thorace rufo, elytris rufis, fasciis duabus nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 597. 81.

In Europa australi.

Fasciæ elytrorum nec marginem, nec suturam attingunt.

Pini. 18. Cryptocephalus testaceus, elytris pallidis, antennis

tennis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 146.

Chrysomela Pini cylindrica testacea, elytris pallidioribus, pedibus concoloribus, antennis fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 598. 89.

Habitat in Svecia, unde nobis misit cl. Thunberg.

19. Cryptocephalus thorace fulvo, elytris testaceis nigro-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 146. *pusillus*.

Habitat Hamburgi. Apud nos quoque occurrit.

20. Cryptocephalus ater nitidus, ore pedibus, antennarumque basi lutescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 146. *labiatus*.

Chrysomela labiata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 598. 87.

In Europæ rosis. *Minutus*.

31. CISTELA *Fabr.*

Chrysomelæ *Sp. Linn.*
Mordellæ *Spec. Geoffr.*

Palpi quatuor, inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali adnati.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla porrecta, membranacea, unidentata.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum.

Antennæ filiformes, articulis undecim obconicis.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e floribus et foliis plantarum.

1. Cistela livida, pedibus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 146. *cervina*.

Chrysomela cervina oblonga livida, thorace postice transverso. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 602. 115.

In Europa boreali, et apud nos.

Color dorsi constat e pilis vix conspicuis glauco-fuscis.

2. Ci-

cinerea. 2. Cistela livida, elytris pedibusque fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 146.
In Italia ex Alliono.
Simillima præcedentis. Elytra solum obscuriora.

ceramboides. 3. Cistela atra, thorace antice angustato, elytris striatis testaceis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 85.
Chrysomela ceramboides oblonga nigra, elytris testaceis, antennis serratis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 602. 117.
Mordella. Geoffr. Ins. 1. p. 354. 3.
In Europa boreali, et in nostro Regno.
Variat rarius thorace testaceo.

testacea. tab. 10. fig. 7. 4. Cistela nigra, thorace, elytris abdomineque testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 147.
Habitat in Oriente, Barbaria, inque nostro Regno communis.
Antennæ nigræ articulis conicis. Elytra lævia. Puncta duo impressa in thorace. Ceterum præcedenti simillima.

sulphurea. 5. Cistela flava, elytris sulphureis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 147.
Chrysomela sulphurea oblonga flava tota. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 602. 114.
Tenebrio luteus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 351. 11.
In floribus umbellatarum.
Antennæ fuscæ.

varians. 6. Cistela testacea, oculis nigris, elytris substriatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 85.
Habitat Halæ Saxonum ex Dom. Hybner. Apud nos cum sequenti obvia.
Simillima Cist. murinæ, sed paullo major. Corpus totum testaceum oculis solis nigris. Elytra substriata.

Va-

Varietas obscurior antennis pedibusque testaceis notatur a Fabr.

7. Cistela nigra, elytris pedibusque testaceis. *murina.*
Fabr. Sp. Ins. 1. p. 147.

Chrysomela murina oblonga nigra, elytris pedibusque testaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 602. 118.

Mordella nigra, elytris fulvis lævibus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 355. 4.

In Europa boreali, et apud nos.

32. CRIOCERIS *Geoffr. Fabr.*

Chrysomelæ *Sp. Linn.*

Galerucæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor breves, æquales, subfiliformes:
anteriores maxillæ basi:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla porrecta, bifida: laciniis cylindricis obtusis.

Labium brevissimum, integrum, membranaceum.

Antennæ filiformes, undecim articulis obconicis, apice æqualibus, secundo majori.

Larva hexapoda, nuda, mollis, punctis elevatis scabra.

Pupa quiescens, ovata, gibba, scabra.

Victus Larvæ et imaginis e foliis plantarum.

1. Crioceris thorace nigro maculato elytrisque griseis, antennis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 150. *Capreæ.*

Chrysomela capreæ. Linn. Syst. Nat. 2. p. 600. 100.

Galeruca Geoffr. Ins. 1. p. 254. 5.

In Europæ salicibus.

Abdomen nigrum. Antennæ longæ.

2. Crioceris ovata cinerea, elytris vitta lineolaque baseos nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 150. *calmariensis.*

Chry-

Chrysomela calmariensis oblongiuscula ferruginea, elytris macula longitudinali nigricante. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 600. 101.

Galeruca pallida, thorace nigro variegato, elytris fasciis duabus longitudinalibus nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 253. 3.

In Europæ salice, et apud nos in Ulmis, quarum folia larva gregaria consumit.

Thorax maculis tribus nigris, media longitudinali. Elytra tænia longitudinali nigra versus marginem exteriorem, lineolaque brevi pariter nigra a basi ad medium.

merdigera. tab. 2. fig. 2. 3. Crioceris supra rubra, thorace cylindrico utrinque impresso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 152. *Geoffr. Ins.* 1. p. 239. 1.

Chrysomela merdigera. Linn. Syst. Nat. 2. p. 599. 97.

Attelabus Lilii. Scop. Ent. Carn. 112.

Habitat in lilio candido, et in Convallaria majali.

Thorax teres utrinque impressus. Caput, antennæ, pedes, et abdomen subtus nigra, supra rubra.

cyanella. 4. Crioceris cærulea, thorace cylindrico, lateribus gibbis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 154. *Geoffr. Ins.* 1. p. 243. 5.

Chrysomela cyanella. Linn. Syst. Nat. 2. pag. 600. 104.

In Europæ plantis.

melanopa. 5. Crioceris oblonga cærulea, thorace pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 155.

Chrysomela melanopa. Linn. Syst. Nat. 2. pag. 601. 105.

Habitat in Europa.

Asparagi. 6. Crioceris oblonga, thorace rubro, punctis duobus nigris, coleoptris flavis: cruce punctisque

que quatuor nigris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 90.
Chrysomela Asparagi. *Linn. Syst. Nat.* 2. pag. 601. 112.
Roesel. Ins. 2. *Scarab.* 3. tab. 4.
Habitat in Europa, Asparagos depascens.

7. Crioceris oblonga nigro-cærulescens, thoracis limbo nigro, elytris punctis tribus posticis margine flavo connexis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 90. *campestris.*
Chrysomela campestris oblonga nigro-virescens, elytris maculis tribus flavis adnatis margini exteriori flavo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 602. 113.
Cancarella Asparagi. *Vallisn. Op.* tom. 1. tab. 7.
In Asparagis.
Statura Crioc. asparagi. Caput cum antennis nigrum. Thoracis limbus rufus. Elytra striato-punctata margine flavo, maculisque tribus margine connexis. Corpus et pedes violacei.

33. EROTYLUS *Fabr.*
Chrysomelæ *Sp. Linn.*

Palpi 4. inæquales:
anteriores longiores securiformes maxillæ dorso:
posteriores clavati labii medio laterali inserti.
Mandibula cornea, concava.
Maxilla cornea, bifida.
Labium breve, corneum, apice dilatatum, emarginatum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis, et victus ignorantur.
Species exoticæ sunt, una alterave europæa excepta nobis ignotis.

34. LAGRIA *Fabr.*
Chrysomelæ *Sp. Linn.*
Meloes *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores longiores securiformes maxillæ dorso:
posteriores clavati labii medio inserti.
Mandibula cornea, brevis, arcuata.
Maxilla cylindrica, membranacea, bifida.
Labium breve, membranaceum, integrum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis ignota.
Victus Larvæ ignotus: *imaginis* e foliis arborum.

hirta. 1. Lagria villosa nigra, thorace tereti, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 160.
Chrysomela hirta. Linn. Syst. Nat 2. p. 602. 119.
Habitat in Europæ saponariis.

atra. 2. Lagria antennis serratis hirta, atra. *Fabr. Mantis.* 1. p. 94.
Hispa hirta. Fabr. Sp. Ins. 1. p. 82.
Dermestes hirtus ater hirtus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 563. 14.
In Tritici campis passim occurrit.

ænea. 3. Lagria antennis serratis hirta obscure-ænea. *Fabr. Mantis.* 1. p. 94.
Habitat in Barbariæ floribus compositis ex Dom. Vahl.
Affinis lagr. atræ, sed minor tota hirta, obscure ænea, nitida. Pedes et antennæ atræ.
Variat tibiis testaceis.

antherina. 4. Lagria nigra, elytris fasciis duabus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 160.
Meloe antherinus alatus niger, elytris fasciis duabus ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 681. 18.

Ha-

Habitat frequens in floribus, agilis, cursitans; vix pediculo major.

35. ZYGIA *Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio adnati.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla membranacea, basi unidentata.
Labium elongatum, membranaceum, apice truncatum.
Antennæ moniliformes, extrorsum crassiores.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Unica species orientalis nota.

36. ZONITIS *Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio adhærentes.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla porrecta, integra.
Labium porrectum, membranaceum, emarginatum.
Antennæ setaceæ elongatæ.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Species exoticæ sunt.

37. APALUS. *Fabr.*
Meloes *Sp. Linn.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla cornea, unidentata.

La-

Labium membranaceum, porrectum, truncatum, integrum.

Antennæ filiformes.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Apalus *Fabr.* est Meloe bimaculatus. *Linn.* et Pyrochroa bimaculata. *Degeer. Ins.* 5. tab. 1. fig. 18. frequens in Sveciæ arenosis.

38. BRENTUS *Fabr.*

Os rostro porrecto recto cylindrico.

Antennæ moniliformes ultra medium rostri insertæ.

Quædam curculionis species hoc Genus constituunt, suntque exoticæ.

39. CURCULIO *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Os rostro elongato, corneo.

Palpi quatuor brevissimi, æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apici insidentes.

Mandibulæ brevis, cornea, arcuata:

Maxilla brevis, basi unidentata.

Labium porrectum, cylindricum, membranaceum, integrum.

Antennæ rostro corneo insidentes, plerumque clavatæ.

Larva hexapoda, mollis, annulata, albida, capite pedibusque callosis.

Pupa immobilis.

Victus larvæ e seminibus et foliis plantarum: imaginis e floribus.

Antennæ in variis speciebus differunt; itaut in nonnullis *clavatæ* articulis æqualibus: in quibusdam

busdam *clavatæ* articulo primo longissimo: in aliis sint *moniliformes*.

Numerosæ hujus Generis species in sequentes phalanges subdividuntur.

1. *Longirostres* femoribus simplicibus.
2. *Longirostres* femoribus dentatis.
3. *Longirostres* femoribus posticis incrassatis saltatoriis.
4. *Brevirostres* femoribus muticis.
5. *Brevirostres* femoribus dentatis.

Longirostres dicuntur, qui rostrum thorace longius gerunt, deorsum incurvum.

Brevirostres, qui rostrum thorace brevius: mensura ab oculis capta ad extremitatem ipsius rostri.

Clarissimus Degeer in 7. familias curculionum species subdividit sumpto charactere ab antennis, capite, et pedibus.

Fam. 1. *Longirostres* antennis fractis, femoribus dentatis.
2. *Brevirostres* antennis fractis, femoribus dentatis.
3. *Longirostres* antennis fractis, femoribus muticis.
4. *Brevirostres* antennis fractis, femoribus muticis.
5. *Longirostres* antennis rectis, articulis æqualibus.
6. *Brevirostres* antennis rectis, articulis æqualibus.
7. *Femoribus* posticis crassis saltatoriis.

Nos dispositionem specierum a Fabricio statutam sequemur.

1. *Longirostres femoribus simplicibus.*

Pini. 1. Curculio longirostris, elytris rufescentibus, fasciis nebulosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 163. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 608. 19.

Curculio longirostris, antennis fractis, femoribus muticis, corpore oblongo testaceo, maculis lineisque transversis flavis, elytris gibbosis. *Degeer. Ins.* 5. p. 222. 15.

Habitat in pini sylvestris cortice, et resina.

Cum Curcul. Abietis copula junctum vidit Linnæus.

vittatus. 2. Curculio longirostris, ferrugineo-fuscus, albo-lineatus, rostro nigro utrinque sulco abbreviato basseos. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 164.

In Italia ex Alliono.

Corpus majusculum. Rostrum cylindricum, nigrum, inter oculos sulcis duobus (albis) abbreviatis. Thorax ferrugineo-fuscus lineis quinque albidis. Elytra lævia, margine lineaque media albidis. Fabr.

Bacchus. 3. Curculio longirostris aureus, rostro plantisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 165. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 611. 38.

Rhinomacer niger, elytris rubris, capite thoraceque aureis, proboscide longitudine fere corporis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 270. 4.

In Europæ australioris vite, corylo.

Subtus niger, supra rubro-aureus. Elytra striata, subvillosa.

Betulæ. 4. Curculio longirostris, corpore viridi-aurato subtus concolore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 165. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 611. 39.

Curculio longirostris antennis rectis nigris, corpore subquadrato, viridi aurato nitidissimo, pedibus purpureo-æneis. *Degeer. Ins.* 5. p. 248. 36. tab. 7. fig. 25.

Ha-

Habitat in betula alba, et vite, folia contorquens.

Variat sæpius colore omnino cæruleo.

Alter sexus thoracem antrorsum spina utrinque armatum gerit.

5. Curculio longirostris, corpore viridi-ignito, subtus atro-cærulescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 166. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 511. 40. *Populi.*

Curculio longirostris, antennis rectis nigris, corpore subquadrato, supra viridi-aurato, subtus violaceo, pedibus violaceis. *Degeer. Ins.* 5. p. 249. 37.

In betula, populo.

Thorax in altero sexu antrorsum spinosus.

6. Curculio longirostris violaceus nitens, thorace elytrisque testaceis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 99. *cæruleocephalus.*

In Saxoniæ cratægo ex Dom. Hybner.

Statura præcedentium. Caput pubescens, violaceum. Thorax et elytra pubescentia, testacea, nitida. Corpus et pedes violacea. Antennæ extrorsum crassiores.

7. Curculio longirostris obscure æneus subtus obscurior. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 166. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 608. 21. *cupreus.*

In Europæ hortis.

8. Curculio longirostris ater, antennis ferrugineis, thorace bituberculato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 167. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 607. 12. *Pruni.*

In pruni cerasi foliis.

Tuberculo thoracis utrinque elevato a tergo distinguitur.

Totus ater. Elytra striata. Antennae subferrugineae.

9. Curculio longirostris niger ovatus, elytris striatis *Campanulæ.*

tis obtusis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 167. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 607. 7.

Curculio longirostris, antennis fractis fuscis, femoribus muticis, corpore subgloboso cinereo-nigro, elytris lineis griseis. *Degeer. Ins.* 5. p. 236. 23.

In campanulæ rotundifoliæ pericarpiis incrassatis. *Corpus totum nigrum, magnitudine Pediculi.*

pericarpius. 10. Curculio longirostris subglobosus nebulosus, elytrorum sutura basi alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 167. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 609. 31.

In scrophulariæ pericarpiis.

Alliariæ. 11. Curculio longirostris cyaneus totus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 168. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 606. 4.

Curculio cæruleus longirostris, antennis rectis, corpore obtuso villoso, cæruleo-violaceo, nitido. *Degeer. Ins.* 5. p. 251. 39.

In Erysimi Alliariæ caulibus, quos perforat. *Lineam cum dimidio longus.*

Craccæ. 12. Curculio longirostris gibbus supra ater, subtus cinereus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 168.

Curculio craccæ longirostris niger ovatus, rostro subulato, abdomine pallido. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 606. 6.

In Europæ viciis.

Magnitudo Pediculi. Elytra striata. Antennarum primus articulus testaceus. Oculi subtus ciliati.

4-maculatus. 13. Curculio longirostris nigricans, coleoptris maculis quatuor albidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 169. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 609. 29.

Curculio cinereus elytrorum puncto quadruplici albo, proboscide thorace longiori. *Geoffr. Ins.* 1. p. 287. 22.

Ha-

Habitat in Europa.

Elytra singula duobus punctis albis, striata.

14. Curculio longirostris piceus, abdomine ovato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 169. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 607. 13. *acridulus.*

Curculio pyriformis nigro-cærulescens, abdomine ovato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 290. 32.

Frequens in floribus tetradynamis. *Duas lineas longus.*

Caput et thorax punctata. Elytra striata.

15. Curculio longirostris ater, femoribus luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 169. *flavipes.*

Rhinomacer subglobosus niger striatus; femoribus rufis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 272. 8.

Frequens veris initio in locis apricis, et præsertim in floribus.

Magnitudo pulicis. Elytra striata.

16. Curculio longirostris purpureus nitens, rostro longissimo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 169. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 607. 14. *purpureus.*

Curculio rostro longissimo, antennis rectis, corpore villoso subquadrato purpureo-aurato nitidissimo. *Degeer. Ins.* 5. p. 250. 38.

In Europæ plantis. *Duas ad tres lineas longus.*

17. Curculio longirostris sanguineus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 169. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 608. 15. *frumentarius.*

Curculio sanguineus longirostris, antennis rectis, corpore oblongo sanguineo. *Degeer. Ins.* 5. p. 251. 40.

In frumento diutius adservato. *Præcedenti nimis affinis.*

18. Curculio longirostris griseus nigro-nebulosus, antennis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 170. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 614. 60. *Rumicis.*

Curculio longirostris femoribus muticis, antennis fractis, corpore oblongo griseo fusco nebuloso, thorace fasciis duabus nigricantibus, pedibus fuscis. *Degeer. Ins.* 5. p. 231. 20. tab. 7. fig. 10. 11.

In Europæ rumice.

granarius. 19. Curculio longirostris piceus, thorace punctato longitudine elytrorum. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 171. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 608. 16.

Curculio longirostris, antennis fractis, corpore oblongo fusco-castaneo thorace longitudine elytrorum. *Degeer. Ins.* 5. p. 239. 25.

Habitat in granariis frumenta consumens. Pellitur hyoscyamo, sambuco.

Oryzæ. 20. Curculio longirostris piceus, thorace punctato longitudine elytrorum, elytris punctis duobus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 171.

Curculio Oryzæ longirostris oblongus niger, elytris maculis quatuor ferrugineis, femoribus muticis. *Linn. Amœn. Acad.* 6. p. 395. 19.

Habitat in oryza diutius asservata.

paraplecticus. 21. Curculio longirostris cylindricus subcinereus, elytris mucronatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 172. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 610. 34.

Curculio oblongus, elytris villoso-cinereis, sutura nigra. *Geoffr. Ins.* 1. p. 279. 4.

Curculio Phellandrii longirostris, antennis fractis, femoribus muticis, corpore oblongo cylindrico griseo-viridi-flavescente, elytris acuminatis remotis. *Degeer. Ins.* 5. p. 224. 18. tab. 7. fig. 3.

Larva habitat intra caulem plantarum aquaticarum, imprimis phellandrii. *Paraplegiam equorum caussare fertur. Antidotum stercus Suis ex Linnæo.*

22.

22. Curculio longirostris cylindricus ater, lateribus subcærulescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 173. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 610. 36. *Ascanii.*

Apud nos occurrit.

Structura Curc. paraplectici, totus ater, linea canescente ab oculis secundum latera thoracis, marginemque exteriorem elytrorum ducta. Apex elytrorum acutus, sed non mucronatus. Subtus totus canescens. Conf. Specim. Ins. Calabr n. 66.

23. Curculio longirostris subcylindricus lævis fuscus, punctis prominulis adspersus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 611. 37. *algirus.*

Habitat Algiriæ. *Conf. Sp. Ins. Cal.* n. 69.

Statura Curc. paraplectici, sed postice minus acutus, et subcinerascens.

2. *Longirostres, femoribus dentatis.*

24. Curculio longirostris femoribus dentatis, elytris fuscis, fasciis duabus linearibus interruptis albidis. *Fabr. Sp Ins.* 1. p. 175. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 613. 57. *Abietis.*

Curculio longirostris antennis fractis, femoribus dentatis, corpore oblongo nigro, maculis griseo-flavis. *Degeer. Ins.* 5.p.204.1.tab.6.fig. 11.

Habitat in Pini sylvestris cortice et resina.

Forte varietas sexus Curc. Pini.

25. Curculio longirostris femoribus bidentatis, albo nigroque varius, thorace elytrisque muricatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 176. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 608. 20. *Lapathi.*

In Europæ salice, rumice.

Femora omnia bidentata. Pectoris latera et elytra postice albida.

26. Curculio longirostris, femoribus dentatis, ater. *germanus.*

ater, thorace utrinque punctis duobus testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 177.

Curculio germanus longirostris femoribus subdentatis, corpore ovato nigro punctis testaceis adsperso. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 613. 58.

Habitat in Europa, in Germania frequens.

Est inter maximos Europæos.

Scrophulariæ. 27. Curculio longirostris, femoribus dentatis, coleoptris maculis duabus dorsalibus atris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 177. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 614 61.

Curculio longirostris, antennis fractis, femoribus dentatis, corpore subgloboso fusco griseove, coleoptris maculis duabus rotundis nigris dorsalibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 208. 3. tab. 6. fig. 17 20.

In scrophularia, verbasco.

Folliculus ovatus, operculatus, fuscus.

aterrimus. 28. Curculio longirostris, femoribus dentatis, ater, elytris nitidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 179. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 607. 10.

In Europæ plantis frequentissimus.

Statura et magnitudo Curc. Alliariæ, at color ater.

Cerasi. 29. Curculio longirostris femoribus dentatis ater, elytris opacis oblongis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 179. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 607. 11.

Curculio niger, thorace utrinque dentato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 299. 48.

In Pruni cerasi foliis. *Duas lineas longus.*

Variat sexu thorace antice subspinoso.

violaceus. 30. Curculio longirostris, femoribus dentatis, violaceus totus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 179. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 614. 63.

Habitat in Europæ pinetis.

Antennæ fractæ. Elytra striata. Corpus subvillosum.

31.

31. Curculio longirostris femoribus dentatis, corpore griseo longitudine rostri. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 179. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 613. 59. *nucum.*

Curculio rufo-marmoratus, scutello cordato albo, proboscide subulata longissima. *Geoffr. Ins.* 1. p. 295. 42.

Roesel. Ins. 3. tab. 67. fig. 6. 7.

In Coryli avellanæ nucibus frequens. Misit D. Angelus Pinto.

32. Curculio longirostris, femoribus dentatis ferrugineis, fuscus, capite dorsoque nigris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 109. *Fraxini.*

Habitat in Sveciæ fraxino. Misit D. Thunberg.

33. Curculio longirostris femoribus anticis dentatis corpore griseo nebuloso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 181. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 612. 46. *pomorum.*

Habitat in Pomonæ arboribus.

34. Curculio longirostris femoribus dentatis, corpore testaceo, pectore fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 181. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 615. 67. *Tortrix.*

Curculio ferrugineus, elytris striatis, oculis nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 300. 51.

In Populo tremula folia contorquens.

Lineam cum dimidio longus. Antennæ fractæ.

3. *Longirostres, femoribus posticis incrassatis saltatoriis.*

35. Curculio longirostris pedibus saltatoriis niger, coleoptris testaceis, maculis duabus obscuris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 183. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 611. 42. *Alni.*

Curculio rufus femoribus posticis crassioribus, elytris maculis quatuor nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 286. 20.

In

In Europæ alno.

Salicis. 36. Curculio longirostris pedibus saltatoriis, elytris atris, fasciis duabus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 183. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 611. 43.

In salicis floribus.

viminalis. 37. Curculio longirostris pedibus saltatoriis, corpore testaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 184.

Curculio quercus longirostris, pallide flavus, oculis nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.609. 25.

Habitat in salice, quercu, ulmo Europæ.

Magnitudo pediculi subcutaneus in foliis.

4. *Brevirostres femoribus muticis.*

imperialis. 38. Curculio brevirostris, elytris striis elevatis atris, sulcisque punctatis viridi-aureis alternis, basi gibbis, apice mucronatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 184.

Habitat in America meridionali. Nobis dono dedit D. Carolus Gryel. Omnium Curculionum pulcherrimus.

nebulosus. 39. Curculio brevirostris canus, elytris fasciis obliquis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.186. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 617. 84.

Curculio albo nigroque varius, proboscide planiuscula carinata thoracis longitudine. *Geoffr. Ins.* 1. p. 278. 1. tab. 4. fig. 8.

In Europæ campis frequens.

Corpus oblongum nigrum, maculis fasciisque obliquis albidis. Elytra gibbosa. Antennæ fractae.

sulcirostris. 40. Curculio brevirostris oblongus cinereus subnebulosus, rostro trisulcato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 187. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 617. 85.

In Europæ plantis.

Statura et magnitudo Curc. nebulosi, sed rostrum trisulcatum.

41.

41. Curculio brevirostris oblongus fuscus, thoracis dorso plano. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 187. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 616. 81. *incanus.*

Curculio grisco apterus brevirostris antennis fractis, longissimis rufis, femoribus muticis, corpore oblongo nigro-fusco, pilis nitidis griseis. *Degeer. Ins.* 5. p. 242. 28.

In Europæ pinetis.

42. Curculio brevirostris, thorace lineato, elytris cinereis, lineolis fuscis suturaque nigropunctata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 188. *Polygoni.*

In Europæ polygono.

Medius. Rostrum griseum linea longitudinali alba. Thorax griseus lineis tribus albidis. Elytra cinerea lineola baseos duabusque aliis in medio fuscis. Sutura punctis distinctis fuscis. Pedes grisei femoribus inermibus.

43. Curculio brevirostris niger, antennis pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 190. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 617. 82. *cloropus.*

Curculio ater brevirostris oblongus ater, antennis rufis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 617. 86.

In Europæ plantis.

Parvus et valde oblongus. Duæ Linnaei species sunt varietates.

44. Curculio brevirostris, thorace subspinoso, elytris angulo duplici crispato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 194. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 617. 88. *barbarus.* tab. 2. fig. 3.

In Africa, in Gallia duplo minor. *Conf. Specim. Calabr.* 13.

Corpus totum atrum. Elytra coalita, in singulo supra lineae duae elevatae undulatae punctis muricatae. Thorax varie excavatus, ad latera quasi

quasi spina rotundata utrinque notabilis. Linn. Minorem in Apulia obvium marem credit ipse Linnaeus. An Algirus Fabr. Mantis. 1. p 120.?

5. Brevirostres femoribus dentatis.

Ligustici. 45. Curculio brevirostris femoribus dentatis, corpore obscuro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 197. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 615. 68.

In Ligustico levistico. *Quinque fere lineas longus.*

nigrita. tab. 2. fig. 4. 46. Curculio brevirostris femoribus dentatis, niger obscurus, thorace scabro, elytris crenato-striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 197.

Habitat in Italia ex Alliono. Apud nos frequens'.

Statura et magnitudo Curc. sulcati, sed elytra immaculata.

sulcatus. 47. Curculio brevirostris femoribus dentatis, ater, elytris striatis ferrugineo maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 197.

In Saxoniæ nemoribus.

bisulcatus. 48. Curculio brevirostris, femoribus dentatis, niger, coleoptrorum limbo cinereo, rostro bisulcato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 198.

Habitat in Italia ex Alliono.

Statura Curc. sulcati. Rostrum breve sulcis duobus dorsalibus impressis, apice incrassatum. Thorax supra niger, lateribus cinereis. Elytra obsolete striata nigra, margine antico et laterali cinereis. Pedes nigri femoribus dentatis. Fabr.

Pyri. 49. Curculio brevirostris, femoribus dentatis, æneo-fuscus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 198.

Curculio brevirostris, antennis fractis rufis, femoribus muticis corpore oblongo, æneo-nitido, pedibus rufis. *Degeer. Ins.* 5. p. 246. 34.

Habitat in Pyri foliis larva, inque corollis imago.

Va-

Variat pedibus rufis et nigris. Quatuor lineas longus.

50. Curculio brevirostris, femoribus dentatis, corpore viridi-argenteo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 198. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 615. 73. *argentatus.*

Curculio Urticae brevirostris, antennis fractis, femoribus dentatis, corpore oblongo viridi-nitido, pedibus viridibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 219. 12.

In Europæ urtica, betula, quercu communis.

51. Curculio brevirostris, femoribus dentatis, antennis, elytris pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 199. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 615. 71. *oblongus.*

Curculio oblongus niger, elytris pedibusque testaceis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 294. 39.

Habitat in Europa.

52. Curculio brevirostris femoribus dentatis, corpore nigro, pedibus antennisque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 199. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 615. 69. *ovatus.*

Curculio Rosae apterus brevirostris, pedibus antennisque fractis rufis, femoribus dentatis, corpore oblongo nigro-fusco. *Degeer. Ins.* 5. p. 219. 11.

Habitat in Europæ Pomona.

53. Curculio oblongus cinereo-fuscus, thorace striis tribus pallidioribus, elytris utrinque linea longitudinali albida, *Bonsd. Curc. Svec.* 2. n. 17. fig. 18. *lineellus.*

Habitat in Svecia pediculi magnitudine, unde nobis misit Cl. Thunberg.

54. Curculio subglobosus, cinereo-ater, striatus, rostro thoracis longitudine. *Geoffr. Ins.* 1. p. 289. 26. *nigrostriatus.*

In floribus invenitur.

Lineam

Lineam longus, quasi globosus. Niger. Caput et thorax punctata. Elytra striata. Rostrum longum, vix thoracis longitudine.

Plures curculionum species omisimus, ne multi essemus in describendis notissimi Generis innumeris speciebus.

40. RHINOMACER *Fabr.*

Os rostro crassiusculo, plano.

Palpi quatuor extrorsum crassiores: articulo ultimo oblique truncato.

Antennæ setaceæ rostro insidentes.

curculioides. 1. Rhinomacer villoso-griseus, antennis pedibusque nigris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 123. *Sp. Ins.* 1. p. 199.

In Italia ex Alliono.

Statura curculionis. Thorax elytraque lævia, grisea, immaculata. Corpus subtus cinereum pedibus nigris.

cærulens. 2. Rhinomacer cærulescens subvillosus, antennarum basi, pedibusque flavis. *Specim. Ins. Calabr.* n. 72. fig. 34.

In ulteriori Calabria.

41. ATTELABUS *Linn. Degeer. Fabr.* Rhinomacer *Geoffr.*

Os rostro elongato corneo.

Palpi quatuor inæquales, filiformes:

anteriores longiores maxillæ dorso:

posteriores labii parieti interiori adhærentes.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla membranacea, porrecta, bifida.

Labium breve, latum, corneum, truncatum, palpos tegens.

Anten-

Antennæ moniliformes insidentes rostro.
Larva hexapoda, mollis, annulata.
Pupa immobilis, ovata, lævis.
Victus larvæ et imaginis e foliis plantarum.

1. Attelabus niger, elytris rufis reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 199. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 619. 1. *Coryli.*

Curculio excoriato-ruber brevirostris, antennis rectis, corpore brevi subquadrato nigro, elytris rubris, capite ovato postice attenuato. *Degeer. Ins.* 5. p. 257. 46. tab. 8. fig. 3.

β. *Attelabus Avellanae* niger, elytris thorace pedibusque rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 619. 2.

Habitat in coryli foliis, quæ in cylindrum convolvit, et utrinque claudit.

2. Attelabus niger, thorace elytrisque rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 200. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 619. 3. *Sulzers. ins.* tab. 4. fig. 12. *curculionoides.* tab. 10. fig. 5.

In Europæ corylo, salice.

42. CLERUS *Geoffr. Degeer. Fabr.*
Attelabi *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores breviores filiformes maxillæ dorso:
posteriores longiores, clavati, clava securiformi, labii medio inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla cornea, recta, unidentata.
Labium elongatum, membranaceum, emarginatum.
Antennæ moniliformes.
Larva hexapoda, mollis, annulata.
Pupa folliculata, quiescens.
Victus larvæ e rapina larvarum: imaginis e floribus, imprimis umbellatis.

1. Cle-

formicarius. 1. Clerus niger, thorace rufo, elytris fascia duplici alba, basique rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 201.
Attelabus formicarius. Linn. Syst. Nat. 2. p. 620. 8.
Degeer. Ins. 5. tab. 5. fig. 8.
In Europa. Destruit Anobium pertinax.
Thorax, elytra antice, et abdomen rubra. Elytra fasciis binis albis.

unifasciatus. Clerus niger, elytris fascia alba, basi rubris: *Fabr. mantis.* 1. p. 125.
Attelabus formicarius minor. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 4. fig. 13.
Specim. Ins. Calabr. tab. fig. 10.
Habitat in Helvetiæ, Africæ onopordine, apud nos frequens.
Similis præcedentibus, sed fascia unica in medio elytrorum.

apiarius. tab. 2. fig. 5. 3. Clerus elytris rubris, fasciis tribus cærulescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 202.
Clerus nigro-violaceus, hirsutus, elytris fascia triplici coccinea. *Geoffr. Ins.* 1. p. 304. 1. tab. 5. fig. 4.
Attelabus apiarius. Linn. Syst. Nat. 2. p. 620. 10.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 4. fig. 6.
Larva frequens in Apum alveariis: *imago* in floribus.
Antennae nigrae clavatae. Fasciae tres caerulescentes, quarum prima vix marginem lateralem attingit, postrema in apice elytri.

43. NOTOXUS *Geoffr. Fabr.*
Attelabi *Sp. Linn.*
Meloes *Sp. Linn.*
Cleri *Sp. Geoffr.*

Palpi

Palpi quatuor inæquales, clavati, clava securiformi:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi exteriori inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla recta, cylindrica, unidentata.
Labium elongatum, membranaceum, bifidum.
Antennae filiformes.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e floribus plantarum umbellatarum.

1. Notoxus pubescens, elytris nigris, fasciis tribus pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 203. *mollis.*
Attelabus mollis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 621. 11.
Clerus fusco-fasciatus elytris flavo-griseis, fasciis duabus transversis fuscis, abdomine rubro. *Degeer. Ins.* 5. p. 159. 2. tab. 5. fig. 6.
In Europæ floribus.

2. Notoxus thorace in cornu supra caput protenso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 203. *Geoffr. Ins.* 1. p. 356. 1. tab. 6. fig. 8. *monoceros.* tab. 10. fig. 2.
Meloe monoceros alatus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 681. 14.
Habitat in Europæ floribus.

44. SPONDYLIS *Fabr.*
Attelabi *Sp. Linn.*

Palpi quatuor, æquales, subfiliformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi exteriori adhærentes.
Mandibula porrecta, exserta, forcipata, cornea, denticulata.
Maxilla brevis, crassa, conica, integra.
Labium porrectum, corneum, bifidum.

Antennæ moniliformes.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e fungis arborum.

buprestoides. 1. Spondylis atra, thorace subgloboso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 203.

Attelabus buprestoides ater, elytris nervosis, thorace subgloboso. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 621.13.

Cerambyx maxillosus niger, thorace mutico subgloboso, antennis longitudine thoracis: articulis compressis, dentibus maximis prominentibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 84. 21. tab. 3. fig. 21.

Habitat in Europæ sylvis.

ceramboides. 2. Spondylis atra, elytris rugosis thorace latioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 203.

Attelabus ceramboides. Linn. Syst. Nat. 2. p. 621. 12.

Tenebrio variolosus alatus ater, elytris rugosis. *Degeer. Ins.* 5. p. 32. 2.

Habitat in boleto fomentario.

45. PRIONUS *Geoffr. Fabr.*

Cerambycis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores sub labii apice inserti.

Mandibula porrecta, cornea, exserta, arcuata, apice dentata.

Maxilla brevis, cornea, cylindrica, integra.

Labium brevissimum, membranaceum, rotundatum.

Antennæ elongatæ, filiformes: articulis obconicis, apice prominulis, itaut serratæ appareant, in oculo positæ.

Larva hexapoda, mollis, annulata.

Pupa immobilis.

Victus

Victus Larvæ et imaginis e ligno putrescente.

1. Prionus thorace marginato tridentato, corpore piceo, antennis brevibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 206. *coriarius*.

Prionus Geoffr. Ins. 1. p. 198. 1. tab. 3. fig. 5.

Carambyx coriarius. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 622. 7.

Cerambyx Prionus fusco-castaneus, obscurus nitidus, thorace depresso dentato, corpore lato, antennis brevioribus. *Degeer. Ins.* 5. p. 59. 1. tab. 3. fig. 5.

Habitat in Europæ betulis putridis.

Ova magna, oblonga, flavescentia.

46. CERAMBYX *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi 4. æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio exteriori adhærentes.

Mandibula exserta, cornea, arcuata.

Maxilla porrecta, membranacea, basi unidentata.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum.

Antennæ setaceæ, elongatæ, undecim articulis cylindricis.

Larva hexapoda, mollis, annulata, capite pedibusque callosis.

Pupa intra globum, quiescens, pone acuminata.

Victus larvæ et imaginis e ligno putrescente, acidulo.

Adnotanda antennarum proportio in tota Cerambycum familia. *Antennæ breves* dicuntur, quæ corpore breviores: *mediocres*, quæ corporis longitudine: *longæ*, quæ corpore longiores.

Fabricius insuper Cerambycis Linnæi genus in octo divisit, totidemque nomina illis specie-

bus attribuit, quæ singulari partium oris charactere commode distingui possunt. Nos vero pro faciliori Generum distinctione habitum quoque afferemus. Genera autem sunt:

Prionus. Thorax planus, margine acuto, crenulato-spinoso.

Cerambyx. Thorax teres, spinosus. Elytra fastigiata, linearia.

Lamia. Thorax teres, spinosus. Elytra clunata (idest postice convexa).

Stenocorus. Caput elongatum. Thorax teres, extuberans. Elytra cuneata.

Calopus. Thorax cylindricus, elytris angustior, muticus. Elytra clunata.

Rhagium. Caput elongatum. Thorax teres, spinosus. Elytra subfastigiata, cuneata.

Saperda. Thorax cylindricus, muticus. Elytra fastigiata.

Callidium. Thorax rotundatus muticus. Elytra fastigiata.

moschatus. 1. Cerambyx thorace spinoso, viridis, nitens; antennis cyaneis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 210. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 627. 34. *Geoffr. Ins.* 1. 203. 5.

Cerambyx odoratus. *Degeer. Ins.* 5. p. 64. 2.

Habitat in Europæ salice.

Variat antennis pedibusque cyaneis et fuscis.

Odorem gratum et soporiferum spargit, qui cum vita evanescit. Ova candida, sapida ex Listero.

Cerdo. 2. Cerambyx thorace spinoso rugoso, niger, elytris rotundatis, antennis longis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 212. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 629. 39. *Scop. ent. carn.* 162.

Ha-

Habitat in Europæ ligno.

3. Cerambyx thoracee spinoso rugoso, niger, elytris apice subspinosis testaceis, antennis longis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 132. *Scop. ent. carn.* p. 163. *Heros.* tab. 2. fig. 6.

Habitat in Europæ ligno. Apud nos frequentissimus.

Affinis Cer. Cerdo, sed distincta species est.

4. Cerambyx thorace spinoso, coleoptris fascia maculisque quatuor atris, antennis longis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 213. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 628. 35. *alpinus.*

Cerambyx cinereo-cærulescens, elytrorum maculis sex fuscis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 202. 4.

In Europæ montibus occurrit.

47. LAMIA *Fabr.*

Cerambyc. *Sp. Linn. Geoffr.*

Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ:
posteriores labii basi interiori inserti.

Mandibula cornea, fornicata.

Maxilla brevis, cornea, recta, bifida.

Labium corneum, bifidum.

Antennæ elongatæ, setaceæ.

Metamorphosis ignota.

Victus Larvæ et imaginis e ligno arborum putrescente acidulo.

1. Lamia thorace spinoso, elytris convexis atris, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 217. *textor.*

Cerambyx textor. Linn. Syst. Nat. 2. p. 629. 41. *Geoffr. Ins.* 1. p. 201. 3.

Cerambyx nigro-rugosus thorace spinoso nigro-opacus,

cus, antennis brevioribus crassis, elytris convexis. *Degeer. Ins.* 5. p. 64. 3.

In truncis arborum Europæ.

nebulosa. 2. Lamia thorace inermi ferrugineo nigro-lineato, elytris fusco ferrugineoque variis, macula marginali cinerea, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 218.

Habitat in Germania.

Media. Antennæ longitudine corporis nigræ, articulis basi cinereis. Caput et thorax rotundatus, inermis. Pedes fusci.

sutor. 3. Lamia thorace spinoso, elytris atris ferrugineo-maculatis, scutello luteo, antennis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 218.

Cerambyx sutor. Linn. Syst. Nat. 2. p. 628. 38.

Cerambyx atomarius thorace spinoso niger, nitidus, atomis albescentibus, antennis longissimis, scutello albicante. *Degeer. Ins.* 5. p. 65. 4.

Habitat in Europæ sylvis.

Nigricans, elytris fasciis obsoletis duabus albidis Linn.

sartor. 4. Lamia thorace spinoso, nigra, scutello flavo, elytris immaculatis, antennis longissimis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 137.

Habitat Dresdæ in Æsculo hippocastano.

Affinis præcedenti, cujus forte mera varietas major. Frons inter antennas valde canaliculata (quod in præcedenti etiam observatur). Antennæ longissimæ. Scutellum flavum. Fabr.

Kahleri. tab. 2. fig. 7. 5. Lamia thorace spinoso nigra, elytris sanguineis, macula nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 219.

Cerambyx Kahleri. Linn. Syst. Nat. 2. p. 631. 50. *Geoffr. Ins.* 1. p. 204. 6.

Apud

Apud nos frequens.

Thorax variat immaculatus, et macula laterali rufa. Elytra apice emarginata, mox immaculata, mox macula nigra.

6. Lamia fusca, thorace coleoptrisque ocellis quatuor atris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 221. *curculionoides.*

Cerambyx *curculionoides* thorace mutico, ocellis quatuor nigris, elytris ocello sesquialtero, antennis longis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 634. 64.

Apud nos frequens.

7. Lamia thorace spinoso fusca, elytris scabris, maculis duabus atris, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 221. *tristis.*

Cerambyx tristis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 629. 42.

Habitat in ligno cupressi Europæ australioris.

Varietas sexus antennis longitudine corporis, et duplo longioribus.

8. Lamia thorace spinoso fusca, elytris lævibus: maculis duabus atris, antennis brevibus. *Fabr. Mantis.* 1. p. 139. *funesta.*

Habitat frequens in Galliæ sambuco.

Affinis Lam. tristi, at duplo minor. Elytra lævia quasi holosericea. Antennæ multo breviores.

9. Lamia thorace subspinoso nigra, elytris cinerascentibus, antennis brevibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 222. *fuliginator.*

Cerambyx fuliginator. Linn. Syst. Nat. 2. p. 639. 43. *Geoffr. Ins.* 1. p. 205. 8.

In Europa australiori, uti et apud nos passim occurrit.

Atra, ovata, thorace spinoso. Elytra vellere cinereo albida. Antennæ corpore dimidio breviores.

Variat ætate tota nigra, lanugine cinerea derasa.

saltator. 10. Lamia thorace inermi grisea, elytris fasciis duabus macularibus abbreviatis, strigaque postica punctata niveis, antennis brevibus. *Fabr. Mantis.* 1. p. 141.

Habitat in nostro Regno, sed rara.

Parva. Corpus griseum. Antennæ breves. Thorax inermis, rotundatus linea dorsali alba. Elytra punctata, obtusa, grisea, fascia abbreviata nivea ante medium e lineolis tribus, intermedia breviore, punctoque interiore constans. Pone medium fascia altera, itidem lineolis tribus exteriore minore punctoque interiore. Versus apicem striga obsoleta et punctis quatuor. Fabr.

pedestris. 11. Lamia thorace spinoso atra: vitta integra alba, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 223.

Cerambyx pedestris thorace spinoso apterus niger, elytris tomentosis atris, sutura alba, antennis mediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 631. 51.

Habitat in Europa australiori.

morio. 12. Lamia thorace spinoso nigra, elytris unicoloribus, antennis brevibus. *Fabr. Mantis.* 1. p. 141.

Habitat in nostro Regno.

Lam. pedestri affinis at paullo major. In nostris color semper niger.

lineata. 13. Lamia thorace spinoso atra, elytris marginalibus lineisque duabus utrinque coeuntibus albis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 141.

Habitat in Germania, inque nostro Regno.

Statura et magnitudo Lam. pedestris. Caput et thorax atra linea dorsali alba. Elytra atra: margine, sutura, lineisque duabus antice posticeque coeuntibus albis. Pedes nigri. Fabr.

48.

48. STENOCORUS *Geoffr. Fabr.*
Cerambyc. *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales.
anteriores longiores, filiformes, maxillæ adhærentes.
posteriores clavati labii basi exteriori inserti.
Mandibula exserta, cornea, arcuata.
Maxilla recta, porrecta, unidentata.
Labium membranaceum, elongatum, bifidum.
Antennæ elongatæ, setaceæ.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e floribus plantarum.

1. Stenocorus thorace subspinoso, elytris fastigiatis, pectore nitente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 225. *meridianus.*
Cerambyx meridianus thorace subspinoso, elytris subfastigiatis fuscis, antice testaceis, pectore nitente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 630. 47. tab. 2. fig. 9.
Habitat in Europa.
Femina nigricans, mas testaceus.
Larva subterranea, pedibus longissimis. Raj.
Femora rufa, apice nigra. Corpus subtus nitens; abdominis apex rufus. Degeer.

2. Stenocorus thorace spinoso pubescente, elytris fastigiatis lividis, tænia obscura longitudinali sinuata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 226. *lamed.*
Cerambyx lamed. Linn. Syst. Nat. 2. p. 630. 46.
Habitat in Europa.

49. CALOPUS *Fabr.*
Cerambyc. *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores longiores clavati maxillæ:

poste-

posteriores filiformes labii basi exteriori adnati.
Mandibula brevis, cornea, arcuata.
Maxilla porrecta, subarcuata, bifida.
Labium porrectum, membranaceum, bifidum.
Antennæ filiformes articulis compressis apice altero latere prominulis.
Metamorphosis ignota.
Victus quoque ignoratur.

serraticornis. 1. Calopus fuscus, antennis compressis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 228.
Cerambyx serraticornis thorace mutico subovali, corpore lurido fusco, antennis compressis antice serratis mediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 634. 65.
Habitat in Europa.
Corpus elongatum, cylindricum, statura fere Cleri.

50. RHAGIUM *Fabr.*
Cerambyc. *Sp. Linn.*
Stenocori *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales capitati:
anteriores longiores maxillæ:
posteriores labii basi inserti.
Mandibula brevis cornea arcuata.
Maxilla membranacea, unidentata.
Labium breve, membranaceum, bifidum: laciniis rotundatis.
Antennæ elongatæ setaceæ.
Larva hexapoda, annulata subpilosa.
Pupa intra globum quiescens.
Victus larvæ et imaginis e truncis arborum putrescentibus.

inquisitor. 1. Rhagium thorace spinoso, nigrum, elytris nebulosis

bulosis testaceo subfasciatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 145.

Cerambyx inquisitor. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 630. 49.

Stenocorus niger vellere flavo variegatus, elytris lineis duabus elevatis, thorace spinoso. *Geoffr. Ins.* 1. p. 223. 2.

Habitat in Europæ truncis arborum.

2. Rhagium thorace spinoso, elytris fasciis duabus obliquis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 230. *bifasciatum*.

Stenocorus glaber e fusco niger, elytro singulo lineis tribus elevatis, maculis duabus luteis, thorace spinoso. *Geoffr. Ins.* 1. p. 222. 1. tab. 2. fig. 8.

Leptura mordax thorace spinoso nigra, maculis punctisque griseis villosis, elytris fascia duplici fulva maculaque nigra, antennis brevibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 124. 1. tab. 4. fig. 6.
Sulzers Hist. Ins. tab. 5. fig. 8.

Habitat in Europa.

Antennæ ante oculos positæ. Caput et thorax nigra pilis griseis. Elytra lineis tribus elevatis, nitida, punctulata, nigro-rubra, duabus fasciis obliquis luteis. Scutellum luteum. Pedes nigri.

51. SAPERDA *Fabr.*
Cerambyc. *Sp. Linn.*
Lepturæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ:
posteriores labii medio exteriori adnati.

Mandibula arcuata, cornea.

Maxilla membranacea, bifida.

Labium membranaceum, cordatum, truncatum.

Antennæ elongatæ setaceæ.

Me-

Metamorphosis ignota.

Victus larvæ e trunco putrescente arborum: imaginis e foliis.

Carcarias. 1. Saperda corpore griseo nigro-punctato, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1.230.

Cerambyx carcarias thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 631. 52.

Cerambyx punctatus. Degeer. Ins. 5. p. 73. 10. tab. 3. fig. 19.

Habitat in Europæ sylvis.

oculata. 2. Saperda thorace luteo, punctis duobus atris, elytris nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 231.

Cerambyx oculatus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 633. 60.

Cerambyx thorace mutico cylindrico rufo flavo, punctis duobus nigris, capite antennisque nigris, elytris cinerascentibus. *Degeer. Ins.* 5. p. 74. 11. tab. 3. fig. 20.

Habitat in Europæ sylvis.

irrorata. 3. Saperda atra, elytris albo-punctatis, antennis longis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 147.

Habitat in Africæ plantis ex Dom. Vahl. Nobis misit Notarjannus.

Caput atrum, immaculatum. Antennæ corpore longiores nigræ, articulis basi albis, primo crassiore unicolore, secundo piceo. Thorax rotundatus, niger linea laterali interrupta alba. Elytra lævia, nigra, punctis numerosis albis. Corpus nigrum Fabr.

linearis. 4. Saperda cylindrica nigra, pedibus luteis, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 232.

Cerambyx linearis thorace cylindrico mutico niger, pedibus omnibus totis luteis antennis medio-

diocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 632. 58.
Leptura parallela. *Scop. ent. carn.* 153.
Habitat in Europæ sylvis.
Abdominis dorsum supra testaceum versus basin.

5. Saperda cylindrica nigra, pedibus anticis luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 232. *cylindrica.*
Cerambyx cylindricus thorace cylindrico mutico, linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 633. 59.
Leptura cylindrica. *Scop. ent. carn.* 157.
Roesel. Ins. 2. *Scarab.* 2. tab. 3.
Habitat in pyri, pruni ramis.

6. Saperda fusca, thorace lineato, scutello flavo, antennis longis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 233. *Cardui* tab. 2. fig. 10.
Cerambyx Cardui thorace mutico cylindrico, corpore fusco, linea longitudinali flavicante, antennis longioribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 632. 56.
Habitat in Europæ australis carduis.

7. Saperda thorace flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 234. *populnea.*
Cerambyx populneus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 632. 57.
Leptura nigra, thorace lineis tribus, elytrorumque maculis villoso-flavis, thorace cylindraceo, antennis corpus æquantibus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 208. 3.
Habitat in Europæ populetis.

8. Saperda thorace mutico cylindrico, albo-cærulea: lineis tribus thoracis, scutelloque pallidioribus. *Schrank. Enum. Ins. Austr.* n. 271. *Spec. Ins. Cal.* fig. 18. *cærulescens.*
In ulteriori Calabria, inque aliis nostri Regni locis frequens.

9. Sa-

tremula. 9. Saperda viridis, thorace punctis duobus, elytris quatuor nigris *Fabr. Sp. Ins.* 1.p.234.
Habitat Halæ Saxonum. D. Schreber.
Antennæ longitudine corporis. An punctatæ varietas?

punctata. 10. Saperda thorace cylindrico viridis, punctis nigris numerosis, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 234.
*Cerambyx punctatus. Linn. Syst. Nat.*2.p.1067.7.
In Europa australiori: frequens apud nos occurrit.
Antennæ et pedes nigra.

violacea. 11. Saperda thorace cylindrico, corpore violaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 235.
Habitat in Italia.

ruficollis. 12. Saperda thorace cylindrico subspinoso nigra, antennis thoraceque ferrugineis, elytris cyaneis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 150.
Habitat Monspelii. Dom. Broussonet.
Major Sap. præusta. Antennæ longitudine corporis, ferrugineæ primo articulo crassiori, nigro. Corpus nigrum. Thorax ferrugineus utrinque dente obsoleto. Elytra cyanea. Pedes atri. Fabr.

præusta. 13. Saperda nigra, elytris flavis apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 235.
Leptura præusta thorace subgloboso, fusco, elytris flavis apice nigris, pedibus quatuor pallidis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 641. 14.
Habitat in Europæ sylvis.

lineola. 14. Saperda nigra thoracis linea dorsali femoribusque apice rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. 235.
Habitat in Italia. E Lucania attulit Raphael de Andrea.
Parva. Corpus cylindricum, nigrum. Antennæ longitudine corporis. Linea rubra in dorso thoracis

racis. Femora omnia apice, uti et tibiæ anticæ rubra. Fabr.

15. Saperda thorace cylindrico fusca, femoribus clavatis, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 235. *minuta.*

Apud nos frequenter invenitur.

Parva tota fusca, immaculata. Femora omnia clavata.

52. CALLIDIUM. *Fabr.*

Cerambyc. *Sp. Linn.*

Lepturæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor æquales clavati:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi exteriori inserti.

Mandibula brevis, cornea, arcuata.

Maxilla cylindrica, membranacea, recta, bifida.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum; laciniis tenuissimis.

Antennæ elongatæ, setaceæ.

Metamorphosis ignota.

Victus larvæ e trunco arborum putrescentium: imaginis e foliis plantarum.

1. Callidium thorace villoso tuberculis duobus, corpore fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 236. *Bajulus.*

Cerambyx Bajulus thorace mutico subrotundo villoso, tuberculis duobus, antennis brevibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 636. 76.

Leptura Bajula. Scop. ent. carn. 156.

In Europæ borealis arborum truncis.

Elytra in altero sexu pallida.

Variet. duplo minorem e Saxonia accepit Fabr.

Perforat ligna, parietes, asseres e Pino desumpta.

2. Cal-

fennicum. 2. Callidium thorace tuberculato rufo, elytris violaceis, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 236.

Cerambyx fennicus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 636. 77.

Habitat in Europæ pinetis.

ruficolle. 3. Callidium thorace subcylindrico hirto rufo, elytris violaceis, antennis mediocribus piceis, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 236.

Habitat in Italia.

Sillimum Callid. fennico, sed minus. Caput nigrum antennis piceis. Thorax fere cylindricus, subspinosus, hirtus, rufus. Elytra violacea. Pedes nigri femoribus subclavatis. Fabr.

sericeum. 4. Callidium thorace mutico holosericeo cinereo, elytris testaceis, punctis elevatis rubris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 152.

Habitat in Barbaria. D. Vahl.

Majus Call. rustico. Antennæ sericeæ corpore sublongiores. Caput, thorax, corpus et scutellum cinereo-holosericea. Elytra minus villosa, subtestacea, punctis plurimis sparsis, elevatis, glabris, rufis. Pedes sericei. Fabr.

rusticum. 5. Callidium thorace nudo, corpore lurido, antennis brevibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 238.

Cerambyx rusticus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 634. 67.

Habitat in Europæ sylvis.

sanguineum. 6. Callidium thorace subtuberculato elytrisque sanguineis, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 238.

Cerambyx sanguineus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 636. 80.

Leptura nigra, thorace coleoptrisque sericeo-rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 220. 11.

Habitat in Europæ sylvis.

7. Calli-

7. Callidium thorace subtuberculato, corpore testaceo, antennis mediocribus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 239. *testaceum.*

Cerambyx testaceus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 635. 75.

Leptura testacea, thorace glabro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 218. 18.

Habitat in Europæ sylvis.

8. Callidium thorace tuberculato, elytris nigris: fasciis undatis duabus albis, antennis brevibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 240. *undatum.*

Cerambyx undatus thorace mutico subrotundo tuberculato, elytris fasciis duabus undulatis, antennis submediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 336. 79.

Habitat in Europa boreali.

9. Callidium thorace globoso nigro, flavo-fasciato, elytris atris, fasciis quinque flavis: baseos maculari. *Fabr. Sp. Ins. App.* p. 500. *lunatum.*

In Lucania inventum a Raphaele de Andrea.

10. Callidium thorace globoso albo-fasciato, elytris nigris, fasciis quinque albis, secunda tertiaque lunatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 241. *florale.*

Habitat in Italia.

Caput nigrum antennis ferrugineis. Thorax globosus niger fasciis duabus albis. Elytra nigra fasciis quinque, prima baseos, quinta apicis. Pedes rufi. Fabr.

11. Callidium thorace rotundato, elytris fasciis quatuor flavis, prima interrupta, reliquis retrorsum arcuatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 241. *arcuatum.*

Leptura arcuata, thorace globoso nigra, elytris fasciis linearibus flavis, tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 640. 21.

Habitat in Europæ hortis.

arietis. 12. Callidium thorace rotundato nigro, elytris nigris, fasciis flavis, secunda antrorsum arcuata, pedibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 242.

Leptura arietis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 640. 23.

Cerambyx 4-fasciatus niger, thorace mutico subgloboso, elytris fasciis flavo-vitreis, secunda obliqua, pedibus ferrugineis. *Degeer. Ins.* 5. p. 81. 18.

Stenocorus arietis. Scop. Ann. hist. nat. 5. 96. 57.

Habitat in Europæ hortis.

plebejum. 13. Callidium thorace globoso immaculato, elytris nigris, fasciis linearibus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 243.

Leptura rustica thorace globoso tomentoso, elytris cinereis, fasciis linearibus albidis undatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 639. 17.

Leptura nigra, elytrorum lineis transversis punctisque albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 215. 12.

Habitat in Europæ hortis.

detritum. 14. Callidium thorace rotundato flavo-fasciato, elytris nigris, fasciis quinque flavis, pedibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 243.

Leptura detrita thorace globoso nigricante, elytris fuscis, fasciis quatuor transversis flavis, pedibus rufis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 640. 20.

Habitat in Europæ hortis.

trifasciatum. 15. Callidium thorace globoso ferrugineo, elytris nigris, fasciis tribus albis, prima annulari. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 244.

Habitat in ulteriori Calabria. *Conf. Spec. Ins. Cal.* 86, fig. 32.

Sta-

Statura call. verbasci. Caput atrum antennis rufis. Thorax globosus, ferrugineus tomento cinereo tectus. Elytra atra fasciis tribus albis, prima annulari. Abdomen subtus annulis albis. Fabr.

In nostro Insecto elytra flavicantia fasciis tribus nigris, prima lunari, ut in icone supracitata.

16. Callidium thorace rotundato nigro-maculato, elytris subvirescentibus, fasciis tribus nigris, prima lunari. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 244. *verbasci.*

Leptura verbasci. Linn. Syst. Nat. 2. p. 640. 22. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 5. fig. 12.

Habitat in Verbasco.

17. Callidium thorace rotundato, elytris fuscis: fasciis apiceque cinereis, basi rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 244. *mysticum* tab. 2. fig. 11.

Leptura mystica thorace globoso tomentoso, elytris fusco cinereis antice rufis, fasciis linearibus arcuatis, lataque canis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 639. 18.

Cerambyx albo fasciatus niger, thorace mutico subgloboso, elytris lineis tribus arcuatis, fasciaque transversa griseis, antennis brevioribus. *Degeer. Ins.* 5. p. 82. 19.

Cerambyx quadricolor. Scop. ent. carn. 177.

Habitat in Europa.

18. Callidium thorace rotundato nigrum, elytris cinereo-fasciatis, basi bituberculatis apice acuminatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 156. *gibbosum.*

Habitat Kiliæ. D. Daldorff.

Statura et magnitudo call. mystici. Antennæ longitudine corporis, subferrugineæ. Caput et thorax nigra, obscura, immaculata. Elytra fascia lata ante medium, apiceque cinereis. Tubercu-

la duo baseos elevata, compressa; et in apice margo exterior excurrit in spinam validam. Fabr.

Alni. 19. Callidium thorace rotundato nigrum, elytris fasciis duabus albis, elytrorum basi antennis tibiisque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 245.

Leptura Alni. Linn. Syst. Nat. 2. p. 639. 19.

Habitat in Europæ Alno.

Affine call. mystico, sed octies minus. Elytra basi ferruginea, medio fascia lineari arcuata alba, postico linea alba oblique transversa. Linn.

53. DONACIA *Fabr.*

Lepturæ *Sp. Linn.*

Stenocori *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:

anteriores maxillæ dorso:

posteriores labii medio laterali inserti.

Mandibula brevis, fornicata, cornea, dentata; apice fissa.

Maxilla cylindrica, recta in medio unidentata.

Labium elongatum, membranaceum, cylindricum, integrum.

Antennæ porrectæ, setaceæ.

Metamorphosis ignota. Larva forrassis aquatica.

Victus imaginis e foliis plantarum aquaticarum.

Thorax quadratus, immarginatus.

crassipes. tab. 10. fig. 9. 1. Donacia femoribus posticis clavatis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 245.

Leptura aquatica deaurata, antennis nigris, femoribus posticis dentatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 637. 1.

Habitat in plantis aquaticis, Nymphæis, Phellandriis, aliisque, quarum radicibus adhæret pupa intra globum brunneum. *Linn.*

54.

54. LEPTURA *Linn. Degeer. Fabr.*
Stenocori *Sp. Geoffr.*
Necydalis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor filiformes, inæquales:
anteriores articulo ultimo truncato maxillæ dorso:
posteriores labii basi adhærentes.
Mandibula cornea, subarcuata.
Maxilla recta, cylindrica, membranacea, in medio unidentata apice setosa.
Labium elongatum, membranaceum, bifidum.
Antennæ elongatæ setaceæ.
Metamorphosis ignota.
Victus larvæ e ligno putrescente: imaginis e foliis plantarum.
Elytra apice attenuata. Thorax subglobosus muticus, antice angustior.

1. Leptura atra, elytris rubris: apice suturaque media nigris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 157. *hastata.*
Stenocorus niger, elytris rubescentibus, apice suturæque medietate nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 226. 6. *Spec. Ins. Cal.* fig. 17.
Leptura hastata. Sulzers Hist. Ins. tab 5. fig. 11.
Apud nos frequens.
Affinis lept. melanuræ, at elytra in omnibus rubra et sutura a medio ad apicem nigra; versus apicem tamen color niger angustatus. Abdominis segmenta margine villis argenteis splendent.
Mas minor abdomine magis rufescente.

2. Leptura nigra elytris rubescentibus, lividisve: sutura apiceque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 245. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 637. 2. *melanura.*

Leptura variabilis nigra, pedibus posticis corpore longioribus, elytris maris flavo testaceis apice nigris, feminæ obscure rubris. *Degeer. Ins.* 5. p. 137. 14.

Stenocorus niger, elytris rubescentibus lividis, *Geoffr. Ins.* 1. p. 226. 7. tab. 4. fig. 1.

Habitat frequens in floribus.

Variat sæpius magnitudine dimidio minore.

livida. 3. Leptura nigra, elytris testaceis immaculatis, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 246.

Habitat in floribus.

Varietas occurrit duplo major.

sanguinolenta. 4. Leptura nigra, elytris sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 246. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 638. 4.

Habitat in Europæ floribus.

armata. 5. Leptura thorace ovato, margine postico scutelloque flavo, elytris fastigiatis, antennis brevibus. *Spec. Ins. Cal.* fig. 36.

Habitat in ulteriori Calabria.

Nomen triviale D. Villers retinui, et cum eodem Cl. Viro ad lepturas refero.

rubra. 6. Leptura nigra, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 246. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 638. 3.

Habitat in Europæ floribus.

testacea. 7. Leptura nigra, elytris testaceis, tibiis rufis, thorace postice rotundato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 638. 5.

Habitat in Europa.

Mas precedentis videtur cl. Fabricio.

atra. 8. Leptura corpore toto nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 247.

Habitat in Europa australiori.

Variat pedibus nigris et testaceis.

9. Leptura elytris attenuatis, corpore nigro nitido, abdomine rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 247. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 639. 14. *nigra.*

Stenocorus niger nitidus, abdomine fusco-rubente. *Geoffr. Ins.* 1. p. 227. 9.

Habitat in Europæ floribus.

Thorax utrinque postice mucronatus, ut in leptura attenuata, et melanura.

10. Leptura nigra, elytris lividis, maculis quatuor nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 248. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 638. 9. *4-maculata.*

Habitat in Europæ plantis.

11. Leptura nigra, coleoptris testaceis, maculis sex nigris margine connexis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 248. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 638. 11. *6-maculata.*

Leptura testaceo maculata nigra, fasciis tribus elytrorum transversis undulatis testaceo-flavis. *Degeer. Ins.* 5. p. 133. 9.

Habitat in Europæ plantis.

12. Leptura elytris attenuatis flavis, fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 248. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 639. 13. *attenuata.*

Habitat in Europa.

Fascia elytrorum anterior variat mox integra, mox interrupta: interdum omnino deest.

13. Leptura nigra, elytris testaceis, fasciis quatuor dentatis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 248. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 639. 12. *4-fasciata.*

Habitat in Europa.

14 Leptura nigra, elytris testaceis: punctis duobus, cruce fasciisque nigris. *Linn. Faun. Svec.* 1. n. 508. *nigrofasciata.* tab. 2. fig. 12.

Leptura nigra. *Spec. Ins. Cal.* n. 93.

Stenocorus niger, elytris testaceo-flavis: punctis duobus, cruce fasciisque nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 224. 5.

Habitat frequens in floribus, etiam in ulteriori Calabria.

Corpus nigrum. Elytra flava, prope basin puncta duo utrinque, quæ frequenter coeunt cum macula communi, itaut fasciam primam sinuatam nigram constituant in nonnullis individuis: versus medium duæ maculæ nigræ, quæ a margine externo versus suturam nigram attenuantur; crucemque efformant; at in nonnullis duæ maculæ tantum observantur, ut in citata icone. Inferius fascia, et apex elytrorum nigra.

collaris. 15. Leptura thorace globoso abdomineque rubris; elytris nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 249. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 639. 16.

Leptura ruficollis nigra, thorace abdomineque rubris. *Degeer. Ins.* 5. p. 143. 22.

Habitat in Europa.

abbreviata. 16. Leptura elytris dimidiatis ferrugineis immaculatis, antennis brevibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 250.

Necydalis major. Linn. Syst. Nat. 2. p. 641. 1.

Necydalis ichneumonea nigra, elytris abbreviatis rufo-fuscis, pedibus rufis, antennis corpore brevioribus. *Degeer. Ins.* 5. p. 148. 1. tab. 5. fig. 1.

Habitat in Europa.

dimidiata. 17. Leptura elytris dimidiatis testaceis, apice lineola alba, antennis longis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 250.

Necydalis minor. Linn. Syst. Nat. 2. p. 641. 2.

Habitat in Europa.

55. LAM.

55. LAMPYRIS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, subclavati:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii apici inserti.
Mandibula cornea, arcuata, tenuissima.
Maxilla brevis, membranacea, bifida.
Labium breve, corneum, integerrimum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis adhuc obscura.
Victus larvæ, et imaginis ignoratur.
Antennæ interdum articulis brevioribus fere moniliformibus, interdum serratis, aut pectinatis.
Femina in omnibus speciebus aptera.
Caput tectum clypeo thoracis. Elytra flexilia.

1. Lampyris oblonga, fusca, clypeo cinereo *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 251. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 643. 1. *noctiluca.*

Lampyris noctiluca communis oblonga, supra nigro-fusca, subtus albido-flava. *Degeer. Ins.* 4. p. 31. 1. tab. 1. fig. 19. 20.
Habitat in Europæ juniperetis.

2. Lampyris oblonga, fusca, clypeo apice hyalino. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 251. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 644. 3. *splendidula.*

Noctiluca terrestris. Column. ecphr. 1. p. 38. tab. 2. fig. 36. fig. 13. A. mas. B. fem.
Habitat in Europæ locis sylvaticis, tempestate pluvia inprimis lucem spargens.
Vix a præcedente satis distincta.

3. Lampyris elytris fuscis, thorace transverso rufo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 253. *italica.*

Lam-

Lampyris italica elytris fuscis, clypeo antice transverso, rufo, medio nigro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 645. 11.

Degeer. Ins. 4. tab. 17. fig. 9. 10.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 6. fig. 3.

Habitat in Italiæ arboribus.

Thorax quandoque immaculatus.

56. PYROCHROA *Geoffr. Degeer. Fabr.* Lampyr. *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, subfiliformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores basi coeuntes, labii apici inserti.

Mandibula brevis, cornea, arcuata.

Maxilla membranacea, integra, pilosa.

Labium porrectum, corneum, lineare, integrum.

Antennæ filiformes, articulis apice interiori porrectis, acuminatis.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Caput exsertum. Thorax rotundatus. Elytra flexilia. Corpus postice incrassatum.

coccinea. 1. Pyrochroa nigra, thorace elytrisque sanguineis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 254.

Pyrochroa. Geoffr. Ins. 1. p. 338. 1. tab. 6. fig. 4.

Lampyris coccinea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 646. 18.

Habitat in Europæ sepibus.

pectinicornis. 2. Pyrochroa atra, thorace elytrisque testaceis, antennis pectinatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 162. *Specim. Ins. Cal.* fig. 12.

Cantharis pectinicornis thorace orbiculato, elytris rufo-testaceis, antennis pectinatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 650. 20.

Apud nos communis.

Ma-

Major Pyrochroa coccinea. Antennæ nigræ valde pectinatæ, aut potius flabellatæ. Caput atrum. Thorax testaceus macula media atra. Elytra glabra, testacea, immaculata. Corpus atrum. Fabr.

3. Pyrochroa nigra thoracis lateribus elytrisque sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 254. *sanguinea.*

Lampyris sanguinea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 646. 17.

Lampyris sanguinea nigra, thorace rubro maculis quinque nigris, elytris rubris venis reticulatis. *Degeer. Ins.* 4. p. 452. tab. 2. fig. 1.

Habitat in Europæ lapidosis.

57. LYCUS *Fabr.*

Os rostro cylindrico incurvo.

Palpi quatuor articulo ultimo crassiori truncato.

Antennæ filiformes.

Omnes species exoticæ sunt.

58. HORIA *Fabr.*

Palpi quatuor extrorsum crassiores,

Maxilla bifida.

Labium lineare apice rotundatum.

Antennæ moniliformes.

59. LYMEXYLON *Fabr.*
Cantharid. *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales.

anteriores longiores porrecti, articulo penultimo magno, appendiculo ovato, fisso: ultimo arcuato, acuto:

posteriores labii medio laterali adnati.

Mandibula brevis, cornea.

Maxilla brevissima, membranacea, crassa, bifida.

Labium

Labium porrectum, membranaceum, lineare; apice rotundatum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis ignota.
Victus larvæ et imaginis e ligno recenti.
Species nobis ignotæ.

60. CUCUJUS *Fabr.*

Palpi quatuor breves, æquales, articulo ultimo truncato, crassiori:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi anteriori adhærentes.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla brevis, membranacea, bifida.
Labium breve, membranaceum, bifidum, laciniis linearibus distantibus.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis et victus ignorantur.

flavipes. 1. Cucujus thorace denticulato nigro, pedibus flavescentibus, antennis filiformibus longitudine corporis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 166.
Cerambyx planatus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 625. 15.
In Norvagia habitat. Misit cl. Thunberg.

61. CANTHARIS *Linn. Fabr.*

Cicindelæ *Sp. Geoffr.*
Necydalis *Sp. Geoffr.*
Telephorus *Schæffer. Degeer.*

Palpi quatuor inæquales securiformes:
anteriores longiores maxillæ:
posteriores labii apici adnati.
Mandibula porrecta, exserta, cornea, arcuata;
Maxilla brevis, cylindrica, bifida.

Labium

Labium breve, membranaceum, integrum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e rapina aliorum Insectorum.
Caput exsertum. Clypeus thoracis planus, elytris æqualis. Elytra linearia, flexilia.

1. Cantharis thorace marginato rubro: macula nigra, elytris fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 257. *Linn. Syst. Nat.* 2. pag. 647. 2. *fusca*.
Cicindela elytris nigricantibus, thorace rubro nigra macula. *Geoffr. Ins.* 1. p. 170. 1. tab. 2. fig. 8.
Deeger. Ins. 4. tab. 2. fig. 12.
Frequens in Europæ sepibus.
Animal rapacissimum in propriam speciem sævit.

2. Cantharis thorace marginato, tota testacea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 258. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 647. 3. *livida*.
Cicindela thorace rubro immaculato, genubus posticis nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 171. 2.
Telephorus flavus thorace flavo-rufo, elytris testaceis, femorum posteriorum apice nigro. *Degeer. Ins.* 4. p. 70. 2.
Habitat in Europa. *Nimis præcedenti affinis.*

3. Cantharis thorace marginato, marginibus rubris, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 258. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 648. 5. *Spec. Ins. Calabr.* 97. *obscura*.
Habitat in Europa.
Variat thoracis margine rubro, et pallide-fusco: pedibus rubris et nigris.

4. Cantharis thorace rotundato lutea, abdomine, pedibus, elytrorumque apicibus atris. *Fabr. Sp.* *nigripes*. tab. 2. fig. 14.

Sp. Ins. 1. p. 260. *Spec. Ins. Calabr.* 96.

Habitat in Europa.

Caput et thorax lutea. Antennæ fuscæ, et punctum fuscum inter antennas. Elytra pallide testacea, apice nigra. Abdomen et pedes atra. Ceterum similis sequenti.

melanura. 5. Cantharis thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 260. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 651. 27.

Cicindela rubra, elytris testaceis apice nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 173. 5.

Habitat in Europæ hortis.

minima. 6. Cantharis thorace marginato rufo: macula nigra, corpore fusco, elytris apice flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 260. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 649. 12.

Necydalis elytris puncto flavo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 372. 1. tab. 7. fig. 2.

Habitat in Europæ hortis.

testacea. 7. Cantharis thorace marginato flavo: macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 261. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 649. 15.

Telephorus niger, thorace rufescente macula nigra, elytris testaceis, tibiis flavis. *Degeer. Ins.* 4. p. 71. 4.

In Europæ hortis occurrit.

biguttata. 8. Cantharis thorace marginato medio atro, elytris abbreviatis nigris apice flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 261. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 648. 11.

Cicindela fusca, elytris apice flavis, thorace fusco. *Geoffr. Ins.* 1. p. 176. 11.

Telephorus niger, femoribus flavis, elytris apice luteis.

luteis. *Degeer. Ins.* 4. p. 77. 10.
Habitat in Europæ nemoribus, hortis.

62. MALACHIUS *Fabr.*
Cantharid. *Sp. Linn.*
Cicindelæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes: articulo ultimo setaceo:
anteriores paullo longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio insetti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla cylindrica, membranacea, unidentata.
Labium porrectum, membranaceum, apice rotundatum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e rapina Insectorum.
Ad basin abdominis et thoracis utrinque tentacula duo exserta, basi connata observantur in hujus Generis speciebus. Elytra attenuato-angustata.

1. Malachius corpore viridi-æneo, elytris extrorsum sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 261. *æneus.*
Cantharis ænea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 648. 7.
Telephorus æneus viridi-æneus, elytris extrorsum rubris. capite antice flavo. *Degeer. Ins.* 4. p. 73. 6. tab. 2. fig. 16 17.
Habitat in Europæ plantis.
Varietas minor elytris totis sanguineis serior proveniens notatur a Fabricio.

2. Malachius æneo-viridis, elytris apice rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 262. *bipustulatus*
Cantharis 2-pustulata thorace marginato, corpore æneo- tab. 2. fig. 15.

æneo-viridi, elytris apice rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 648. 8.

In Europa frequens.

Victitat rapina minimorum insectorum.

sanguinolentus. 3. Malachius nigro æneus, thoracis margine elytrisque sanguineis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 169.

Habitat Kiliæ. D. Daldorff.

Statura præcedentium, at dimidio minor. Caput et thorax nigro-ænea. Thoracis margo sanguineus. Elytra sanguinea, immaculata. Abdomen et pedes nigra. Fabr.

pedicularius. 4. Malachius ater, elytris apice rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 262.

Cantharis pedicularia thorace marginato; corpore atro, elytris apice rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 648. 9.

Habitat in Europæ hortis.

Pediculo paullo major.

pulicarius. 5. Malachius niger thoracis margine elytrorumque apicibus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 262.

Habitat in Kiliæ nemoribus. Dom. Lund.

fasciatus. 6. Malachius elytris nigris, fasciis duabus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 262.

Cantharis fasciata thorace subrotundo virescente, elytris nigris, fasciis duabus rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 648. 10.

Habitat in Europæ muscis.

63. NECYDALIS *Linn. Degeer. Fabr.*
Cantharid. *Sp. Linn.*
Cicindelæ *Sp. Geoffr.*
Lepturæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor filiformes:

anterio-

anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla porrecta, membranacea, unidentata.

Labium porrectum, membranaceum, apice late emarginatum.

Antennæ filiformes.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Elytra angustiora vel breviora abdomine. Alæ nudæ. Cauda simplex.

1. Necydalis thorace teretiusculo, corpore viridi. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 263. *viridissima.*

Cantharis viridissima. Linn. Syst. Nat. 2. p. 650. 23.

Cantharis viridis viridi-ænea nitida, antennis nigris, thorace tereti elongato. *Degeer. Ins.* 5. p. 15. 3. tab. 1. fig. 13.

In Europæ hortis frequens.

2. Necydalis thorace teretiusculo, corpore cæruleo subopaco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 263. *cærulescens.*

Cantharis cærulea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 650. 22.

Telephorus cæruleus villosus, violaceo cæruleus, antennis pedibusque nigris. *Degeer. Ins.* 4. p. 76. 8.

Habitat in Europa.

3. Necydalis thorace teretiusculo abdomineque rufis, capite elytrisque viridi-æneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 263. *ruficollis.*

Habitat in Italia.

Statura et magnitudo Nec. cærulescentis. Caput viride, nitidum, antennis nigris. Thorax teretiusculus, rufus, nitidus, immaculatus. Elytra viridia. Abdomen rufum. Pedes nigri.

4. Necydalis elytris subulatis nigra, femoribus omni- *atra.*

omnibus clavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 263. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 642. 5.

Habitat in Europa australi. *Sexus alter femoribus simplicibus. Corpus totum nigrum, opacum, immaculatum.*

rufa. 5. Necydalis elytris subulatis nigra, femoribus omnibus clavatis, elytris antennisque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 263. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 642. 6.

Leptura nigra, elytris pedibusque rubescentibus lividis, coleoptris attenuatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 220. 22.

Habitat in Europa.

Scutellum album. Elytra basi puncto nigro.

cærulea. tab. 2. fig. 16. 9. Necydalis elytris subulatis cærulea, femoribus posticis clavatis arcuatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 264. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 642. 4.

Cantharis viridi-cærulea, elytris attenuatis, femoribus posticis globosis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 342. 3.

Apud nos vulgatissima.

Variat pedibus simplicibus.

glaucescens. 7. Necydalis elytris subulatis glaucis, corpore nigro, abdominis incisuris albis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 171.

Necydalis glaucescens elytris subulatis glauco-flavescentibus, femoribus clavatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 642. 7.

Habitat in Europa australiori.

podagraria. 8. Necydalis elytris subulatis testaceis, corpore nigro, femoribus posticis clavatis basi testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 264. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 642. 9.

Cantharis nigra, elytris attenuatis fulvis, femoribus

ribus posticis globosis. *Geoffr. Ins* 1. p. 343. 4.

β. *Necydalis flavescens* nigra, elytris testaceis subulatis, femoribus posticis clavatis. *Degeer. Ins.* 5. p. 155. 4. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 642. 8.

Habitat in Ægopodio podagraria.

Var. β. *vix distincta species est.*

9. Necydalis elytris subulatis testaceis, pedibus simplicibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 264. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 643. 10. *simplex.*

Cantharis phthysica. Scop. ent. carn. 144.

Habitat in Europa.

Præcedenti simillima, ut ejus varietas videatur.

64. ELATER *Linn. Geoffr. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, securiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio adnati.

Mandibula cornea arcuata, apice fissa.

Maxilla membranacea, unidentata, apice obtusa, setosa.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum.

Antennæ filiformes, articulis sæpius serratis.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Oculi rotundi. Pectoris mucro e poro abdominis resiliens.

1. Elater thorace elytrisque ferrugineis, corpore thoracisque margine postico nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 266. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 654. 20. *ferrugineus.*

Elater thorace elytrisque rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 130. 1. tab. 2. fig. 4.

Habitat in Europa.

2. Elater thorace atro nitido, elytris striatis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 267. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 653. 17. *Geoffr. Ins.* 1. p. 136. 13. *aterrimus.*

Habitat in Europa boreali.

murinus. tab. 2. fig. 17. 3. Elater thorace obscure cinereo, elytris cinereo-nebulosis, plantis rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 267. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 28.

Elater rufipes nigro-fuscus, maculis nebuloso villosis, viridi griseis, plantis rufis. *Degeer. Ins.* 4. p. 150. 10.

Habitat in Europa.

tessellatus. 4. Elater elytris æneis, maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 267. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 29.

Elater rufo-unguiculatus fusco æneus nitidus maculis villosis viridi-griseis, antennis nigris, unguibus rubris. *Degeer. Ins.* 4. p. 148. 7.

Habitat in Europæ hortis.

Scutellum pallidum.

fasciatus. 5. Elater thorace nigro pallidoque vario, elytris nigricantibus, fascia alba undulata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 267. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 27.

Habitat in Europæ hortis.

æneus. 6. Elater thorace elytrisque æneis, antennis simplicibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 267. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 31.

Elater æneus rufipes viridi-æneus, seu violaceus nitidus, pedibus fulvis. *Degeer. Ins.* 4. p. 149. 8.

8. *Elater germanus* thorace elytrisque atro cæruleis, corpore toto pedibusque nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 30.

Elater latus. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 6. fig. 8.

Habitat in Europæ nemoribus.

pectinicornis. 7. Elater thorace elytrisque æneis, antennis maris pectinatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 268. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 32.

Ela-

Elater aneo-pectinicornis viridi-æneus obscurus nitidus, antennis pectinatis. *Degeer. Ins.* 4. p. 145. 2. tab. 5. fig. 3.

Habitat in Europæ nemoribus.

8. Elater thorace nigro, lateribus ferrugineis, coleoptris flavis, cruce margineque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 268. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 653. 12. *cruciatus.*

Elater pedibus rufis, thorace nigro lateribus rubro, elytris fulvis, cruce maculisque binis nigris. *Degeer. Ins.* 4. p. 149. 9.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 6. fig. 10.

Habitat in Europæ graminosis.

9. Elater thorace testaceo pubescente, elytris flavis apice nigris, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 269. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 654. 18. *castaneus.*

Elater thorace villoso, elytris testaceis apice nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 132. 4.

Habitat in Europæ campis.

10. Elater thorace rufo medio fusco, elytris linearibus testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 269. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 653. 13. *linearis.*

Elater variabilis thorace rufo, capite corpoque nigris, elytris mari flavis, feminæ fuscis flavo marginatis. *Degeer. Ins.* 4. p. 154. 17.

Habitat in Europa boreali.

11. Elater cinereo-fuscus immaculatus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 270. *filiformis.*

Habitat in Italia.

Corpus filiforme, parvum.

12. Elater thorace atro nitido; elytris basi margineque exteriori lividis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 270. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 655. 26. *tristis.*

Habitat in ligno putrescente.

ruficollis. 13. Elater niger, thorace postice rubro nitido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 270. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 653. 14.

Habitat in Europæ graminosis.

brunneus. 14. Elater thorace rufo medio nigro, elytris corporeque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* p. 271. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 653. 10.

Habitat in Europæ hortis.

hæmatodes. 15. Elater niger, thorace pubescente fulvo, elytris sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 271. *Spec. Ins. Calabr.* fig. 11.

Elater sanguineus. Sulzers Hist. Ins. tab. 6. fig. 9.

In ulteriori Calabria inventus.

sanguineus. 16. Elater ater, elytris sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 271. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 654. 21.

Habitat in Europæ graminosis.

Elytrorum summus apex niger.

Variat rarius macula elytrorum magna communi. atra.

balteatus. 17. Elater thorace rufo, elytris antice dimidiato-rufis, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 271. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 654. 22.

Habitat in Europæ arvis.

minutus. 18. Elater thorace atro nitido, elytris nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 272. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 656. 34.

Habitat in Europæ plantis.

Parvus, niger, nitidus, immaculatus.

pulchellus. 19. Elater capite thoraceque atris, elytris nigris, maculis flavicantibus, pedibus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 272. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 656. 35.

Ha-

Habitat in Europa boreali.

20. Elater ater elytris testaceis apice nigris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 174. *clongatulus.*

Habitat in Austria. D. Saldoner.

Statura et summa affinitas El. balteati. Caput, thorax, scutellum atra, nitida, immaculata. Elytra punctato-striata, testacea, apice nigra. Corpus nigrum, pedibus apice testaceis. Fabr.

21. Elater ater, atro-farinosus, punctis minutissimis albis interjectis, antennis serratis. *Schrank. Enum.* p. 184. 343. *carbonarius.*

Habitat Viennæ.

Corpus atrum opacum. Elytra punctato-striata, tecta squamulis aterrimis intermixtis pilis albis.

65. BUPRESTIS *Linn. Degeer. Fabr.* Cucujus *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes, articulo ultimo obtuso truncato:

anteriores longiores maxillæ dorso:

posteriores labii apici laterali inserti.

Mandibula brevis, cornea, arcuata.

Maxilla brevis, membranacea, unidentata.

Labium cylindricum, membranaceum, apice acuminatum.

Antennæ breves, filiformes, serratæ.

Metamorphosis, et victus ignorantur.

Oculi fere oblongi. Caput thoraci semi-intrusum.

1. Buprestis elytris serratis longitudinaliter rugosis: maculis duabus impressis, thorace sulcato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 276. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 660. 6. *mariana.*

Buprestis nitida supra fusco-ænea, subtus rubro-

cuprea, elytris rugosis postice dehiscentibus. *Degeer. Ins.* 4. p. 128. 1. tab. 4. fig. 18.

Habitat in Europa.

chrysostigma. 2. Buprestis elytris serratis longitudinaliter sulcatis, maculis duabus aureis impressis, thorace punctato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 277. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 660. 7.

Buprestis fusca, elytris singulis maculis tribus rubro aureis impressis, abdomine subtus viridi-aureo, margine purpureo nitido. *Degeer. Ins.* 4. p. 129. 3.

Habitat in Europa.

rustica. 3. Buprestis elytris emarginatis striatis obscure æneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 279.

Buprestis rustica elytris striatis fastigiatis, thorace punctato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 660. 8.

Buprestis violacea viridi-ænea seu cærulea, nitida, elytris striatis. *Degeer. Ins.* 4. p. 130. 4. tab. 4. fig. 10.

Habitat in Europæ nemoribus.

9-maculata. tab. 2. fig. 18. 4. Buprestis elytris serratis nigra, fronte puncto unico, thorace quatuor, elytris tribus flavis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 179.

Buprestis 9-maculata elytris integerrimis nigris: maculis tribus flavis longitudinalibus, fronte thoracisque lateribus luteis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 662. 17. *Specim. Ins. Cal.* n. 109. *Sulzers Hist. Ins.* tab. 6. fig. 17.

Apud nos frequens est.

Variat thorace maculis 2. 4. nullis. fronte immaculata: elytris semper maculis tribus

Abdomen immaculatum. Elytra subtilissime serrata. Macula baseos elytrorum lunata.

5. Bu-

5. Buprestis atra, elytris integris truncatis, thorace varioloso dilatato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 280. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 6. fig. 16. *tenebrionis.*

Frequentissima in nostro Regno.

6. Buprestis nigra nitida punctis albicantibus maculata, thorace varioloso dilatato albidiore maculis quinque nitidis nigris notato. *Spec. Ins. Calabr.* 108. fig. 20. *bruttia.*

Habitat in lentisco frequens.

Mirum sane D. Cyrillum confudisse hanc speciem cum precedenti in 1. spec. Entom. Neap. tab. 1. qui neque unquam invenerit veram Buprestim tenebrionis tam vulgarem in hisce Regionibus, neque dignatus sit conferre opera Sulzers, et Fuesly, in quibus optimæ icones occurrunt. In mea collectione plurima servo hujus Individua, et quotidie specierum diversitatem agnosco.

7. Buprestis viridi-ænea, elytris integris apice obscuris: strigis undatis albis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 182. *undata.*

Habitat in Germania.

Major Bupr. Rubi. Caput et thorax ænea, nitida, immaculata. Elytra basi viridi ænea, strigis aliquot fere obsoletis albis, apice nigricantia strigis albis, distinctis, valde undatis. Fabr.

8. Buprestis cylindrica nigra, elytris fasciis cinereis undatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 280. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 661. 14. *Rubi.*

Habitat in Rubo, Cichoreo.

Elytra fasciis cinerascentibus quatuor ex Linn.

9. Buprestis elytris integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impressis, corpore obscuro. *Fabr.* *4-punctata.*

Fabr. Sp. Ins. 1. p. 281. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 662. 22.

manca. 10. Buprestis elytris integris obscuris, thorace aureo, striis duabus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 281.

Buprestis manca aurata, thoracis lineis duabus elytrisque fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1067. 10. *Geoffr. Ins.* 1. tab. 2. fig. 3.

Habitat in Europa.

Parva, oblongiuscula, subtus nitidissime aurea. Frons virescens. Thorax fulgide aureus, lineis duabus nigris. Elytra fusca. Antennæ nigræ, subserratæ. Linn.

aurulenta. 11. Buprestis supra obscure viridis, elytrorum margine aureo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 182.

Habitat Halæ. D. Hybner.

Media. Antennæ nigræ. Caput et thorax viridia, obscura, lævia, immaculata. Elytra obscuriora margine exteriore late aureo. Corpus cupreum. Fabr.

Stephanelli. 12. Buprestis viridi-aurea nitens, thorace lineis duabus fuscis, elytris integris. *Sp. Ins. Cal.* n. 110.

Habitat in ulteriori Calabria.

viridis. 13. Buprestis elytris integerrimis linearibus punctatis, corpore viridi elongato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 281. *Linn Syst. Nat.* 2. p. 663. 25.

Buprestis viridis, nitida, corpore elongato, elytris linearibus scabris integerrimis. *Degeer. Ins.* 4. p. 133. 6. tab. 5. fig. 1.

Habitat in Europæ betula alba, foliorum margines exedens.

Thorax deflexus ex Linn.

atra. 14. Buprestis elytris integerrimis linearibus, corpore

pore elongato atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 282. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 663. 26.

Habitat in Europa.

15. Buprestis elytris integerrimis linearibus, corpore elongato aureo nitido. *Fabr. Mantis.* 1. p. 184. *elata.*

Habitat Halæ Saxonum. D. Hybner.

Statura Bupr. atræ, oblonga, at minor et tota ænea nitida. Fabr.

16. Bupresis elytris integerrimis, viridis nitens, coleoptris aureis basi viridibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 282. *salicis.*

Buprestis elegantula Schrank. Enum. p. 195. 365.

Habitat in Germaniæ salice. E Lucania attulit Raphael de Andrea.

17. Buprestis elytris integerrimis rugosis, corpore cyaneo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 282. *cyanea.*

Habitat Halæ Saxonum. D. Schaller. In Lucania quoque.

66. CICINDELA. *Linn. Degeer. Fabr.* Buprestis *Sp. Geoffr.*

Palpi sex subæquales, filiformes:

anteriores paullo breviores maxillæ dorso adhærentes:

medii anteriorum basi adnati:

posteriores multiarticulati, pilosi, labii medio interiori inserti.

Mandibula elongata, exserta, cornea, arcuata, multidentata.

Maxilla recta, cornea, rigida, ciliata, apice incurva.

Labium breve, corneum, apice tridentatum.

An-

Antennæ elongatæ, setaceæ.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e rapina larvarum.
Oculi prominuli. Thorax inæqualis.

campestris. 1. Cicindela viridis, elytris punctis quinque albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 283. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 657. 1.

Cicindela viridis nitida, elytris singulis punctis sex albis. *Degeer. Ins.* 4. p. 113. 1. tab. 4. fig. 1.

Buprestis inauratus supra viridis, coleoptris punctis duodecim albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 153. 17.

Habitat in Europæ campis arenosis.

Larva mollis, alba, capite pedibusque sex ferrugineis foveam magnitudine corporis in terra excavat, in qua latens Insecta arripit. *Geoffr.* Imago larvas etiam hirsutas venatur. *Raj.*

hybrida. 2. Cicindela sub-purpurascens, elytris fascia lunulisque duabus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 283. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 657. 2.

Cicindela maculata supra viridi-grisea nitida, subtus viridi aurea, elytris singulis fascia lunulisque duabus albis. *Degeer. Ins.* 4. p. 115. 3. tab. 4. fig. 8.

Habitat in Europæ sabulosis.

sylvatica. 3. Cicindela nigra, elytris fascia undata punctisque duobus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 284. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 658. 8.

Cicindela supra nigra, subtus viridis nitida, elytris singulis fascia punctisque tribus albis. *Degeer. Ins.* 4. p. 114. tab. 4. fig. 7.

Buprestis inauratus, supra fusco-viridis, coleoptris fasciis sex undulatis albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 155. 28.

Ha-

Habitat iu Europæ pinetis.

4. Cicindela obscura, elytris punctis quatuor lunulisque tribus albis: intermedia flexuosa. *Fabr. Mantis.* 1. p. 186. *flexuosa.* tab. 2. fig. 19.

Habitat in Hispaniæ, nostrique Regni littoribus.

Ne species multiplicarem ad Cicind. luridam nostrum specimen retuleram, verum accuratiori examine proxime ad hanc pertinere autumo, ut ex descriptionis collatione cum illa Fabricii apparebit.

Corpus obscurum. Maxillæ nigræ. Thorax obscure cupreus basi apiceque impressus. Elytra obscura lunulis tribus maculisque duabus albis. Lunula prima ad basin elytri: altera in medio marginis exterioris, cujus cornu coit cum puncto in medio elytri: tertia ad apicem, et ante eam versus marginem interiorem alterum punctum. Abdomen æneum. Pedes cuprei.

5. Cicindela subænea, elytris albis: linea fusca triramosa. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 285. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 657. 3. *Spec. Ins. Cal.* 114. *capensis.*
Degeer. Ins. 7. tab. 47. fig. 3.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 6. fig. 11.

Habitat in Cap. bonæ spei, et apud nos, sed rara.

Nostra differt colore elytrorum luteolo, et linea triramosa cyanea.

9. Cicindela cuprea, elytris viridibus, puncto, lunulaque apicis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 285. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 657. 4. *germanica.*

Buprestis inauratus, supra fusco-viridis, coleoptris punctis sex albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 155. 29.

Habitat in locis arenosis.

Variat colore viridi, nigro, et cæruleo.

Simil-

Simillima Cic. campestris, sed minor. Tota æneo-viridis. Elytra viridia apice lineola alba, et punctis duobus albis ad marginem exteriorem.

67. ELAPHRUS *Fabr.*

Cicindelæ *Sp. Linn.*
Buprestis *Sp. Geoffr.*

Palpi sex subæquales, filiformes:
anteriores breviores maxillæ dorso adhærentes:
medii longiores anteriorum basi adnati:
posteriores labii basi laterali inserti.

Mandibula brevis, crassa, cornea, unidentata.

Maxilla cornea, arcuata, intus ciliata.

Labium breve, membranaceum, cylindricum, apice acuminatum.

Antennæ subsetaceæ.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e rapina Insectorum.

Differt a Cicindelis structura præsertim antennarum.

riparius. 1. Elaphrus viridi-æneus, elytris punctis latis excavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 287.
Cicindela riparia. Linn. Syst. Nat. 2. p. 658.10.
Buprestis viridi-æneus, elytris punctis latis excavatis mammillosis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 156. 30.
Habitat in Europæ humentibus.
Colore sæpius variat.

flavipes. 2. Elaphrus obscure æneus, elytris subnebulosis, pedibus luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 287.
Cicindela flavipes. Linn. Syst. Nat. 2. p. 658.11.
Cicindela flavipes capite thoraceque viridi-æneis, elytris pallide fuscis, nigro-maculatis, antennis pedibusque flavescentibus. *Degeer. Ins.* 4. p. 119. 6.
Habitat ad litora riparum.
Elytra punctata.

3. Ela-

3. Elaphrus æneus nitidus, capite striato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 288. *aquaticus.*

Cicindela aquatica. Linn. Syst. Nat. 2. p. 658. 14.

Buprestis fusco-æneus, capite profunde striato, elytrorum stria prima remotissima. *Geoffr. Ins.* 1. p. 157. 31.

Ad Europæ aquas frequens.

68. HYDROPHILUS *Geoffr. Degeer. Fabr.*

Dytisci *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii apici inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla brevis, membranacea, bifida.

Labium elongatum, corneum, subemarginatum.

Antennæ breves, clava perfoliata.

Larva hexapoda, natatoriis utrinque septem, cauda biappendiculata.

Pupa quiescens, ovata, pilosa, cauda semilunari.

Victus larvæ et imaginis e rapina piscium, insectorum.

Pedes natatorii, antennæ perfoliatæ; habitus Dytisci.

1. Hydrophilus niger, sterno canaliculato postice spinoso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 288. *piceus.*

Hydrophilus niger, elytris sulcatis, antennis fuscis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 182. 1. tab. 3. fig. 1.

Hydrophilus ruficornis. Degeer. Ins. 4. p. 371. 1. tab. 14. fig. 1. 2.

Dytiscus piceus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 664. 1.

Habitat in Europæ aquis, piscibus infestus.

Nidus

Nidus natans mucrone eminente instructus. Linn.

carabaoides. 2. Hydrophilus niger nitidus, elytris substriatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 289.

Hydrophilus niger, elytrorum punctis per strias digestis, antennis nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 183. 2.

Roesel. Ins. 2. *Aquat.* 1. tab. 4. fig. 1. 2.

Habitat in aquis dulcibus.

scarabaeoides. 3. Hydrophilus niger, elytris striatis, pedibus piceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 289.

Dytiscus scarabaeoides ovalis convexus ater lævissimus, antennis filiformibus triarticulatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 664. 3.

Habitat in Europæ aquis.

Antennæ perfoliatæ, et palpi prominentes filiformes triarticulati, monente cl. Fabricio.

minutus. 4. Hydrophilus ovatus niger, elytris pedibusque griseis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 290.

Habitat in Europæ aquis.

Vespere sonorus.

69. DYTISCUS. *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi sex inæquales, filiformes:

anteriores breviores maxillæ dorso incumbentes:

medii longiores basi anteriorum adnati:

posteriores labii medio inserti.

Mandibula exserta, cornea, arcuata.

Maxilla cornea, ciliata, acutissima.

Labium elongatum, corneum, truncatum, integrum.

Antennæ porrectæ, setaceæ.

Larva

Larva hexapoda, ultimo abdominis articulo conico sæpius bicaudato, maxillis porrectis, arcuatis, inermibus.

Pupa quiescens, mollis, ovata, intra glebam.

Victus larvæ et imaginis e rapina Insectorum, Larvarum, Pisciumque.

Pedes postici ciliati natatorii. Thorax transversus.

1. Dytiscus niger, elytrorum marginibus dilatatis, linea flava. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 290. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 665. 6. *latissimus.*

Dytiscus nigro fuscus, thorace margine flavo, elytrorum marginibus dilatatis, linea transversa flava. *Degeer. Ins.* 4. p. 390. 1.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 6. fig. 19.

Habitat in Europæ aquis.

Mas glaber, femina sulcata.

In propriam speciem sævit.

2. Dytiscus niger, thoracis marginibus omnibus, elytrorumque exteriori flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 291. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 665. 7. *marginalis.*

Dytiscus nigro-fuscus nitidus, thorace undique elytrorumque margine flavo. *Degeer. Ins.* 4. p. 391. 2. tab. 16. fig. 2.
Roesel. Ins. 2. *Aquat.* 1. tab. 1. fig. 9. 11.

β. *Dytiscus semistriatus* fuscus, elytris sulcis dimidiatis decem. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 291. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 665. 8.
Roesel. Ins. 2. *Aquat.* 1. tab. 1. fig. 10.
Degeer. Ins. 4. p. 391. 2. tab. 16. fig. 1.

Habitat in Europæ aquis.

β. *Femina est, ovaque oblonga, magna alba ponit. Agilis, in dorso incubans saltu se restituit.*

In maribus pedum anteriorum plantæ hemisphæricæ,

patelliformes ad arctiorem copulam.

punctulatus. tab. 2. fig. 20. 3. Dytiscus niger, clypeo thoracis elytrorumque margine exteriori albis, elytris striis tribus punctatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 292.

Dytiscus margine coleoptrorum thoracisque flavo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 185. 1.

Roesel. Ins. 2. *Aquat.* 1. tab. 2.

Habitat in rivulis frequens.

Femina sulcis decem dimidiatis elytrorum.

sulcatus. 4. Dytiscus coleoptris sulcis decem longitudinalibus villosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 292. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 666. 13.

Roesel. Ins. 2. *Aquat.* 1. tab. 3. fig. 7.

Habitat in Europæ aquis.

Mas elytris glabris.

cinereus. 5. Dytiscus cinereus, elytrorum margine thoracisque medietate flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 293. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 666. 11.

Roesel. Ins. 2. *Aquat.* 1. tab. 3. fig. 6.

Habitat in Europæ aquis frequentissimus.

erythrocephalus. 6. Dytiscus ovato-oblongus niger, capite pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 295. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 660. 14.

Habitat in Europæ aquis.

palustris. 7. Dytiscus lævis, elytris lituris duabus lateralibus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 296. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 667. 19.

Habitat in Europæ aquis stagnantibus.

Thorax ferrugineus.

minutus. 8. Dytiscus flavescens, elytris fuscis, margine flavo-maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 297.

Dytiscus minutus elytris fuscis, basi lateribusque pallidis, thorace flavo immaculato, corpore ovato

ovato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 667. 23.
Dytiscus ruficollis. Degeer. Ins. 4. tab. 16, fig. 9.
Habitat in Europæ aquosis,

70. GYRINUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor, æquales, filiformes:
anteriores maxillæ basi;
posteriores labii medio interiori adhærentes.
Mandibula cornea, crassa, arcuata, apice bidentata,
Maxilla porrecta, cornea, arcuata, medio unidentata, apice acutissima.
Labium porrectum, corneum, emarginatum.
Antennæ brevissimæ, cylindricæ, filiformes, rigidæ.
Larva hexapoda, filiformis: natatoriis utrinque novem, cauda quadrifida.
Pupa ignota.
Victus larvæ et imaginis e rapina Insectorum.
Pedes natatorii. Oculi quatuor.

1. Gyrinus, substriatus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 297. *natator.*
Linn. Syst. Nat. 2. p. 567. 1.
Geoffr. Ins. 1. tab. 3. fig. 3.
In Europæ lacubus frequens.
Nitidissimus, fœtens, velocissime supra aquas per orbes cursitat; dum vero urinatur, bullam aeream hydrargyri coloris secum trahit.

2. Gyrinus niger nitidus, thoracis elytrorumque margine flavo, elytris spinosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 298. *spinosus.*
Girinus capensis elytris viridi æneis margine pallido. *Thunb. nov. Sp.* 1. 27. at elytra haud spinosa, ut in nostris.
Habitat in Coromandel, Cap. bonæ spei, et apud nos.

Corpus subtus ferrugineum.

71. CARABUS *Linn. Degeer. Fabr.*
Buprestis *Sp. Geoffr.*

Palpi sex, inæquales, articulo ultimo obtuso, truncato:
anteriores breviores maxillæ dorso adhærentes:
medii longiores basi anteriorum adnati:
posteriores basi connati sub labii apice inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla cornea, cylindrica, intus ciliata, apice arcuata.
Labium porrectum, membranaceum, truncatum, integrum.
Antennæ filiformes.
Larva hexapoda, depressa, coriacea, maxillis exsertis, arcuatis.
Pupa ignota.
Victus larvæ e quisquiliis, ligno putrescente: imaginis e rapina reliquorum insectorum imprimis larvarum.
In Carabis majoribus palatum elongatum tridentatum, labium tegens conspicitur.
Thorax obcordatus, postice truncatus, marginatus. Appendix ad basin femorum posteriorum.
Distinguuntur hujus species in majores, & minores.

* Majores
Sive ultra septem lineas longi.

coriaceus. 1. Carabus apterus ater opacus, elytris connatis punctis intricatis subrugosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 298. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 668. 1.
Buprestis ater, elytris rugosis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 141. 1.

Ha-

Habitat in Sylvis.

2. Carabus alatus niger, thorace elytrorumque marginibus violaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 299. *violaceus.*

Carabus violaceus alatus, elytris læviusculis nigris, margine aureo, thorace subviolaceo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 669. 8.

Carabus apterus æneo-niger nitidus, thorace subviolaceo, elytris punctis minutissimis excavatis triplici ordine. *Degeer. Ins.* 4. p. 89. 3.

Habitat in Europæ sylvis.

3. Carabus apterus ater, thoracis elytrorumque margine violaceo, elytris striatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 195. *purpurascens.*

Magnus est, et a Car. violaceo omnino distinctus. Elytra haud connata, sed absque alis, striata, nigra, margine purpureo. Fabr.

4. Carabus apterus niger, elytris lævibus, punctis æneis excavatis triplici serie. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 300. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 668. 3. *hortensis.*

Carabus striatus apterus niger, elytris striatis, margine violaceis, punctis aureis excavatis triplici serie. *Degeer. Ins.* 4. p. 90. 5. tab. 3. fig. 1.

Habitat in Europæ hortis et sylvis.

5. Carabus apterus convexus ater lævis, thorace postice emarginato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 301. *convexus.*

Habitat in Germaniæ sylvis.

6. Carabus apterus, elytris auratis sulcatis, antennis pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 301. *auratus.*

Carabus sulcatus apterus, viridi-æneus nitidus, antennis pedibusque rufis, abdomine nigro, elytris sulcatis. *Degeer. Ins.* 4. p. 104. 1. tab. 17. fig. 20.

Buprestis viridis, elyttis obtuse sulcatis non punctatis,

ctatis, pedibus antennisque ferrugineis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 142. 2. tab. 2. fig. 5.

Habitat in Europæ locis suffocatis, sylvis.

granulatus. 7. Carabus apterus nigricans, elytris æneis striatis interjectis punctis elevatis longitudinalibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 301.

Carabus granulatus apterus, elytris longitudinaliter convexe punctatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 668. 2.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 7. fig. 2.

Habitat in Europæ arvis.

clatratus. 8. Carabus apterus nigricans, elytris æneis striatis, interjectis punctis excavatis cupreis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 302. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 669. 5.

Habitat in Europa.

Differt manifeste a Car. granulato elytris striatis, et inter strias puncta elevata longitudinalia, et inter hæc puncta magna excavata, cuprea. Fabr.

nitens. 9. Carabus apterus, elytris porcatis scabris viridibus, margine aureo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 302.

Carabus aureus apterus, capite thoraceque aureis, corpore subtus nigro, elytris viridi-æneis, margine aureo, sulcis elevatis nigris. *Degeer. Ins.* 4. p. 92. 6.

Sulzers. Hist Ins. tab. 7. fig. 3.

Habitat in Europæ sylvis.

reticulatus. 10. Carabus alatus niger elytris reticulatis viridi-æneis, thoracis margine virescente. *Fabr. Mantis.* 1. p. 197.

Habitat in Europa.

Thorax margine reflexo, aureo. Elytra subtilissime reticulata, viridia, micantia. Caput, antennæ, pedes nigra.

11.

11. Carabus alatus, violaceo nitens, elytris striatis aureis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 303. *sycophanta.*

Carabus sycophanta aureo-nitens, thorace cæruleo, elytris aureo-viridibus striatis, abdomine subatro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 670. 12. tab. 2. fig. 21.

Buprestis nigro-violaceus, elytris latis æneis, e viridi purpureis, singulo striis sexdecim. *Geoffr. Ins.* 1. p. 144. 5.

Deeger. Ins. 4. tab. 17. fig. 19.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 7. fig. 1.

Habitat in Europa sub lapidibus.

Larva nigra larvis phalænarum victitat.

12. Carabus apterus ater lævissimus, thorace orbiculato convexo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 304. *cephalotes.*

Carabus cephalotes apterus, elytris atris lævibus, thorace exserto oblongo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 669. 9.

β. *Tenebrio gibbus* apterus niger lævis, thorace orbiculato convexo antice truncato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 676. 18.

Degeer. Ins. 5. tab. 13. fig. 8.

Habitat in Europa.

13. Carabus alatus ater, elytris striatis, thorace canaliculato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 304. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 668. 4. *lencophthalmus.*

Buprestis ater, elytro singulo striis octo lævibus antennis pedibusque rufis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 146. 7.

In Europæ quisquiliis frequens.

Magnitudine variat.

** Minores.

Septem lineis breviores.

14. Carabus ater, elytris sulcatis lævibus, antennis pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 305. *ruficornis.*

Buprestis niger, elytro singulo striis octo punctatis, pedibus ferrugineis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 146. 8.
In Europæ sylvis frequens.

crepitans. 15. Carabus thorace, capite pedibusque ferrugineis, elytris nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 307. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 671. 18.
Carabus alatus ferrugineus, thorace angusto, elytris cinereo-nigris. *Degeer. Ins.* 4. p. 103. 22. tab. 3. fig. 18.
Habitat in Europæ nemoribus.
Venatus a majoribus Carabis crepitu ventris eos repellit.

spinibarbis. 16. Carabus thorace orbiculato cyaneus, ore antennis tibiisque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 307.
Habitat in Anglia.

cærulescens. 17. Carabus nigro-cærulescens, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 308.
Carabus cærulescens nigro-cæruleus, antennis basi rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 28.
Habitat in Europæ hortis, viis.

cupreus. 18. Carabus cupreus, antennis basi rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 308. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 29.
Carabus alatus, supra viridi æneus, subtus niger, antennis basi rufis. *Degeer. Ins.* 4. p. 97. 13. tab. 3. fig. 15.
Habitat in Europæ sylvis.

vulgaris. 19. Carabus nigro-æneus, pedibus antennisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 308. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 27.
Buprestis fusco-æneus, elytris striatis, punctis duobus impressis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 158. 33.
Habitat in Europæ sylvis frequens.

latus. 20. Carabus niger, elytris striatis crenatis, antennis

tennis pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 308. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 24.

In Europa frequens.

Punctum utrinque thoracis basi impressum.

21. Carabus ferrugineus, elytris striatis obscurioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 309. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 25. *ferrugineus.*

Carabus alatus, flavo-griseus, nitidus, oculis nigris, elytris striatis. *Degeer. Ins.* 4. p. 101. 19.

Habitat in Europæ arvis.

22. Carabus capite thoraceque viridibus, elytris cupreis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 309. *sexpunctatus.*

Carabus 6-punctatus subæneus, elytris punctis longitudinalibus sex impressis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 35.

Habitat in Europa.

23. Carabus viridis, elytris margine tibiisque testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 310. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 670. 16. *marginatus.*

Buprestis viridis pedibus elytrorumque margine exteriore pallide-testaceis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 162. 41.

Habitat in Europæ arvis.

Variat colore nigro, et viridi.

24. Carabus thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 310. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 671. 21. *cyanocephalus.*

Buprestis capite elytrisque cæruleis, thorace rubro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 149. 16.

Degeer. Ins. 4. tab. 3. fig. 17.

Habitat in Europæ sylvis.

25. Carabus thorace orbiculato rubro, coleoptris truncatis rubris, cruce nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 311. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 673. 39. *crux major.*

Bu-

Buprestis niger, thorace pedibusque rubris, elytris rubris, cruce nigra. *Geoffr. Ins.* 1. p. 150. 18.
Habitat in Europæ sylvis.

crux minor. 26. Carabus thorace orbiculato rufo, coleoptris apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 311.
Carabus crux minor thorace luteo glabro, elytris postice nigris, maculis duabus flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 673. 40.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 7. fig. 6.
Habitat in Europa.

Andreæ. 27. Carabus thorace orbiculato nigro nitido, elytris pallidis, fascia media nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 311.
Habitat in Italia ex Alliono.
Statura præcedentis. Elytra apice parum fusca. Pedes pallidi. Fascia in medio elytrorum ad suturam dilatata. Fabr.

velox. 28. Carabus nigricans, antennis pedibusque pallidis, elytris obtusissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 312. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 31.
Habitat in Europæ arena.

vaporariorum. 29. Carabus thorace, elytris antice margineque, antennis pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 312. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 671. 23.
Carabus nigricans, antennis, thorace, pedibus elytrisque antice ferrugineis. *Müll. Zool. dan. prodr.* 78. 850.
Habitat in Europa frequens.

meridianus. 30. Carabus niger, elytris antice, pedibusque testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 312. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 673. 36.
Habitat in Europa.
Parvus, et a præcedenti diversus.

4 maculatus. 31. Carabus thorace ferrugineo glabro, elytris obtu-

obtusissimis fuscis, maculis duabus albis. *Fabr. Sp. Ins* 1. p. 313. *Linn. Syst. Nat.* 2.p.673.41.

Buprestis niger, thorace plano ferrugineo, elytris lævibus, maculis quatuor lividis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 152. 24.

Habitat in Europæ quisquiliis.

32. Carabus thorace nigro, elytris obscuris pallido bifasciatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.673.38. *ustulatus*.

Habitat in Europæ quisquiliis.

Variat maculis magnis obsoletis rubro pallidis.

33. Carabus capite thoraceque ferrugineis, elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 313. *testaceus*.

Carabus testaceus pallide testaceus, elytris glabris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 673. 37.

Habitat in Europa.

34. Carabus æneus, antennis nigris, tibiis pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 313. *bipunctatus*.

Carabus bipunctatus subæneus, elytris punctis duobus impressis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 672. 33.

Habitat in Europæ quisquiliis.

35. Carabus thorace rotundato supra obscure-æneus, subtus ater. *Fabr. Mantis.* 1. p. 206. *truncatellus*.

Carabus truncatellus niger supra æneus, elytris apice subtruncatis. *Linn. Syst. Nat.* 2.p.673.43.

Habitat in Europæ quisquiliis.

Parvus. Elytra obtusa. Antennæ et pedes atri.

72. SCARITES *Fabr.*

Tenebrionis *Sp. Linn.*

Palpi sex subæquales, filiformes:
anteriores breviores maxillæ dorso adhærentes:
medii longiores basi anteriorum adnati:
posteriores labii medio laterali adnexi.

Man-

Mandibula cornea, arcuata, valida, intus dentata.
Maxilla cornea, arcuata, intus ciliata.
Labium corneum, porrectum, apice tridentatum.
Antennæ moniliformes.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Thorax lunatus, postice rotundatus.

Gigas. Tab. 3. fig. 1. 1. Scarites ater, pedibus anticis palmato-digitatis, mandibulis sulcatis, elytris lævibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 314.
In locis arenosis frequens.
Sc. subterraneo triplo major. Mandibulæ porrectæ, sulcatæ. Caput antice sulcatum. Elytra obsoletius, et rarius striata. Fabr.

arenarius. 2. Scarites piceus, tibiis anticis palmato-digitatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 314. *Spec. Ins. Cal.* fig. 7.
Tenebrio Fossor. Linn. Syst. Nat. 2. p. 675. 7.
Attelabus Fossor niger nitidus, elytris sulcatis, tibiis anticis palmato-spinosis. *Degeer. Ins.* 4. p. 350. 1. tab. 13. fig. 1. 2.
Habitat in Europæ collibus arenosis.

cursor. 3. Scarites testaceus, thorace oblongo, angulis quinque denticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 314.
Tenebrio cursor. Linn. Syst. Nat. 2. p. 675. 8.
Tenebrio fuscus, thorace oblongo tricarinato rugoso, utrinque denticulato, elytris substriatis. *Mull. Zool. dan. prodr.* 74. 798.
Habitat in collibus arenosis.

73. SEPIDIUM *Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi laterali inserti.
Mandibula brevis, cornea, valida, arcuata, apice fissa.

Ma-

Maxilla brevis, membranacea, ciliata, medio unidentata.
Labium breve, corneum, emarginatum.
Antennæ filiformes.
Metamorphosis & victus ignorantur.
Genus Pimeliis affine, ejusque species exoticæ sunt.

74. PIMELIA *Fabr.*
Tenebrionis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales filiformes:
anteriores multo longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi laterali inserti.
Mandibula magna, cornea, gibba, crassa, compressa, denticulata.
Maxilla membranacea, medio unidentata.
Labium porrectum, membranaceum, rotundatum, emarginatum.
Antennæ filiformes apice moniliformes.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Thorax rotundatus, convexus, marginatus. Elytra convexa, bimarginata.

1. Pimelia glabra nigra, elytris immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 316. *unicolor.*
Tenebrio gigas. Sulzers. Hist. Ins. tab. 7. fig. 9.
Tenebrio gibbus. Pall. Icon. Ins. tab. 6. fig. 12.
Habitat in Cap. bonæ spei. Simillima occurrit in ulteriori Calabria.

2. Pimelia nigra, coleoptris obtusis, striis muricatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 316. *muricata.*
Tenebrio muricatus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 676. 12.
Apud nos frequentissima.

3. Pimelia atra, thorace globoso, punctis duobus impressis, elytris rugosis, striis tribus elevatis *bipunctata.*

vatis lævibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 316.
Habitat in Italia ex Alliono. Undique communis.
Statura præcedentis,

spinosa. tab. 3. fig. 2. 4. Pimelia thorace marginato, marginibus antice posticeque spinosis, elytris striis elevatis lævibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 318.
Tenebrio spinosus. Linn Syst. Nat. 2. p. 677. 24.
Habitat in Europa australi, Oriente.
Striæ tres elevatæ.

acuminata. 5. Pimelia thorace marginato: marginibus antice posticeque spinosis, elytris lævibus carinatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 209.
Habitat in Europa australiori.
Statura et summa affinitas præcedentis. Tota atra, et elytra omnino lævia, glabra, linea unica laterali carinata.

collaris. 6. Pimelia nigra, elytris lævibus uniangulatis, thorace angustiore, capite depressiusculo carinato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 319.
Tenebrio collaris. Linn. Syst. Nat. 2. p. 677. 21.
Habitat in Europa australi.
E geniculis oleum flavescens exsudat.

carinata. 7. Pimelia nigra, thorace orbiculato, elytris lineis elevatis tribus lævibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 319.
Tenebrio ægyptiacus apterus, thorace subrotundo antice et pone truncato, elytris obsolete punctatis, striis tribus elevatis lævibus, dorso planiusculo. *Forskal. Descr. anim.* 78. 6.
Habitat in Ægypto, et in Europa.

glabra. 8. Pimelia atra, thorace rotundato, elytris glaberrimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 319.
Tenebrio lævis apterus nitens, thorace suborbiculato marginato, elytris lævibus marginatis.

For-

Forskal. Descr. anim. 78. 7.
In Ægypto et apud nos occurrit.

75. SCAURUS *Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi laterali adnati.
Mandibula brevis, cornea, arcuata.
Maxilla recta, membranacea, obconica, medio unidentata.
Labium corneum, truncatum integrum.
Antennæ moniliformes.
Metamorphosis, et victus adhuc ignorantur.
Unica species ægyptiaca nota.

76. MANTICORA *Fabr.*

Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi interiori adnati.
Mandibula exserta, porrecta, apice curvata, intus dentata.
Maxilla cornea, arcuata, acutissima, intus ciliata.
Labium corneum, trifidum.
Antennæ filiformes.
Genus Pimeliis affine, ejusque unica species nota.

77. BLAPS *Fabr.*
Tenebrionis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, clavati, clava truncata, obtusa:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi laterali adnati.
Mandibula cornea, arcuata.

Ma-

Maxilla recta, porrecta, bifida.
Labium breve, membranaceum, apice fissum.
Antennæ filiformes, apice moniliformes.
Metamorphosis et victus ignorantur.

Gages. 1. Blaps nigra, thorace rotundato, elytris mucronatis lævissimis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 210.
Apud nos frequens.
Simillima Bl. mortisagæ, sed duplo major.

mortisaga. 2. Blaps atra, coleoptris mucronatis subpunctatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 210.
tab. 3. fig. 3. *Tenebrio mortisagus. Linn. Syst. Nat.* 2. p. 676. 15.
Habitat in locis umbrosis suffocatis.

78. TENEBRIO *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Platycer. *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores longiores subclavati maxillæ dorso:
posteriores filiformes labii medio laterali inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla recta, membranacea, bifida.
Labium porrectum, corneum, truncatum, integrum.
Antennæ moniliformes.
Larva hexapoda, annulata, mollis, cauda stylis duobus brevibus, incurvis.
Pupa quiescens, ovata, pilosa, cauda stylis duobus brevibus, filiformibus.
Victus larvæ et imaginis e quisquiliis, farina, aliisque.
Thorax fere quadratus, marginatus, elytris subæqualis. Corpus oblongum.

1. Te-

1. Tenebrio oblongus, piceus, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 322. *molitor*. tab. 3. fig. 4.

Tenebrio molitor alatus niger totus, femoribus anticis crassioribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 674. 2.

Tenebrio atra, oblonga, elytris striis novem lævibus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 349. 6.

Degeer. Ins. 5. tab. 2. fig. 4.

Habitat in farina pistorum, et in pane sicco.

Larva alba mollis lusciniarum gratissimus cibus.

2. Tenebrio niger, thorace ovali marginato, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 324. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 677. 25. *carabo-ides*.

Carabus coadunatus apterus niger totus, corpore ovato brevi, elytris coadunatis scabriusculis. *Degeer. Ins.* 4. p. 92. 7. tab. 3. fig. 13.

Platycerus fuscus, elytris striatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 64. 5.

Habitat in Europæ quisquiliis.

Tibiæ anticæ ante apicem intus dente longiori acuto.

79. HELOPS *Fabr.*

Tenebrionis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales:

anteriores longiores securiformes maxillæ dorso:

posteriores clavati labii medio laterali inserti.

Mandibula cornea, arcuata, unidentata.

Maxilla membranacea, unidentata.

Labium corneum, breve, integrum.

Antennæ submoniliformes.

Metamorphosis, et victus ignorantur.

1. Helops cærulescens, thorace suborbiculato, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 324. *cærulens* tab. 3. fig. 5.

Tenebrio cæruleus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 677. 19.
Apud nos frequens est.

lanipes. 2. Helops æneus, elytris striatis acuminatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 324.
Tenebrio lanipes alatus æneus, elytris subbifido-mucronatis, plantis subtus hirsutis. *Linn. Mantis.* 1. p. 533.
Tenebrio nigro-cuprea, elytro singulo striis octo, coleoptris pone acuminatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 349. 5.
Habitat in Germaniæ quisquiliis.

ater. 3. Helops ater, elytris striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 326.
Habitat in Europa.
Elytra striata, striis lævibus.

Pimelia. 4. Helops thorace antice rotundato niger, elytris punctato-striatis, antennis apice rufis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 214.
Pimelia morio. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 318. *Specim. Ins. Cal.* fig. 15.
Habitat in Anglia, et apud nos.

quisquilius. 5. Helops niger, antennis pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 326.
Tenebrio quisquilius alatus niger, ore pedibusque ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 676. 13.
Habitat in Europæ quisquiliis.
Subtus totus ferrugineus.

80. ERODIUS *Fabr.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi laterali adhærentes.
Mandibula cornea, arcuata.

Maxil-

Maxilla cornea, recta, bifida, truncata.
Labium corneum, emarginatum.
Antennæ moniliformes.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Species omnes exoticæ.

81. MELOE *Linn. Geoffr. Fabr.*

Palpi quatuor, inæquales, filiformes, extrorsum sub crassiores.
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti:
Mandibula exserta, cornea, arcuata.
Maxilla recta, membranacea, bifida.
Labium porrectum, corneum, apice rotundatum, emarginatum.
Antennæ moniliformes: articulo ultimo setaceo.
Larva hexapoda, filiformis, lateribus subpilosis.
Pupa quiescens, mollis.
Victus larvæ et imaginis e foliis plantarum.
Antennarum articulus intermedius interdum dimidiatus. An var. sexus?

1. Meloe corpore violaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 327. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 679. 1. *Geoffr. Ins.* 1. p. 377. 1. tab. 7. fig. 4. *proscarabæus*. tab. 3. fig. 6.

Cantharis proscarabæus aptera, violaceo-nigra. *Degeer. Ins.* 5. p. 3. 1. tab. 1. fig. 1.

Habitat in Europæ campis apricis, arenosis.

Intermedius antennarum articulus in mare dimidiatus.

Tacta oleum limpidissimum flavicans e poris, et præsertim e geniculis pedum exsudat, summe diureticum, quod melle, vel oleo mixtum in rabie canina laudatur. Fabr.

Ova suaveolentia. Lister.

majalis. 2. Meloe segmentis dorsalibus abdominis rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 327. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 679. 2.

Habitat in Europa australi.

Affinis præcedenti, adeout ejus varietatem faciat Frisch.

marginata. 3. Meloe nigra, thoracis elytrorumque margine ferrugineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 328.

Habitat in Italia ex Alliono.

Dimidio minor Mel. proscarabæo. Caput nigrum, antennis moniliformibus. Thorax niger margine ferrugineo. Elytra abbreviata, lævia, concava, nigra, margine exteriori ferrugineo. Abdomen et pedes nigra, obscure nitida, immaculata. Alæ nullæ. Fabr.

82. LYTTA *Fabr.*

Meloes *Sp. Linn.*

Cantharid. *Sp. Geoffr. Degeer.*

Palpi quatuor inæquales:

anteriores longiores maxillæ dorso:

posteriores clavati labii medio inserti.

Mandibula crassa, cornea.

Maxilla porrecta, membranacea, bifida.

Labium elongatum, membranaceum, truncatum, integrum.

Antennæ filiformes.

Matamorphosis et victus ignorantur.

vesicatoria. 1. Lytta viridis, antennis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 328.

Moloe vesicatorius alatus viridissimus, nitens, antennis nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 679. 3.

Can-

Cantharis vesicatoria. Degeer. Ins. 4. tab. 1. fig. 9.
Habitat in ligustro, fraxino, sambuco.
Officinalis cantharis pro vesicatorio.

2. Lytta viridi-ænea: elytris testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 328. *nitidula.*
Habitat in Anglia; nuper nobis misit e Japygia Raphael de Andrea.
Praecedenti minor. Tota obscure-ænea. Elytra in nostra sanguinea.

3. Lytta viridi-cærulea, thorace ferrugineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 329. *syriaca.*
Meloe syriacus alatus viridi-cæruleus, thorace luteo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 680. 4.
Habitat in Oriente, et in Europa australi frequens.
Antennæ nigræ. Thorax antice attenuatus. Tibiæ pallide testaceæ. Corpus nigro-cæruleum. Elytra viridia.

4. Lytta atra, capite testaceo, thorace elytrisque cinereo-lineatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 329. *Scop. ann. hist. natur.* 5. 103. 81. *erythrocephala* tab. 3. fig. 7.
Habitat in Europa australiori. Apud nos frequens.
Caput testaceum, linea media nigra. Thorax canaliculatus linea dorsali lateribusque cinereis. Elytra margine sutura lineaque media cinereis. Fabr.

83. MYLABRIS *Fabr.*
Meloes *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.
Mandibula crassa, brevis, cornea.
Maxilla recta, porrecta, cornea, compressa, apice bifida.

Labium porrectum, membranaceum, emarginatum.

Antennæ moniliformes, extrorsum crassiores.

Metamorphosis et victus ignorantur.

cichorei. 1. Mylabris nigra, elytris flavis, fasciis tribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 330.

tab. 3. fig. 8. *Meloe cichorei* alatus niger, thorace hirsuto, elytris fasciis tribus flavis, antennis clavatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 680.

Cantharis cichorei. Degeer. Ins. 5. p. 17. 2. tab. 13. fig. 2.

Cantharis fasciata. Imperat. nat. hist. 787.

Apud nos vulgatissima.

algirica. 2. Mylabris atra, elytris testaceis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 330.

Meloe algiricus alatus niger, elytris testaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 681. 11.

Undique communis.

10-*punctata.* 3. Mylabris atra, elytris testaceis: punctis quinque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 331.

Meloe quadripunctata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 680. 6.

Apud nos frequens.

Antennæ moniliformes, articulo ultimo crassiori clavato, nigræ. Corpus nigrum. Elytra testacea punctis quinque nigris 2. 2. 1.

melanura. 4. Mylabris nigra, elytris flavis, maculis quatuor, apiceque nigris, antennis clavatis. *Spec. Ins. Cal.* n. 136. fig. 13.

Habitat in ulteriori Calabria.

sexmaculata. 5. Mylabris nigra, elytris rufis maculis tribus apiceque fascia sinuata nigris. Nobis.

In viciniis Fundorum collegit disertissimus Notarjannus.

Corpus nigrum, rara hirsutie adspersum. Antennæ

na apice incrassata moniliformes. Elytra rufa et fere sanguinea, macula nigra ad externum marginem baseos, altera ad suturam communis, quæ coit cum linea nigra a sede scutelli descendente: in medio tertia macula communis: apex terminatur fascia ampla sinuata. Magnitudo Myl. Cichorei.

6. Mylabris nigra, coleoptris flavis, fascia punctoque communi fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1.p.331. *trimaculata.*

Habitat in Oriente, et in nostro Regno.

Statura præcedentium: et magnitudo eadem in nostris. Elytra flava, macula communi in medio, et fascia postica ante apicem fuscis.

7. Mylabris atra hirta, elytris flavis punctis sex nigris. Nobis. *12-punctata.*

E Lucania attulit Raphael de Andrea.

Forte eadem cum 12-punctata Cyrilli, quam delineat in Spec. Entom. Neap. tab. 5. fig. 8. ?

Nostra triplo minor myl. cichorei. Antennæ versus apicem crassiores. Corpus atrum, hirtum. Elytra flava, non vero testacea: punctis in singulis sex per paria distributis.

84. CEROCOMA *Geoffr. Fabr.*

Meloes *Sp. Linn.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali adhærentes.

Mandibula cornea, porrecta, arcuata.

Maxilla cylindrica, linearis, membranacea, integra.

Labium membranaceum, elongatum, bifidum.

Antennæ moniliformes, irregulares, articulo ultimo majori, clavato.

In altero sexu articuli antennarum 3-6 dilatati, foliacei, perfoliati.

Schæfferi. tab. 10. fig. 20. 1. Cerocoma viridis, antennis pedibusque luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 331.

Meloe Schæfferi alatus viridis, pedibus luteis, antennis mari abbreviatis clavatis brevibus irregularibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 681. 12.

Cerocoma. Geoffr. Ins. 1. p. 358. 1.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 7. fig. 13.

Habitat in nostro Regno.

Schreberi. 2. Cerocoma viridis, antennis, pedibus, abdominisque segmentis tribus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 331.

Habitat in Europa australiori.

Præcedenti affinis, sed duplo fere major. Antennæ irregulares flavæ in mare: clavatæ in femina.

85. MORDELLA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales:

anteriores longiores clavati maxillæ dorso:

posteriores filiformes labii medio laterali inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla membranacea, linearis, bifida.

Labium elongatum, membranaceum, lineare, bifidum.

Antennæ moniliformes.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e floribus plantarum, inprimis umbellatarum.

Corpus incurvatum. Elytra attenuata lamina ante femora.

1. Mor-

1. Mordella antennis pectinatis, thoracis lateribus elytrisque testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 332. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 682. 1. *paradoxa.*

Habitat in Europæ plantis umbellatis.

2. Mordella ano aculeato, corpore atro immaculato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 333. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 682. 2. *aculeata* tab. 3. fig. 9.

Habitat in floribus semiflosculosis, umbellatisque frequens.

3. Mordella ano aculeato nigra, elytris fasciis duabus cinereis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 333. *fasciata.*

Mordella atra caudata, fasciis villoso-aureis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 354. 2.

Habitat in Europæ australioris floribus.

Varietatem præcedentis esse putat Linnæus.

4. Mordella atra, fronte pedibusque flavescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 333. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 682. 4. *frontalis.*

Habitat in Europæ floribus.

5. Mordella atra, capite thoraceque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 333. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 682. 5. *thoracica.*

Habitat in Europæ floribus.

6. Mordella flava elytrorum apicibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 334. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 682. 6. *flava.*

Habitat in Europæ floribus umbellatis frequens.

86. STAPHYLINUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii basi exterioti inserti.

Mandibula porrecta; exserta, cornea, arcuata, in medio dentata.

Ma-

Maxilla membranacea, recta, in medio obtuse dentata.

Labium membranaceum, elongatum, trifidum.

Antennæ moniliformes.

Metamorphosis ignota.

Victus larvæ et imaginis e cadaveribus, et rapina animalium.

Corpus lineare. Abdominis margo elevatus. Vesiculæ duæ supra caudam exserendæ. Alæ elytris abbreviatis obtectæ.

hirtus. 1. Staphylinus hirsutus niger, thorace abdomineque postice flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 334. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 683. 1.

Staphylinus niger villosus, capite thorace anoque pilis fulvo-aureis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 363. 7.

Habitat in Europæ locis arenosis.

murinus. 2. Staphylinus pubescens cinereus nigro-nebulosus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 334. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 683. 2.

Staphylinus villosus griseo-fusco-virescens, nigro-nebulosus, abdomine conico, maculis nigris, capite maximo. *Degeer. Ins.* 4. p. 12. 1. tab. 1. fig. 1.

Habitat in cadaveribus, fimo.

Elytra subtus cærulea.

Larva hexapoda, nuda, pallida capite segmentisque tribus anterioribus brunneis. Cauda setis duabus articulatis subtusque tuberculo pediformi, cylindrico, tubuloso.

olens. 3. Staphylinus niger opacus immaculatus, capite thorace latiore. *Fabr. Mantis.* 1. p. 219.

Staphylinus ater, extremo antennarum articulo lunulato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 360. 1. tab. 7. fig. 1.

Sta-

Staphylinus olens totus niger, capite thoraceque scabriusculo. *Müller. Zool. dan. prodr.* 97.

Habitat in Europæ cadaveribus.

Differt a Staph. maxilloso, quod major, immaculatus omnino opacus.

4. Staphylinus pubescens niger, fasciis cinereis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 334. maxillis longitudine capitis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 683. 3. *maxillosus* tab. 3. fig. 10.

Staphylinus balteatus niger nitidus, abdomine subtus elytrisque fascia transversali griseo-cinerea punctis nigris. *Degeer. Ins.* 4. p. 18. 4. tab. 1. fig. 7. 8.

Boccon. Mus. 2. tab. 31. fig. AA.

Habitat in Europæ Sylvis, rapina victitans.

Adultior totus ater, glaber evadit.

5. Staphylinus ater; elytris, antennarum basi, pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 335. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 683. 4. *erythropterus.*

Habitat in Europæ fimo.

6. Staphylinus niger, thorace elytrisque nitidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 335. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 683. 5. *politus.*

Staphylinus ater, antennarum extremo articulo subgloboso, elytris thorace brevioribus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 361. 3.

Habitat in Europæ cadaveribus.

Recens odorem ambrosiacum spargit.

7. Staphylinus ater, elytrorum margine laterali et postico ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 337. *marginellus.*

Habitat in stercore.

Medius. Caput, thorax, abdomen, pedes atra, immaculata, obscura, vix punctata. Elytra atra, margine laterali et postico obscure ferrugineo. Fabr.

8. Sta-

rufipes. 8. Staphilinus ater glaber, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 337. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 685. 24.
Staphylinus ovatus glaber niger nitidus, pedibus rufis, elytris amplis, abdominis apice truncato. *Degeer. Ins.* 4. p. 24. 11. tab. 1. fig. 14.
Habitat in Europa.
Variat colore omnino testaceo, et nigro, pedibus testaceis.

87. OXYPORUS *Fabr.*

Staphylini *Sp. Linn.*

Palpi quatuor subæquales:
anteriores filiformes maxillæ basi:
posteriores securiformes labii basi laterali inserti.
Mandibula exserta, cornea, arcuata.
Maxilla membranacea, cylindrica, medio unidentata.
Labium elongatum, membranaceum, emarginatum cum mucrone.
Antennæ moniliformes, extrorsum subcrassiores.
Larva hexapoda, mollis, lævis, postice attenuata.
Pupa ignota.
Victus larvæ et imaginis e boletis, agaricis, aliisque fungis.

rufus. 1. Oxyporus rufus, capite, elytrorum abdominisque posticis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 338.
Staphylinus rufus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 684. 6. *Degeer. Ins.* 4. tab. 1. fig. 11. 12.
Habitat in Europæ boletis.
Femora basi nigra.

88. PÆ-

88. PÆDERUS. *Fabr.*
Staphylini *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores multo longiores clavati maxillæ dorso:
posteriores filiformes labii apici laterali inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla membranacea, subarcuata, medio unidentata.
Labium membranaceum, lineare, integrum.
Antennæ moniliformes.
Metamorphosis et *victus* ignorantur.

1. Pæderus rufus, elytris cæruleis, capite abdominisque apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.339. *riparius*.
Staphylinus riparius. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.684.8.
Geoffr. Ins. 1. p. 369. 21.
Degeer. Ins. 4. tab. 1. fig. 18.
Habitat in Europæ ripis frequens.

2. Pæderus niger, thorace rufo, elytris cyaneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 339. *ruficollis*.
Habitat passim sub lapidibus.

3. Pæderus niger, elytris postice pedibusque fulvis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 339. *elongatus*.
Staphylinus elongatus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.685.14.
Habitat in Europa.

CLAS-

CLASSIS II.

ULONATA.

MAxilla tecta galea obtusa.

Os maxillis palpisque.

Palpi quatuor, vesiculosi, filiformes; *anticis* maxillæ dorso: *posticis* labio adhærentibus.

Clypeus (sive labium superius) horizontalis, membranaceus, os superne tegens.

Mandibulæ duæ transversales, corneæ, mobiles, latera oris superne includentes.

Maxillæ duæ, liberæ, transversales, latera oris inferne includentes.

Galea maxillam tegens, cylindrica, inarticulata, vesiculosa, maxillæ dorso inserta.

Labium porrectum, liberum, membranaceum, semper apice fissum.

Antennæ inter oculos insertæ.

In hac Classe quædam Genera hemiptera Linnæi, et Degeeri, atque plura coleoptrata Geoffroy recenset cl. Fabricius.

89. FORFICULA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Ma-

Maxillæ cornea, arcuata, apice fissa.
Galea maxillam tegens.
Labium elongatum porrectum, trifidum.
Antennæ setaceæ.
Larva hexapoda, agilis, imagini simillima, aptera.
Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum rudimentis.
Victus larvæ et imaginis e fructibus plantisque succulentis.
Elytra abbreviata. Cauda forcipata.

1. Forficula elytris apice albis, antennis 14-articulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 340. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 686. 1. *Geoffr. Ins.* 1. p. 375. 1. tab. 7. fig. 3. *auricularia.*

Forficula major fusca, pedibus testaceis, antennis articulis quatuordecim. *Degeer. Ins.* 3. p. 545. 1. tab. 25. fig. 16.
Habitat in Europæ fructibus frequens.
Aures dormientium intrare solet, pellitur spiritu frumenti.

2. Forficula pallida, supra nigro-variegata, ano bidentato: forcipe porrecta unidentata. *Fabr. Mantis.* 1. p. 224. *gigantoa.*

Habitat in Europa australiori.
Gigas in hoc genere. Antennæ multiarticulatæ, pallidæ. Caput pallidum oculis nigris. Thoracis clypeus planus, quadratus, niger, margine lineaque dorsali pallidis. Pectus pallidum. Abdomen nigrum, ultimo segmento pallido, dentibus duobus validis fuscis, subtus lateribus pallidum. Forceps porrecta, pallida dente pone medium apicibusque fuscis. Pedes pallidi. Fabr.

3. For-

bipunctata. 3. Forficula nigra, capite postice pedibusque rufis, elytris macula alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 340.
tab. 3. fig. 11. In Italia ab Allione inventa.
Antennæ articulis undecim nigris. Caput nigrum postice rufum. Thorax marginatus niger margine rufo. Elytra nigra macula magna versus suturam albida, margineque pallescente. Abdomen nigrum. Forceps acuta, recta. Fabr.

minor. 4. Forficula elytris testaceis immaculatis, antennis 10 articulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 340. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 686. 2. *Geoffr. Ins.* 1. p. 376. 2.
Forficula minor fusca, capite thoraceque nigris, pedibus flavis, antennis articulis 11. *Degeer. Ins.* 3. p. 553. 2. tab. 25. fig. 26. 27.
Habitat in Europa.
Antennæ apice albicantes.

90. BLATTA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.
Mandibula cornea, arcuata.
Maxilla cornea, arcuata, apice fissa.
Galea maxillam tegens.
Labium elongatum, bifidum, laciniis apice fissis, pinnis inæqualibus.
Antennæ porrectæ, setaceæ.
Larva hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, aptera.
Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum rudimentis.
Victus larvæ et imaginis e farina, radicibus plantarum, saccharo, aliisque rebus culinaribus.

Fumo

Fumo lithanthracis occiduntur Blattæ Gryllique. Scop.

Thorax orbiculatus. Pedes cursorii: antici breviores.

1. Blatta atra, thoracis margine antico albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 342. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 687. 2. *aegyptiaca*. tab. 3. fig 12.

Gronov. Zoophyl. 637. tab. 15. fig. 2.

Habitat in Ægypto, Oriente, & in nostra Japygia. A. B. C.

Femina aptera a Fab. Column. depicta. Ecphr. 1. tab. 56.

Margo elytrorum basi albus. Fabr.

2. Blatta ferruginea, thoracis clypeo postice exalbido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 342. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 687. 4. *americana*.

Blatta fusco-flavescens, elytris sulco ovato impressis abdomine longioribus. *Geoffr. Ins.* 1. p. 381. 2.

Blatta ferruginea, thoracis clypeo flavescente, maculis lineis margineque postico nigris, abdomine rufo, antennis longissimis. *Degeer. Ins.* 3. tab. 44. fig. 1. 2. 3.

Habitat in America, nuper in Europam migravit.

3. Blatta ferrugineo-fusca, immaculata, elytris sulco oblongo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 343. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 688. 7. *Geoffr. Ins.* 1. p. 380. tab. 7. fig. 5. *orientalis*.

Blatta culinaris ferrugineo-fusca, alis mari abdomine brevioribus, femina aptera. *Degeer. Ins.* 3. p. 530. 1. tab. 25. fig. 1. 2.

Scarabæus alter testudinarius minor atque alatus. *Column. Ecphr.* 1. 40. tab. 36.

Habitat in America, Oriente, Europa. Lucifu-

ga consumit panem, cibaria, etc., velocissime cursitans.

Femina aptera larvæ simillima parit ovum magnitudine dimidii abdominis subcylindricum, carina crenulata.

lapponica. 4. Blatta flavescens, elytris nigro-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 344. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 688. 8.

Blatta flavescens, elytris ad angulum acutum striatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 381. 3.

Blatta nigro-fusca, thoracis margine elytrisque dilute-griseis nigro-maculatis. *Degeer. Ins.* 3. p. 533. 2. tab. 25. fig. 8. 9.

Habitat in Europa, cibaria consumens.

Thorax niger margine flavescente.

Variat rarius corpore multo breviori, et thorace toto flavescente.

marginata. 5. Blatta nigra, thorace rufo, albo marginato, elytris nigris: limbo albo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 226. *Sp. Ins. app.* p. 502.

Apud nos frequens in sylvis.

91. MANTIS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.

Mandibula subcornea, brevis, recta, medio bidentata.

Maxilla cornea, compressa, ciliata.

Galea maxillam tegens.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum: laciniis fissis, pinnis æqualibus.

Antennæ setaceæ.

Larva

Larva hexapoda, currens, agilis, imagini simillima, aptera.

Pupa hexapoda, agilis, currens, rudimentis alarum.

Victus larvæ et imaginis e rapina insectorum.

1. Mantis corpore filiformi aptero. *Fabr. Mantis.* 1. p. 227. *Redi Esper. Ins.* tab. 3. *filiformis.*

Habitat in America meridionali. Apud nos in filicibus occurrit vulgatissima.

Corpus totum elongatum, filiforme, fuscum, pedibus corpore longioribus, filiformibus, simplicibus. Antennæ nigræ. Fabr. Femina major viridis: mas dimidio minor corpore fusco magis attenuato. Cyrill. Spec. Ent. Neap. tab. 5. fig. 1. tab. 7. fig. 1.

2. Mantis thorace lineari spinuloso, femoribus anticis spina terminatis, reliquis lobo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 346. *pauperata.*

Mantis pauperata thorace apice dilatato spinuloso, femoribus lobo simplici terminatis. *Thunb. nov. sp.* 3. 61.

In nostro Regno passim invenitur.

Larva relata ab Aldrovando in *Ins.* tab. 13. fig. 21., et a Cyrillo in *Spec. Ent. Neap.* tab. 8. fig. 1.

Caput vertice subulato, bifido. Thorax elongatus, filiformis spinis varioribus ciliatus. Elytra albida margine exteriori viridi. Pedes pallidi, femoribus anticis spina terminatis, reliquis lobo rotundato. Fabr.

3. Mantis thorace lævi, elytris viridibus immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 348. *oratoria*

Mantis oratoria thorace lævi, elytris viridibus, alis macula nigra antice rufescentibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 690. 6. tab. 3. fig. 13.

Geoffr. Ins. 1. p. 399. 1. tab. 8. fig. 4.

β. *Mantis religiosa* thorace lævi subcarinato, elytrisque viridibus immaculatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 690. 5.

Habitat in Oriente, Europa australi, et apud nos undique.

sancta. 4. Mantis thorace serrulato viridi-flavescens, elytris viridibus immaculatis, alis subhyalinis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 228.

Habitat in Gallia australiori.

Statura mant. oratoriæ, at triplo minor. Caput, thorax, abdomen viridi-flavescentia, immaculata. Elytra viridia, immaculata. Alæ subhyalinæ apice virescentes. Pedes flavescentes tibiis anticis subtus punctis duobus atris. Fabr.

pagana. 5. Mantis alis reticulato-albis, macula laterali ferruginea, manibus chelatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 230.

Raphidia mantispa, pedibus anticis thoraci antice adnexis, antennis thorace brevioribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 916. 2. *Scop. ent. carn.* 712. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 25. fig. 10.

Habitat in Gallia, Germania.

92. ACRYDIUM *Geoffr. Degeer. Fabr.* Grylli *Sp. Linn.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.

Mandibula cornea, brevis, arcuata, apice dentata.

Maxilla cornea, arcuata, apice fissa.

Galea maxillam tegens.

Labium membranaceum, elongatum, cylindricum, apice fissum.

Anten-

Antennæ filiformes.

Larva hexapoda, aptera, agilis, currens, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum rudimentis.

Thorax ultra alas productus.

1. Acrydium thoracis scutello abdominis longitudine. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 351. *bipunctatum.*

Acrydium elytris nullis, thorace producto, abdomini æquali. *Geoffr. Ins.* 1. p. 394. 5.

Gryllus bipunctatus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 693. 7.

Acrydium scutellatum. Degeer. Ins. 3. p. 483. 11. tab. 23. fig. 15.

Habitat in Europæ collibus arenosis, apricis.

Fuscum punctis duobus nigris, scutello alas tegente.

2. Acrydium thoracis scutello abdomine longiore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 351. *subulatum.*

Acrydium elytris nullis, thorace producto abdomine longiore. *Geoffr. Ins.* 1. p. 395. 6. tab. 3. fig. 14.

Acrydium subulatum. Degeer. Ins. 3. tab. 23. fig. 17.

Gryllus subulatus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 693. 8. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 8. fig. 7.

Habitat in iisdem locis cum præcedenti, cui nimis affine, et forte mera ejus varietas.

93. TRUXALIS. *Fabr.*
Grylli *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi laterali adhærentes.

Mandibula brevis, cornea, arcuata.

Maxilla cornea, subarcuata, apice tridentata.

Galea maxillam tegens, lata, fornicata.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum: laciniis æqualibus.

Antennæ ensiformes, subulatæ.

Larva hexapoda, currens, agilis, imagini simillima, aptera.

Pupa hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, rudimentis alarum.

Victus e rapina Insectorum.

Antennæ ensiformes. Caput conicum, elongatum.

nasutus. tab. 3. fig. 16. 1. Truxalis capite conico, corpore viridi. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 352.

Gryllus nasutus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 692. 1.
Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 4.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 8. fig. 5.

β. *Gryllus turritus* capite conico, antennis ensiformibus, alis hyalinis. *Linn. Syst. Nat.* edit. 10. p. 427.

Habitat in Africa, frequens in nostro Regno.

Caput porrectum conicum, apice antennis, basi ore instructum.

Turritus colore fusco differt a nasuto, atque ejusdem magnitudinis.

conicus. 2. Truxalis capite conico, corpore fusco, elytrorum costa dimidiata viridi, linea punctorum alborum. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 352.

Habitat in nova Hollandia. Simillimus apud nos occurrit.

Affinis Tr. nasuto. Antennæ fuscæ ensiformes thorace longiores. Elytra fusca linea punctorum alborum. Corpus fuscum.

hungaricus. 3. Truxalis obscure viridis, pedibus spadiceis, thorace lineis tribus elevatis. *Fuesl. Arch. Ins.* tab. 52. fig. 7.

Habitat in Hungaria, et in nostro Regno.

Tr.

Tr. nasuto dimidio minor. Antennae, corpus pedes spadicea. Pectus, elytraque obscure viridia. Alae hyalinae. Lineæ tres elevatæ in thorace.

94. ACHETA *Fabr.*
Grylli *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii basi adnati.

Mandibula cornea, porrecta, incurva, apice transverse truncata, dentata.

Maxilla cornea, arcuata, apice fissa.

Galea maxillam tegens.

Labium elongatum, quadrifidum: laciniis exterioribus membranaceis obtusis: interioribus corneis, apice subulatis.

Antennæ setaceæ.

Larva hexapoda, agilis, aptera, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum rudimentis.

Victus e radicibus plantarum, plantisque ipsis.

Alæ incumbentes, inferiores caudatæ.

1. Acheta alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 353. *gryllotalpa.*

Gryllus gryllotalpa. Linn. Syst. Nat. 2. p. 693. 10. *Geoffr. Ins.* 1. p. 387. 1.
Roesel. Ins. 2. *Gryll.* tab. 14. 15.

Habitat in Europæ cultis: pestis hortorum.

Nidum e gleba construit. Allicitur fimo equino, pellitur porcino. Scop.

2. Acheta alis caudatis elytro longioribus, corpore glauco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 353. *domestica.*

Gryllus domesticus. Linn. Syst. Nat 2. p. 694. 12.

Gryllus griseo-fuscus pallidus, capite fasciis transversis fuscis obscuris. *Degeer. Ins.* 3. p. 509. 1. tab. 24. fig. 1. 2.

Habitat in Europæ muris domesticis, tota nocte stridens, præsertim instante pluvia.

Necatur pilulis ex Arsenico et radice dauci recentis farina tritici mixtis; atque Nymphæa radicibus lacte incoctis ex Linn.

capensis. 3. Acheta alis caudatis elytris longioribus nigra, elytris fuscis basi flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 354. *Cyril. Spec. Ent. Neap.* tab. 5. fig. 6.

Habitat in Cap. bonæ spei, inque nostris hortis.

Caput atrum, punctis tribus inter oculos flavis. Thorax rotundatus, ater, immaculatus. Elytra fusca, basi flava, apice rotundata. Alæ magnae, caudatae, albidae. Corpus atrum, femoribus posticis basi rufescentibus. Fabr. Setae caudales tres in singulo stylo. Cyr. ib.

campestris. tab. 3. fig. 15. 4. Acheta alis elytro brevioribus, corpore nigro: stylo lineari. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 355. *Spec. Ins. Cal.* n. 144.

Gryllus campestris thorace rotundato, cauda biseta stylo lineari, alis elytro brevioribus, corpore nigro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 695. 13. *Roes. Ins.* 2. *Gryll.* tab. 13.

Habitat in nostro Regno frequentissima.

Stridet a primo die Maii ad æquinoctium. Domestica facta pellit Achet. domesticam observante Scopol.

Male Geoffrojus cum domest. conjunxit.

italica. 5. Acheta capite thoraceque flavescentibus, elytris aqueis longitudine alæ. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 355. *Cyr. Spec. Ent. Neap.* tab. 7. fig. 5. 6.

Ha-

Habitat in nostris collibus.

Parva. Antennæ corpore longiores flavescentes. Caput et thorax flava, immaculata oculis nigris. Elytra plana apice rotundata aquei coloris. Alæ vix elytris longiores, convolutæ, acutæ. Abdomen nigrum, cauda setis duabus villosis. Pedes antici flavescentes, postici fusci: omnibus spinosis. Fabr.

95. LOCUSTA *Geoffr. Degeer. Fabr.* Grylli *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes: articulo ultimo obtuso, truncato:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla cornea, arcuata, apice tridentata.

Galea maxillam tegens.

Labium membranaceum, bifidum: laciniis latere interiori seta subulata instructis.

Antennæ setaceæ, porrectæ.

Larva hexapoda, aptera, agilis, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum rudimentis.

Victus larvæ et imaginis e foliis plantarum.

Alæ deflexæ. Pedes saltatorii. Antennæ setaceæ longissimæ.

1. Locusta thorace tetragono, lævi, elytris sublinearibus fusco-punctatis, ala brevioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 357. *thymifolia.* tab. 10. fig. 18.

Habitat in nova Hollandia, inque nostris collibus.

Thorax quadratus, virescens, linea laterali fusca, postice emarginatus. Elytra linearia, concava, pun-

punctis parvis fuscis irrorata, alis breviora, obtusiora. Alæ albidæ, apice virescentes. Fabr. Variat colore viridi, et ferrugineo.

conocephala. 2. Locusta thorace rotundato lævi, elytris oblongis ala brevioribus, capite conico obtuso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 358.

Gryllus conocephalus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 696. 19.

Habitat in Africa, inque nostro Regno.

Ensis ferrugineus. Corpus viride, capite thoraceque linea dorsali fusca.

grisea. 3. Locusta thorace postice carinato rotundato fusca, ense falcato atro basi utrinque pallido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 359.

Habitat in Italia ex Alliono.

Caput et thorax fusca, obscura, antennis longitudine corporis flavescentibus. Elytra fusco cinereoque variegata. Alæ hyalinæ. Pedes virescentes. Fabr.

viridissima. 4. Locusta alis viridibus immaculatis, antennis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 359.

Locusta cauda ensifera recta. *Geoffr. Ins.* 1. p. 398. 2. tab. 8. fig. 3.

Gryllus viridissimus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 698. 31. *Scop. Ent. Carn.* 320.

Habitat in Europæ graminosis, noctu stridens.

verrucivora. 5. Locusta alis viridibus fusco-maculatis, antennis longitudine corporis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 359.

Locusta cauda ensifera curva. *Geoffr. Ins.* 1. p. 397. 1.

Locusta verrucivora viridis, elytris fusco-maculatis, cauda feminæ ensifera recurvata. *Degeer. Ins.* 3. p. 340. 2. tab. 21. fig. 1. 2.

Gryllus verrucivorus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 698. 33. *Scop. Ent. Carn.* 321.

Roes.

Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 8.

Habitat in Europæ graminosis.

6. Locusta thorace viridi flavo-lineato, fronte acuminata, antennis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 360. *varia* tab. 10. fig. 13. *larva*.

Locusta thalassina cæruleo viridis, antennis pedibusque flavescentibus, cauda feminæ ensifera recurvata. *Degeer. Ins.* 3. p. 433. 3.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 8. fig. 9.

Habitat frequens in hortis.

7. Locusta viridis, elytris basi ocellatis, antennis longissimis, alis apice coleoptratis. *Cyr. Spec. Ent. Neap.* tab. 6. fig. 4. *falcata*.

Gryllus falcatus. Scop. ent. carn. 322.

In hortis frequenter occurrit.

Antennæ longissimæ. Thorax lævis. Elytra viridia alis breviora. In elytri dextri basi ocellus ovalis pellucidus, annulo ferrugineo cinctus, tectus elytro sinixtro, uti bene adnotat Cyrillus. Alæ hyalinæ margine exteriore versus apicem coleoptratæ. Abdomen feminæ terminatum ense sursum inflexo ferrugineo, quadruplici. Scop.

8. Locusta thorace postice elevato, elytris brevissimis fornicatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 235. *ephippiger*.

Habitat in pratis.

Magna. Antennae corpore triplo longiores. Caput viride postice griseum. Thorax rotundatus, griseus, lateribus flavescentibus. Margo posticus dilatatus, elevatus, elytra abbreviata, fornicata, cinerea fere tegens. Abdomen cylindricum, nigrum, ense recurvo apice flavescente. Pedes fusci, femoribus subtus flavis. Fabr.

9. Locusta thorace lævi postice rotundato, elytris brevissimis apice capiteque albidis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 235. *pedestris*.

Ha-

Habitat in Italia ex Alliono.

Statura præcedentis. Antennæ setaceae vix corporis longitudine fuscae, basi pallidae. Caput albidum. Thorax fuscus lateribus antice albidis, postice elongatus, rotundatus. Elytra brevissima, fusca apice albida. Abdomen fuscum lineis duabus dorsalibus punctorum ferrugineorum. Pedes grisei genubus posticis nigris. Fabr., qui dubitat an mera sit pupa.

96. GRYLLUS *Linn. Degeer. Fabr.*
Acrydii *Sp. Geoffr. Degeer.*

Palpi quatuor æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio adnati.

Mandibula crassa, cornea, recta, obtusa, dentata.

Maxilla brevis, cornea, subarcuata, apice tridentata.

Galea maxillam tegens.

Labium elongatum, membranaceum, apice rotundatum, bifidum: laciniis rotundatis.

Antennæ filiformes.

Larva hexapoda, aptera, agilis, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum tantum rudimentis.

Victus larvæ et imaginis e foliis plantarum.

Thorax hemelytris brevior. Alæ deflexæ.

tartaricus. 1. Gryllus thorace segmentis tribus, fronte impressa, mandibulis concoloribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 365. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 700. 42. *Cyril. Spec. Ent. Neap.* tab. 2. fig. 1.

Habitat in Africa, inque nostris hortis frequens.

Elytra cinerascentia fusco-maculata. Alæ costa rubra.

2. Gryl-

2. Gryllus thorace subcarinato, segmento unico, mandibulis cæruleis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 365. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 700. 41. *migratorius.*

Acrydium migratorium fuscum, seu viride, obscure maculatum, elytris dilute fuscis nigromaculatis, dentibus nigris. *Degeer. Ins.* 3. p. 466. 1. tab. 23. fig. 1.

Habitat in Tartaria, unde variis annis in Europam migrans destruit vegetabilia, gramina.

3. Gryllus thorace subcarinato fusco, linea dorsali rufa femoribus posticis intus sanguineis tibiis cæruleis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 365. *lineola.*

Habitat in Italia ex Alliono.

Magnitudo Gr. migratorii. Caput fuscum, sulcatum. Thorax segmentis tribus carinatus, fuscus, carina rufa. Elytra grisea. Alae albæ fusco reticulatae. Pedes postici femoribus linea interiori sanguinea, tibiis caeruleis adspersis spinis albis apice atris. Fabr.

4. Gryllus thorace carinato, alis rubris extimo nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 366. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 701. 47. *stridulus.*

Acrydium elytris nebulosis, alis rubris extimo nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 393. 3.

Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 21. fig. 1.

Habitat in Europæ siccis, arenosis.

Variat corpore toto nigro, et nigro flavoque vario. Setae duae parvae in abdominis penultimo segmento.

5. Gryllus fuscus, thorace carinato, alis rubris, apice hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 367. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 701. 46. *italicus.*

Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 21. fig. 6.

Habitat in Europa australiori.

Elytra fusco cinereoque varia.

6. Gry-

germanicus. 6. Gryllus testaceus, alis sanguineis, apice hyalinis, femoribus posticis nigro punctatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 367.

Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 21. fig. 7.

Habitat in Germaniæ agris.

thalassinus. 7. Gryllus thorace lævi viridi, alis hyalinis latere tenuiori viridibus apice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 367.

Habitat in Italia ex Alliono.

Caput viride ore oculisque fuscis. Thorax laevis, viridis, antice utrinque macula magna fusca. Elytra grisea costa baseos viridi. Femora postica viridia fusco-maculata. Tibiæ sanguineae. Fabr.

caerulans. 8. Gryllus thorace læviusculo, elytris pallidis nigromaculatis, alis latere tenuiore cærulescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 368. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 701. 48.

Habitat in Europa australiori.

Corpus medium, triste. Elytra hyalina, nigro-reticulata, adspersa confuse maculis nigris. Alae colore caeruleo ad latus tenuius. Linn.

obscurus. tab. 10. fig. 19. 9. Gryllus thorace subcarinato, alis disco rubro, fascia nigra apice hyalinis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 701. 50.

Acrydium obscurum fuscum, alis rubro-roseis, margine nigris, macula hyalina alba, tibiis posticis albis. *Degeer. Ins.* 3. p. 492. 8. tab. 41. fig. 4.

Habitat in Africa, apud nos simillimus occurrit, ni novam asserere speciem velimus.

Elytra grisea maculis fuscis. Alae disco roseae, fascia nigra, apice hyalinae.

caerulescens. 10. Gryllus thorace subcarinato, alis virescenti-

cæru-

cæruleis, fascia nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 369. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 700. 44.

Acrydium elytris nebulosis, alis cæruleis extimo nigro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 392. 2.

Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 21. fig. 4.

Habitat in Europa australiori.

11. Gryllus thorace carinato, elytris margine tenuiori viridibus, alis basi flavescentibus apice cinereis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 369. *cinerascens.*

Habitat in Italia ex Alliono.

Affinis Gr. flavo, at duplo major. Frons virescens ore ferrugineo. Thorax carinatus, fuscus. Elytra fuscescentia albo-punctata apice cinerea. Alæ basi flavescentes apice late cinereae. Tibiae posticae rufae. Fabr.

12. Gryllus thorace carinato, alis flavis, fascia nigra apice cinereis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 369. *flavus.*

Gryllus flavus thorace subcarinato, alis disco flavo, fascia nigra apice hyalinis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 702. 52.

Acrydium nigro-fasciatum viride maculis fuscis, elytris nigro-maculatis, alis hyalinis virescentibus: medio fascia nigra. *Degeer. Ins.* 3. p. 493. 9. tab. 41. fig. 5. ?

Habitat in Europa australiori.

Elytra fusca albo obsolete maculata. Tibiae posticae sanguineae.

13. Gryllus thorace cruciato, corpore supra viridi, elytrorum margine albido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 370. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 702. 54. *viridulus.*

Acrydium albo-marginatum viride seu fuscum, abdomine griseo, elytris albo-marginatis. *Degeer. Ins.* 3. p. 480. 7.

In

In Europæ arvis sterilioribus frequens.

biguttulus. 14. Gryllus thorace cruciato, elytris nebulosis, puncto oblongo albo versus apices. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 370. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 702. 55.

Acrydium biguttulum griseo fuscum, nigro maculatum, subtus viride, ano rufo, elytris macula albicante. *Degeer. Ins.* 3. p. 479. 6.

Habitat in Europæ arvis sterilibus frequens.

grossus. 15. Gryllus femoribus sanguineis, elytris virescentibus, antennis cylindricis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 371. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 702. 58.

Acrydium femoribus sanguineis, alis subfuscis reticulatis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 393. 4. tab. 8. fig. 2.

Acrydium rubripes viride nigro maculatum, elytris fuscis flavo-marginatis, femoribus posticis subtus rubris. *Degeer. Ins.* 3. p. 477. 5. tab. 22. fig. 4.

In Europæ arvis arenosis frequens.

rufus. 16. Gryllus fuscus, abdomine rufo, antennis subclavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 371. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 702. 56.

Acrydium clavicorne griseo-fuscum, tibiis posticis rubris, antennis clavatis. *Degeer. Ins.* 3. p. 482. 10. tab. 23. fig. 13.

In Europæ arvis sterilioribus frequens.

pedestris. 17. Gryllus corpore incarnato aptero. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 371. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 703. 60.

Acrydium apterum griseo incarnatum, femoribus subtus rubris, tibiis cæruleis. *Degeer. Ins.* 3. p. 474. 4. tab. 23. fig. 8. 9.

Habitat in Europa.

Copula juncta individua observavit Cl. Linnæus, ideoque perfecta.

CLAS. III.

CLASSIS III.

SYNISTATA.

MAxilla connata cum labio.
Os Maxillis palpisque.

Palpi quatuor porrecti, cornei: anticis maxillæ: posticis labio insidentibus.

Clypeus corneus, rotundatus, horizontalis, os superne tegens.

Mandibulæ duæ transversales, corneæ, mobiles, latera oris superne includentes.

Maxillæ duæ, transversales, membranaceæ, cum labio basi connatæ, latera oris inferne includentes.

Maxillæ insuper sæpius porrectæ, elongatæ, inflexæ, lacinias exteriores linguæ constituentes.

Labium porrectum, membranaceum, interdum inflexum, in lacinias linguæ interiores elongatum.

Antennæ inter oculos insertæ.

Claudicat hæc Fabricii Classis, quæ includit quædam Insecta aptera, hymenoptera, et neuroptera Linnæi. Verum quum partium oris characteribus conveniant, ideo in hac Classe omnia referenda jure merito existimavit cl. Auctor. Forte ob linguæ præsentiam nonnulla aptiorem in nova Classe locum invenissent; vel saltem commodam hujus Classis divisionem obtulissent.

97. MONOCULUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Binoculus *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales:

anteriores extrorsum crassiores sub capitis testa inserti.

posteriores auriformes maxillæ adhærentes.

Mandibula cornea, crassa, gibba, denticulata.

Maxilla submembranacea, bifida.

Labium membranaceum, integrum, cum maxilla ultra medium connatum.

Antennæ ramosæ, ramis setaceis.

Larva et Pupa imagini simillimæ, pedatæ, currentes, agiles, exuvias tantum deponentes.

Victus e plantis aquaticis.

Pedes XII. plurimi chelati. Antennæ fissæ. Corpus crustæ innatum.

Apus. 1. Monoculus antennis trifidis, cauda bifida. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 372.

Monoculus Apus testa subcompressa antice retusa, postice truncata, cauda biseta. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1058. 3.

Binoculus cauda biseta. *Geoffr. Ins.* 2. p. 660. 1. tab. 21. fig. 4.

Habitat in Europæ fossis, piscinis.

Æstate exsiccati affluente aqua reviviscunt.

Pulex. 2. Monoculus antennis dichotomis, cauda inflexa acuta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 373. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1058. 4.

Monoculus Pulex ramosus brachiis dichotomis, cauda appendiculata inflexa, testa postice unispinosa. *Degeer. Ins.* 7. p. 442. 1. tab. 27. fig. 1. 2. 3.

Ha-

Habitat in Europæ aquis dulcibus.

3. Monoculus antennis dichotomis, cauda elongata sub corpore inflexa. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 373. *lævis.*

Monoculus exspinosus brachiis dichotomis, cauda simplici inflexa, testa postice rotundata non spinosa. *Degeer. Ins.* 7. p. 457. 2. tab. 27. fig. 9. 10. 11.

Habitat in Europæ aquis. Præcedenti affinis.

4. Monoculus antennis dichotomis, cauda inflexa, testa postice bidentata, capite acuminato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 373. *bispinosus.*

Monoculus bispinosus brachiis dichotomis, capite rostrato, cauda inflexa, testa postice bispinosa. *Degeer. Ins.* 7. p. 463. 3. tab. 28. fig. 3. 4.

In Europæ aquis.

5. Monoculus antennis dichotomis, cauda reflexa. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 374. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1058. 5. *Pediculus.*

Monoculus pediculus ramosus brachiis dichotomis, cauda bifida rectiuscula exserta, pedibus nudis.

Degeer. Ins. 7. p. 467. 4. tab. 28. fig. 9. 10.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 30. fig. 8.

In Europæ aquis dulcibus.

6. Monoculus antennis quaternis, cauda recta bifida. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 374. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1058. 6. *quadricornis.*

Monoculus cornubus quaternis mobilibus setaceis, corpore ovato, cauda longa, recta, cylindrica, bifida. *Degeer. Ins.* 7. p. 483. 7. tab. 29. fig. 11. 12.

Geoffr. Ins. 2. tab. 21. fig. 5.

In Europæ aquis stagnantibus frequens.

Antennæ caudaque rufescunt.

conchaceus. 7. Monoculus antennis capillaribus multiplicibus, testa bivalvi. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 374. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1059. 7.

Monoculus ovato-conchaceus testa ovata bivalvi, brachiis apice capillaceis multiplicibus intra testam. *Degeer. Ins.* 7. p. 476. 6. tab. 29. fig. 5. 6. 7.

In aquis stagnantibus, velocissime antennis exsertis natans.

98. ONISCUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores brevissimi maxillæ dorso:
posteriores longiores porrecti labio inserti.

Mandibula brevis, crassa, dentata.

Maxilla recta, porrecta, membranacea, denticulata, cum labio connata.

Labium porrectum, membranaceum, bifidum.

Antennæ interdum quatuor: duæ subulatæ anteriores, totidem setaceæ posteriores; interdum duæ filiformes.

Larva et Pupa agiles, currentes, pedatæ, exuvias tantum deponentes.

Victus Larvæ et imaginis e foliis plantarum, quisquiliis.

Pedes XIV. Corpus convexiusculum.

Asilus. 1. Oniscus abdomine foliolis duobus obtecto, cauda semiovali. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 375. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1059. 1.

Pediculus marinus. *Rondel. Pisc.* 576.
Planc. de Conch. min. not. tab. 5. fig. A. B.

Habitat in Oceano europæo viviparus.

Entomon. 2. Oniscus antennis quaternis, cauda oblonga acuta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 375.

Oni-

Oniscus Entomon abdomine subtus nudo, cauda subulata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1060. 5.

Squilla Entomon murina cauda longa subulata crustacea. *Degeer. Ins.* 7. p. 514. 2. tab. 32. fig. 1. 2. *Baster. Subsec.* 2. 143. tab. 13. fig. 2.

Habitat in Oceano.

Natat velocissime, victitat cancris, piscibus, piscatoribus invisus.

3. Oniscus cauda rotundata, stylis bifurcis, antennis quaternis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 376. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1061. 11. *aquaticus.*

Squilla Asellus aquatica, cauda rotundata, stylis binis bifurcis. *Degeer. Ins.* 7. p. 406. 1. tab. 31. fig. 1. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 30. fig. 12.

Habitat in Europæ aquis dulcibus.

Pulli intra folliculum sexfidum matris.

4. Oniscus ovalis, cauda obtusa mutica, corpore plumbeo, lineis punctatis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 378. *maculatus.*

Habitat in Italia ex Alliono.

Statura Onisc. Armadillo, at triplo major. Color totius corporis plumbeus, lineis septem longitudinalibus e punctis albis, extimis marginalibus. Fabr.

5. Oniscus ovalis, cauda obtusa, stylis duobus simplicibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 379. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1061. 14. *Asellus.*

Oniscus ovalis subdepressus flavo-maculatus, cauda stylis duobus conicis articulatis. *Degeer. Ins.* 7. p. 547. 1. tab. 35. fig. 3.

Habitat in domibus, muris, lignis putridis.

Pulli intra folliculum quadrivalvem abdominalem matris.

Armadillo. 6. Oniscus ovalis, cinereo-fuscus, cauda obtusa integra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 379. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1062. 15.

Sub Europæ lapidibus invenitur:

Tactus se in globum immobilem, durum contrahit.

Pedes plures quam 14. *Segmenta corporis* 10. *præter caput et caudam. Linn.*

99. LEPISMA *Linn. Degeer. Fabr.*
Forbicina *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores porrecti longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula brevis, cornea, arcuata.

Maxilla porrecta, membranacea, subvesiculosa, cum labio connata.

Labium membranaceum, porrectum, rotundatum, emarginatum.

Antennæ setaceæ, porrectæ.

Larva et Pupa hexapodæ, agiles, currentes, exuvias tantum deponentes.

Victus larvæ et imaginis e saccharo, ligno putrido, quisquiliis.

Pedes VI. cursorii. Corpus squamatum. Cauda setis extensis.

saccharina. 1. Lepisma squamata argentea, cauda triplici. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 379. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1012. 1.

Forbicina plana. *Geoffr. Ins.* 2. p. 613. 1. tab. 20. fig. 3.

Ex America in Europam migravit. Frequens inter utensilia, libros, vestesque.

polypodæ. 2. Lepisma saltatoria, cauda triplici, abdominis segmentis subtus utrinque villosis. *Fabr. Sp. Ins.*

Ins. 1. p. 380. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1012. 2.
Forbicina teres saltatrix. *Geoffr. Ins.* 2. p. 614. 2.
In Europæ litoribus lapidosis.
Salit velocissime furca subulata alba ani.

100 PODURA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, subclavati:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii apici adnati.
Mandibula brevis, cornea, arcuata.
Maxilla porrecta membranacea, linearis, integra cum labio connata.
Labium breve, membranaceum, rotundatum, bifidum.
Antennæ filiformes.
Larva et Pupa hexapodæ, agiles, currentes, imagini simillimæ, exuvias tantum deponentes.
Victus larvæ, pupæ, et imaginis e foliis plantarum.
Pedes VI. cursorii. Cauda inflexa, bifurca, saltatrix.

1. Podura subglobosa viridis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 380. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1013. 1. *viridis.*
Podura viridis, capite flavescente, antennis in medio fractis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 607. 2.
In Europæ plantis frequens.

2. Podura subglobosa atra, antennis longitudine corporis apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 381. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1013. 2. *polypoda.*
Habitat in Europæ plantis variis.

3. Podura globosa fusca nitida, antennis longis, articulis plurimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 381. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1013. 3. *atra.*

Podura globosa fusca globosa fusca nitida, antennis longis fractis. *Degeer. Ins.* 7. p. 35. 7. tab. 3. fig. 7. 8.

In Europæ terrestribus frequens.

plumbea. 4. Podura teres fusco-cærulea, nitida. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 381. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1013 4.

Podura corpore tereti nigro cæruleo plumbeo nitido, antennis quadrinodiis, capite pedibusque griseis. *Degeer. Ins.* 7. p. 31. 5. tab. 3. fig. 1.

In Europæ plantis frequens.

villosa. 5. Podura oblonga villosa, fusco nigroque variegata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 382. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1014. 9.

Podura fusco nigroque variegata villosa. *Geoffr. Ins.* 2. p. 608. 4. tab. 20. fig. 2.

Habitat in Europa australiori.

aquatica. 6. Podura nigra aquatica. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 382. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1014. 12.

Podura aquatica nigra aquatica tota nigra, antennis quadrinodiis. *Degeer. Ins.* 7. p. 23. 3. tab. 2. fig. 14. 15.

In Europæ aquosis, horis matutinis per phalanges decorticat aquas stagnantes. Cum his occurrunt Poduræ cinereæ.

fimetaria. 7. Podura terrestris alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 382. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1014. 13.

Podura fimetaria. Scop. Ent. carn. 1935.

Habitat in Europæ terra prægnante: frequens primo vere cauda mutica. Haud salit.

101. EPHEMERA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor brevissimi, filiformes, subæquales: *an-*

anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apici adhærentes.

Mandibula omnino nulla.

Maxilla brevis, membranacea, integra, cum labio arcte connata.

Labium breve, membranaceum.

Antennæ brevissimæ, subulatæ.

Larva aquatica hexapoda, agilis, caudata, natatoriis lateralibus senis.

Pupa hexapoda, agilis, caudata, natatoriis extrorsum crassioribus, alarumque rudimentis.

Victus larvæ et pupæ e foliis plantarum aquaticarum: imaginis nullus, quum ejus vita vix ultra diem unicum protrahatur.

Alæ erectæ, posticæ minimæ. Cauda setosa.

* *Cauda triseta.*

1. Ephemera cauda triseta, alis fusco-reticulatis maculatisque, corpore fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 383. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 906. 1. *vulgata.*

Ephemera cauda triseta, abdomine obscure flavescente, maculis nigris trigonis, alis fusco-maculatis. *Degeer. Ins.* 2. p. 621. 1. tab. 16. fig. 1.

In Europæ aquis. Vespere sub arboribus choreas instituunt.

2. Ephemera cauda triseta, alis hyalinis reticulatis, corpore luteo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 383. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 906. 2. *lutea.*

Ephemera lutea, alis albis reticulatis, cauda triseta. *Geoffr. Ins.* 2. p. 238. 2.

In Europæ aquosis.

3. Ephemera cauda triseta, alis nigris: posticis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 384. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 906. 4. *vespertina.*

Ephe-

Ephemera nigra, cauda triseta. *Geoffr. Ins.* 2. p. 239. 4.

In Europæ aquosis.

** *Cauda biseta.*

biocu-lata. 4. Ephemera cauda biseta, alis albis reticulatis, capite tuberculis duobus luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 384. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 906. 5.

Ephemera lutea, alis albis reticulatis, cauda biseta. *Geoffr. Ins.* 2. p. 239. 5. tab. 13. fig. 4.

In Europæ aquis.

Caudæ albæ fusco-punctatæ corpore longiores. Abdomen diaphanum.

horaria. 5. Ephemera cauda biseta, alis albis, margine crassiori nigricante. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 385. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 907. 9.

Ad Europæ aquas frequens.

Esca piscium ex hac et congeneribus præstantissima.

culici-formis. 6. Ephemera cauda biseta, alis albis, corpore fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 385. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 907. 8.

In Europæ aquosis.

striata. 7. Ephemera cauda biseta, alis hyalinis striatis, thorace fusco, abdomine albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 385. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 907. 10.

Habitat in Europa.

diptera tab. 4. fig. 1. 8. Ephemera cauda biseta, alis duabus, costa marginali fusca cinereo maculata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 385. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 907. 11.

Ephemera diptera bicaudata grisea, abdomine lineolis rubris, alarumque margine brunneo albo-maculato. *Degeer. Ins.* 2. p. 656. 5. tab. 18. fig. 5.

In Europæ aquosis.

102. SEMBLIS *Fabr.*
Phryganeæ *Sp. Linn.*
Perla *Geoffr. Degeer.*

Palpi quatuor elongati, subæquales, filiformes: *anteriores* maxillæ lateri exteriori adhærentes: *posteriores* labii medio laterali inserti.

Mandibula brevissima, cornea, arcuata.

Maxilla brevis, membranacea, bifida cum labio connata.

Labium porrectum, membranaceum, annulatum, integrum.

Antennæ setaceæ.

Larva aquatica, hexapoda, caudata, natatoriis septenis filiformibus.

Pupa quiescens, hexapoda, maxillis corneis, prominulis.

Victus larvæ e rapina aquatilium minimorum: imaginis ignotus.

1. Semblis cauda biseta: setis longitudine corporis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 386. *bicaudata.*

Phryganea bicaudata cauda biseta, alis venoso-reticulatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 908. 1.

Perla fusca, capite thoraceque linea longitudinali flava, alis fusco-reticulatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 231. 1. tab. 13. fig. 2.

Habitat in Europæ aquosis, ova sub ventre circumferens. *Corpus totum virescens.*

2. Semblis cauda biseta, setis truncatis abbreviatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 387. *nebulosa.*

Phryganea nebulosa cauda biseta, alis subcinereis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 908. 2.

Perla nigro-fusca, alis subcinereis pallidis, caudæ setis

setis truncatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 232. 3.
Pseudo-phryganea. *Degeer. Ins.* 2. tab. 23. fig. 16. 17.
Ad Europæ aquas hospitatur.

lutaria. tab. 4. fig. 2. 3. Semblis ecaudata, alis reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 387.
Hemerobius lutarius niger, alis albidis striatis albo-maculatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 913. 14.
Hemerobius niger, thorace plano depresso, alis fuscis nigro-nervosis. *Degeer. Ins.* 2. p. 716. 5. tab. 22. fig. 14. 15.
Habitat in Europæ aquosis.
Ova plurima, aggregata, brunnea, plantis aquaticis adglutinat.
Antennæ corpore longiores. Thorax fere quadratus convexus. Appendices duæ caudales in ano.

103. PHRYGANEA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, approximati, porrecti, filiformes:
anteriores longiores maxillæ medio:
posteriores labii apici inserti.
Mandibula brevis, cornea, arcuata.
Maxilla recta, membranacea, integra, cum labio inferiori tota connata.
Labium porrectum, latum, membranaceum, emarginatum.
Antennæ setaceæ.
Larva aquatica, hexapoda, subpilosa, unguibus duobus caudalibus, tentaculisque tribus erectis quarti segmenti, intra cucullum latitans.
Pupa quiescens, folliculata, imagini simillima, unguiculis duobus caudalibus, brevibus.

Victus

Victus larvæ e rapina minimorum aquatilium: imaginis ignotus.

Thorax brevissimus. Alæ deflexæ. Habitum phalænarum presefert.

1. Phryganea nigra, alis subferrugineis atro-reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 388. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 908. 4. *reticulata.*

Habitat in Europa.

2. Phryganea alis testaceis nervoso-striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 388. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 908. 5. *Geoffr. Ins.* 2. p. 246. 1. tab. 13. fig. 5. *striata.*

In Europæ aquosis.

3. Phryganea alis anticis fuscis immaculatis, pedibus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 388. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 910. 20. *fusca.*

Phryganea fusca, antennis corporis longitudine, pedibus luteis, macula alba, alarum nervis albo nigroque variis. *Degeer. Ins.* 2. p. 548. 4. tab. 14. fig. 5.

In Europa frequens.

Larva intra cylindrum e frustulis plantarum aquaticarum, tectis ramentis gramineis longitudine cylindri.

4. Phryganea alis omnibus nigris immaculatis, pedibus pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 388. *pallipes.*

Habitat in Italia.

Triplo minor Phr. fusca. Antennæ mediocres uti totum corpus fuscæ, immaculatæ. Pedes pallidi.

5. Phryganea alis fusco-testaceis cinereo maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 389. *grandis.*

Phryganea granais alis cinereo-testaceis, lineolis duabus longitudinalibus nigris, puncto albo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 909. 7.

Roes.

Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 17.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 24. fig. 9.

Habitat in Europæ aquis intra cylindrum ex ramentis longitudinalibus ligneis.

Ova cum gelatina ponit.

rhombica. 6. Phryganea alis griseis, macula laterali rhombica alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 389.

Phryganea rhombica alis flavescentibus deflexo-compressis, macula laterali rhombea alba. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 909. 8.

Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 16.

Habitat in Europæ aquis intra cylindrum ex ramulis gramineis transversis.

grisea. 7. Phryganea alis anticis nebulosis macula marginali nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 389. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 909. 6.

Phryganea antennis longitudine corporis, fusco-maculata, punctataque, alis lineola marginali nigra, margine postico rotundato. *Degeer. Ins.* 2. p. 543. 3. tab. 13. fig. 21.

Ad Europæ aquas.

Larva intra cylindrum e culmis graminum et juncorum.

bimaculata. 8. Phryganea alis fuscis, macula laterali duplici flava. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 390. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 909. 9.

Phryganea antennis longioribus, alis fuscis, maris cinereo-fasciatis, feminæ macula grisea. *Degeer. Ins.* 2. p. 568. 7. tab. 15. fig. 5.

Habitat in Europa.

Larva intra cylindrum attenuatum ex arena luto que confectum.

nigra. 9. Phryganea alis nigris, antennis longissimis. *Fabr.*

br. Sp. Ins. 1. p. 390. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 909. 11.

Phryganea antennis longissimis, palpis porrectis pilosis, alis atro-cæruleis, oculis rufis. *Degeer. Ins.* 2. p. 580. 12. tab. 15. fig. 21.

In Europæ rivulis.

10. Phryganea alis fuscis, strigis duabus undatis obscurioribus, antennis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 391. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 910. 15. *longicornis.*

Phryganea alis superioribus nebulosis nigro-punctatis, antennis corpore triplo longioribus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 249. 7.

Habitat in Europa.

11. Phryganea fusco cinereoque variegata, palpis villosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 391. *minuta.*

Phryganea minuta nigra, palpis villosis capite longioribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 911. 23.

Habitat in Europa.

12. Phryganea alis ciliatis testaceo-fuscis, antennis albo-nigroque annulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 392. *pusilla.*

Habitat in Italia auctore Alliono.

Corpus parvum, obscurum. Antennæ longitudine corporis, annulatæ. Alæ anticæ testaceæ, ciliatæ: posticæ magis fuscæ. Fabr.

104. HEMEROBIUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Termitis *Sp. Linn. Degeer.*

Palpi quatuor porrecti, inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ:
posteriores labii medio laterali adhærentes.

Mandibula brevis, cornea, crassa, acuminata.

Maxilla cylindrica, membranacea, recta, fissa.

Labium corneum, porrectum, fornicatum, integrum.

Anten-

Antennæ setaceæ.
Larva hexapoda, ovata, pilosa.
Pupa folliculata, quiescens.
Victus larvæ et imaginis e rapina insectorum minimorum, inprimis Aphidum.
Thorax rotundatus. Alæ deflexæ.

Perla tab. 10. fig. 17. 1. Hemerobius luteo-viridis, alis hyalinis: vasis viridibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 392. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 911. 2.
Geoffr. Ins. 2. tab. 13. fig. 6.
Roes. Ins. 3. tab. 21. fig. 4. 5.
Habitat in Europa, victitans Aphidibus.
Ova stipiti capillari insident.

albus. 2. Hemerobius albus, alis hyalinis, oculis æneis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 392. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 911. 3.
Habitat in Europæ plantis.
Præcedenti nimis affinis.

chrysops. 3. Hemerobius viridi nigroque varius, alis hyalinis maculis reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 393. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 912. 4.
Hemerobius viridi nigroque maculatus, alis nervis nigris. *Degeer. Ins.* 2. p. 708. 1. tab. 22. fig. 1.
Habitat in Europæ nemoribus.

phalænoides. 4. Hemerobius testaceus, alis basi mucronatis postice excisis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 393. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 912. 5.
Hemerobius testaceus, thorace angulato, alis latis postice excisis. *Degeer. Ins.* 2. p. 714. 4. tab. 22. fig. 12. 13.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 25. fig. 2.
Habitat in Europa.
Alæ testaceæ striga obliqua punctoque fuscis.

hirtus. 5. Hemerobius flavescens, alis albis, strigis fuscis.

scis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 393. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 912. 6.

Hemerobius griseus fusco-maculatus, alis albis punctis pilisque fuscis. *Degeer. Ins.* 2. p. 711. 2. tab. 22. fig. 4. 5.

Habitat in Europæ humulo, corylo.

6. Hemerobius alis albis, maculis fuscis, postice punctis sex distinctis, antennis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 394. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 913. 12. *6-punctatus.*

In Europæ hortis frequens.

7. Hemerobius apterus, ore rubro, oculis luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 394. *pulsatorius.*

Termes pulsatorium abdomine oblongo, ore rubro, oculis luteis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 101. 52.

Termes lignarium albidum, oculis maculisque abdominalibus rufis. *Degeer. Ins.* 7. p. 41. 1. tab. 4. fig. 1.

In Europa, et America frequens in domibus, invisus vestibus, herbariis, museis.

Femina horologii instar pulsatoria in ligneis festucis.

Alatum in herbario jamaicensi invenit cel. Schreber.

8. Hemerobius apterus, ore pallido, oculis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 395. *fatidicus.*

Termes fatidicum abdomine ovato, ore pallido, oculis fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1016. 3.

Habitat in Europa.

Præcedenti affinis, sed paullo major.

105. TERMES *Linn. Fabr.*

Palpi quatuor æquales, filiformes.

anteriores maxillæ:

posteriores labio adnati.

Mandibula brevis, cornea, crassa, dentata.

Maxilla cornea, compressa, incurva, dentata.

Labium porrectum, corneum, apice quadrifidum: laciniis linearibus, acutis.

Antennæ moniliformes.

Larva apoda, mollis, gregaria, lucifuga intra tubum cylindricum.

Pupa quiescens, immobilis.

Victus larvæ et imaginis e rebus cibariis, culinariis, domesticis fere omnibus.

Species omnes exoticæ sunt, optimeque a D. Smeathman descriptæ.

Apud nos quandoque occurrit Termitis species simillima illi quam describit cl. Adanson in itinere senegalensi, formicamque albam appellat. Magnitudo formicæ nigræ. Corpus cinereum, ore rubro, cylindros pennæ anserinæ crassitie ex argillæ particulis glutine connexis struens, intra quas gregatim excurrit. Fumo sulphuris nuper exturbavimus e vestibulo quodam Bibliothecæ selectissimæ excellentissimi Ducis Cassanensis.

106. MYRMELEON *Linn. Degeer. Fabr.*

Formicaleo *Geoffr.*

Palpi sex inæquales, porrecti, filiformes:
anteriores breviores maxillæ adhærentes:
medii vix longiores anteriorum basi inserti:
posteriores longissimi, articulis ultimis duobus extrorsum crassioribus, labii basi laterali adnati.

Man-

Mandibula exserta, cornea, arcuata.
Maxilla cornea, compressa, basi unidentata.
Labium porrectum, membranaceum, quadratum, truncatum, emarginatum.
Antennæ extrorsum crassiores.
Larva hexapoda, ovata, pilosa, maxillis exsertis, dentatis.
Pupa incurvata, quiescens intra glebam.
Victus larvæ et imaginis e rapina formicarum, aliorumque insectorum.

1. Myrmeleon alis griseis fusco-maculatis, corpore nigro flavoque variegato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 398. *libelluloides*.

Myrmeleon libelluloides alis nigro-punctatis maculatisque. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 913. 1.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 25. fig. 3.

Apud nos commune.

2. Myrmeleon alis fusco-nebulosis, macula alba marginali postica. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 398. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 914. 3. *formicarium*.

Formicaleo Geoffr. Ins. 2. p. 258. tab. 14. fig. 1.

In Europæ arenosis.

Larva retrograda sub fovea excavata latens formicas labentes devorat.

3. Myrmeleon alis immaculatis, corpore fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 399. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 914. 4. *formicalynx* tab. 4. fig. 3.

Myrmeleon immaculatum alis hyalinis, macula albida, corpore fusco maculis griseis. *Degeer. Ins.* 3. p. 564. 1. tab. 27. fig. 8.

Habitat in America, Africa, et in nostro Regno.

Antennæ clavatæ, uti optime monet Fabr.

107. ASCALAPHUS *Fabr.*
Myrmeleonis *Sp. Linn.*

Palpi sex subæquales, filiformes:
anteriores breviores maxillæ dorso:
medii longiores anteriorum basi inserti:
posteriores labii basi laterali adhærentes.
Mandibula cornea, arcuata, dentata.
Maxilla cornea, subarcuata, ciliata.
Labium porrectum, corneum, rotundatum.
Antennæ porrectæ, clavatæ.
Metamorphosis et victus ignorantur.

barbarus. 1. Ascalaphus alis reticulatis flavescente-hyalinis, maculis duabus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 399.
Myrmeleon barbarum alis hyalinis, antennis longitudine corporis, clava suborbiculata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 914. 5.
Specim. Ins. Cal. fig. 22.
Habitat in Europa autrali, Africa.
Antennæ longitudine corporis, clava compressa, truncata. Alæ hyalinæ reticulatæ, flavescentes, macula baseos apiceque nigris. Thorax flavo-maculatus.

italicus. 2. Ascalaphus alis anticis hyalinis: macula duplici baseos flava, posticis flavis basi atris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 400.
Myrmeleon longicorne alis flavis: maculis duabus nigris difformibus, antennis longitudine corporis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 914. 2.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 25. fig. 4.
Habitat in Italia.
Caput nigrum, hirtum pilis in medio atris, superne inferneque ferrugineis.

3. Asca-

3. Ascalaphus alis albis: macula marginali nigra, corpore variegato. *Fabr. Mantis.* 1. p. 250. *australis.*

Habitat in Europa australi: frequens in nostro Regno.

Antennæ longitudine corporis, nigræ, clava oblonga. Caput flavum fronte oculisque fuscis. Thorax et abdomen flavo fuscoque variegata. Alæ omnes albæ, reticulatæ, maculaque marginali ordinaria fusca. Pedes flavi, ungulis fuscis. Fabr.

108. PANORPA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Os porrectum in rostrum cylindricum, corneum.

Palpi quatuor, subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apici inserti.

Mandibula porrecta, cornea, arcuata.

Maxilla cornea, porrecta, apice truncata, bifida.

Labium elongatum, porrectum, corneum, fornicatum, totum os obtegens.

Antennæ filiformes.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e rapina reliquorum insectorum.

Os rostro corneo, porrecto. Alæ incumbentes. Cauda in mare chelata.

1. Panorpa alis æqualibus nigro-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 400. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 915. 1. *communis* tab. 4. fig. 4.

Panorpa flavo nigroque varia, alis nigro-maculatis. *Degeer. Ins.* 2. p. 733. tab. 24. fig. 3. 4.

Habitat in Europa, victitans rapina inprimis dipterorum.

Mas cauda chelifera, femina inermi.

2. Panorpa alis immaculatis, abdomine falcato, *tipularia.*

pedibus longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 401. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 25. fig. 7. 8.

Habitat in Europa australiori.

Figura Tipulæ, at hujus Generis character, et alæ quatuor.

109. RAPHIDIA *Linn. Ceoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor brevissimi, subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii apici inserti.

Mandibula cornea, compressa, arcuata, dentata.

Maxilla brevis, cornea, integra.

Labium breve corneum, rotundatum, integrum.

Antennæ porrectæ, filiformes.

Larva hexapoda, agilis, aptera; imagini simillima.

Pupa ignota.

Victus larvæ et imaginis e rapina aliorum insectorum.

Caput triangulare. Thorax elongatus.

ophiopsis. tab. 10. fig. 8.

1. Raphidia thorace cylindrico, alis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 402. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 916. 1.

Raphidia nigra, abdomine flavo-striato, thorace cylindrico. *Degeer. Ins.* 2. p. 742. tab. 25. fig. 4. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 25. fig. 9. *Roes. Ins.* 3. tab. 21. fig. 6. 7.

Habitat in Europæ pinetis.

Pupa agilis, currens, matri simillima, sed aptera.

110. CYNIPS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Diplolepis. *Geoffr.*

Palpi quatuor, breves, inæquales, subcapitati: *anteriores* longiores maxillæ dorso: *posteriores* labii apici inserti.

Mandibula cornea, arcuata, apice fissa.

Maxilla brevis, membranacea, unidentata, cum labio arcte connata.

Labium breve, corneum, cylindricum, integrum.

Antennæ porrectæ moniliformes.

Larva apoda, mollis, cylindrica, incurva, intra gallam plantarum.

Pupa quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

Victus e succo plantarum stillante e vulnere in gallam excrescente.

Abdomen subovale, compressum. Aculeus ani spiralis. Larvæ sunt caussæ gallarum.

1. Cynips nigra, abdomine ferrugineo postice nigro, pedibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 402. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 917. 1. *Rosæ.*

Diplolepis Bedeguaris niger, abdomine ferrugineo apice nigro, pedibus rufis. *Geoffr. Ins* 2. p. 310. 2.

Habitat in Bedeguar, sive spongia hispida rosæ.

2. Cynips fusca, thorace villoso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 403. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 917. 3. *Glechomæ.*

In Glechomæ hederaceæ gallis globosis, scabris foliorum.

3. Cynips nigra, antennarum basi pedibusque flavescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 403. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 917. 4. *Quercus baccarum.*

In gallis foliorum quercus pellucidis subglobosis, paginæ inferiori adhærentibus, magnitudine pisi, exiens æstate.

Quercus-folii. 4. Cynips nigra, thorace lineato, pedibus griseis, femoribus subtus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 403. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 918. 5.

In gallis foliorum quercus paginæ inferioris, avellanæ magnitudine.

Quercus inferus. 5. Cynips atra, antennis pedibusque pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 403. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 918. 6.

In gallis globosis, opacis, rubris foliorum quercus, paginæ inferiori innatis.

Alæ hyalinæ absque venis, aut puncto costali.

Quercus petioli. 6. Cynips nigra, pedibus albidis, femoribus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 918. 7.

In gallis utrinque convexis petiolorum quercus.

Quercus pedunculi. 7. Cynips grisea, alis cruce lineari. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 918. 8.

In quercus floribus masculis, gallis granulatis in catenas nodorum.

Quercus ramuli. 8. Cynips pallida, alis abdomineque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2 p. 918. 10.

In Gallis lanatis albis quercus ramulorum.

Fagi. 9. Cynips atra immaculata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 919. 12.

In gallis pyriformibus paginæ superioris fagi sylvaticæ foliorum.

viminalis. 10. Cynips flava, thorace nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 919. 13.

In Salicis viminalis foliis sub costa.

Capreæ. 11. Cynips viridis nitida, pedibus pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 919. 14.

Ha-

Habitat in Salicis gallis ferrugineis, hordeiformibus, foliis innatis, nec non in aliis ramorum excrescentiis.

12. Cynips atra, thoracis tergo virescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 405. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 919. 15. *Salicis strobili.*

In Salicis glabræ apicibus ramulorum strobiliformibus e foliolis.

13. Cynips nigra, pedibus pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 405. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 919. 16. *Amerinæ.*

In Salicis pentandræ gallis inæqualibus, ramos terminantibus.

14. Cynips Ficus Caricæ. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 405. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 919. 17. *Psenes.*

Habitat in grossis Ficus Caricæ, caprificationi favens.

III. TENTHREDO *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.* Crabro *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores porrecti maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti, labium includentes.

Mandibulæ exserta, cornea, arcuata, intus dentata.

Maxilla recta, porrecta, compressa, unidentata.

Labium porrectum, membranaceum, trifidum.

Antennæ modo clavatæ, modo filiformes, vel setaceæ.

Larva cylindrica, mollis, pedibus 16-20.

Pupa quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

Victus e foliis plantarum.

Crabro Geoffr. differt labio longiori, antennisque clavatis.

Ab-

Abdomen sessile, oblongum. Aculeus ani serratus, bivalvis, reconditus. Thorax antice æqualiter obtusus.

* *Antennis clavatis.*

femorata. 1. Tenthredo antennis clavatis luteis, corpore atro, femoribus posticis maximis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 405. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 920. 1.

Tenthredo nigra, antennis clavatis, abdominis basi macula flava, antennis pedibusque luteis. *Degeer. Ins.* 2. p. 944. tab. 34. fig. 3. 4.

Crabro totus niger, abdominis segmento primo ovatim margine inciso, lunula flava. *Geoffr. Ins.* 2. p. 263. 3. tab. 14. fig. 4.

Habitat in Europæ alno, salice.

Larva viridis linea dorsali cærulea, laterali flava.

lucorum. 2. Tenthredo antennis clavatis nigris, corpore villoso atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 406. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 921. 6.

Habitat in betula, alno.

lutea. 3. Tenthredo antennis clavatis luteis, abdominis segmentis plerisque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 406. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 921. 3.

Tenthredo brunnea, antennis clavatis, abdomine flavo nigro-striato fasciatoque. *Degeer. Ins.* 2. p. 934. 1. tab. 33. fig. 8-16.

Roes. Ins. 2. *Vesp.* tab. 13.

Habitat in salice, alno, betula.

Larva glabra, viridis, linea dorsali nigra.

Americana. 4. Tenthredo antennis clavatis, corpore cinereo, abdomine subtus rufo, labio albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 406. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 921. 4. *Scop. Ent. Carn.* 720.

Tenthredo nigra, antennis clavatis, abdomine late-

lateribus subtusque rufo, pedibus testaceis. *Degeer. Ins.* 2. p. 948. 3. tab. 33. fig. 20.

In Salice.

Larva rugosa viridis albo-irrorata.

5. Tenthredo antennis clavatis apice lutescentibus, corpore nigro, abdominis segmentis posterioribus margine albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 406. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 920. 2. *marginata.*

Habitat in Europa.

6. Tenthredo antennis clavatis, abdomine supra nigro, lateribus rufis, femoribus posticis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 407. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 921. 5. *vitellina.*

In betula, salice.

Antennæ flavæ, apice nigræ.

Larva virescens per hiatum ante anum tamquam e siphone aquam exspuit.

7. Tenthredo antennis clavatis luteis, thorace atro, abdomine æneo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 407. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 921. 8. *sericea.*

Tenthredo viridis nitida, tibiis flavis, antennis clavatis novem-articulatis, alis flavescentibus macula fusca. *Degeer. Ins.* 2. p. 1016. 26. tab. 38. fig. 34.

β. *Tenthredo nitens* antennis clavatis luteis, abdomine viridi-cærulescente, nitente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 922. 10. Femina,

Habitat in Europæ betula.

Larva brevis, viridis, lineis duabus flavis, capite cinereo, fascia brunnea.

** *Antennis exarticulatis extrorsum crassioribus.*

8. Tenthredo antennis clavato-filiformibus exarticula- *ustulata.*

culatis, corpore nigro, abdomine cærulescente, tibiis pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 407. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 922. 13.

Tenthredo violacea nitida, antennis clavatis novem articulatis nigris, alis fusco-hyalinis. *Degeer. Ins.* 2. p. 1018. 27. tab. 39. fig. 19 20.

Habitat in Europæ rosa canina.

Larva viridis lineis duabus albis, capite testaceo, fascia obscura.

enodis. 9. Tenthredo antennis clavato-filiformibus exarticulatis, corpore atro-cærulescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 922. 11.

Tenthredo violacea, antennis clavatis triarticulatis. *Degeer. Ins.* 2 p. 1025. 29. tab. 40. fig. 6.

Habitat in Europæ salice.

Larva viridis nigro punctata linea laterali rugosa flava, cauda acuta.

*** *Antennis pectinatis.*

juniperi. 10. Tenthredo antennis pennatis obtusis, thorace glabro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 409. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 923. 15.

Tenthredo pterophorus. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 26. fig. 5. 6.

Habitat in Junipero.

Larva viridis nigro-punctata.

Pini. 11. Tenthredo antennis pennatis lanceolatis, thorace subvilloso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 409. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 922. 14.

Tenthredo nigra, antennis uno versu pectinatis, tibiis tarsisque flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 286. 33. *Degeer. Ins.* 2. tab. 36. fig. 13-18.

Habitat in Pino Europæ frequens.

**** *Antennis filiformibus, articulis 7-9.*

12.

12. Tenthredo antennis septemnodiis luteis, abdomine cingulis quinque flavis, primo remotiore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 409. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 923. 17. *Scrophulariae*. tab. 4. fig. 5.

Tenthredo nigra, segmentorum abdominalium marginibus, excepto secundo et tertio flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 277. 13.

Habitat in Scrophulariis Europæ.

Larva 22-poda, nivea, nigro-punctata.

13. Tenthredo antennis septemnodiis, corpore variegato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 409. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 924. 21. *Salicis*.

Tenthredo antennis filiformibus novem-articulatis, corpore pedibusque flavis, capite, thorace, antennisque nigris. *Degeer. Ins.* 2. p. 991. 14. tab. 37. fig. 19. 20.

Habitat in populo, salicibus.

Larva per phalanges parallelas pascens, plana, hirsuta, flava, lineis utrinque duabus lateralibus e punctis nigris, capite nigro.

14. Tenthredo antennis septemnodiis flava, capite caudaque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 410. *flavicornis*.

Habitat in Germania, et in Italia.

Magnitudo præcedentis. Caput atrum antennis flavis. Thorax niger disco flavo. Abdomen subpellucidum, flavum, apice nigrum. Alæ hyalinæ apice fuscescentes. Pedes flavi. Fabr.

15. Tenthredo antennis semptemnodiis, corpore nigro, scutello pedibusque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 410. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 923. 20. *Geoffr. Ins.* 2. p. 286. 32. *Cerasi*.

Tenthredo antennis filiformibus novemarticulatis nigra, pedibus brunneis, alis fuscis. *Degeer. Ins.* 2. p. 1007. 23. tab. 38. fig. 22-24. Ha-

Habitat in Cerasi foliis. *Larva* gelatinosa, nigra.

ovata. 16. Tenthredo antennis septemnodiis, corpore atro, thorace rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 924. 28.
Degeer. Ins. 2. tab. 35. fig. 10.

Habitat in Europa, alni folia exedens.

Pedes antici pallidiores.

Larva virescens, pulvere albido farinaceo tecta.

Pupa intra folliculum duplicem.

Alni. 17. Tenthredo antennis semptemnodiis, corpore atro, capite thoraceque rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 925. 29.

Habitat in alni foliis.

Antennæ nigræ. Pedes antici testacei. Abdomen atrum; violaceo colore nitidum.

Abietis. 18. Tenthredo antennis septemnodiis, corpore nigro, abdominis segmentis quatuor ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 923. 18.

Tenthredo nigra, abdominis medio ferrugineo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 285. 29.

Habitat in pino, abiete.

livida. 19. Tenthredo antennis septemnodiis, corpore atro, antennis ante apicem albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 412. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 925. 33.

Tenthredo nigra, antennarum apice albo, abdominis basi macula utrinque alba, apice fulvo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 282. 22.

Habitat in Europa.

Variat abdomine toto atro, et supra infraque livido.

albicornis. 20. Tenthredo antennis septemnodiis apice albis atra, tibiis testaceis, alis apice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 412.

Ha-

Habitat in Italia.

Magna et brevis. Antennae apice albae. Corpus atrum, immaculatum. Pedes testacei femoribus nigris. Alae albidae costa testacea apiceque fusca. Fabr.

21. Tenthredo antennis septemnodiis, corpore atro, pedibus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 412. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 924. 26. *Geoffr. Ins.* 2. p. 283. 25. *atra.*

Habitat in Europæ plantis.

22. Tenthredo antennis septemnodiis nigra, abdominis cingulo, tibiisque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 412. *cincta.*

Tenthredo bicincta antennis septemnodiis, corpore atro, abdominis cingulo, ano, ore, tibiisque flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 925. 31.

β. *Tenthredo livida* antennis septemnodiis, corpore atro, abdominis cingulo albo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 925. 32.

Habitat in Europa.

23. Tenthredo antennis septemnodiis nigra, abdomine cingulis tribus flavis, posticis duobus interruptis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 413. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 923. 16. *rustica.*

Tenthredo nigra, antennis filiformibus novem articulatis, abdomine cingulis flavis, pedibus luteis. *Degeer. Ins.* 2. p. 951. 4. tab. 34. fig. 15. *Geoffr. Ins.* 2. tab. 14. fig. 5.

Habitat in Europæ caprifolio.

Larva cinerea, maculis dorsalibus triangularibus brunneis.

24. Tenthredo antennis septemnodiis nigra, abdomine flavo, alarum anteriorum costa nigra. *Fabr.* *Rosæ.*

Fabr. Sp.Ins. 1.p.413. *Linn.Syst.Nat.*2.p.925.30.

Tenthredo flava, antennis clavatis triarticulatis, corpore thoraceque nigris, alis anticis nigromarginatis. *Degeer. Ins.*2. p.1021. 28.tab.39.fig.27.

Habitat in Europæ rosis.

Variat colore thoracis: interdum toto nigro; interdum flavo-maculato.

Larva flava, nigro-punctata.

Capreæ. 25. Tenthredo antennis septemnodiis flava, capite thorace abdomineque supra nigris, alis puncto flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.414. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 928. 55.

Tenthredo novemnodia flava, capite thoraceque supra nigro. *Geoffr. Ins.* 2. p. 281. 20.

Degeer. Ins. 2. tab. 38. fig. 1. Larva.

Habitat in salicibus, ribe.

Larva cyanea, segmentis tribus ultimisque fulvis, maculis nigris ordinibus novem. Destruit quotannis ribem rubram et grossulariam, intacta ribe nigra.

***** *Antennis setaceis, articulis plurimis.*

erythrocephala. 26. Tenthredo antennis setaceis, corpore cæruleo, capite rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 416. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 926. 40.

Degeer. Ins. 2. tab. 40. fig. 19.

Habitat in pino sylvestri.

Mas ater, ore tibiisque anticis luteis.

sylvatica. 27. Tenthredo antennis setaceis, corpore nigro, pedibus thoraceque characteribus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 416. *Linn.Syst.Nat.*2.p. 926.41.

Tenthredo nigra, pedibus rufis, antennis setaceis flavis, articulis triginta. *Degeer. Ins.* 2.p.1040. 36. tab. 40. fig. 23.

In

In Europa.

28. Tenthredo antennis setaceis, corpore atro, pedibus ferrugineis, posticis albo nigroque annulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 416. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 927. 43. *Cynosbati.*
Geoffr. Ins. 2. p. 287. 36.

Habitat in Europæ rosa.

29. Tenthredo antennis setaceis atro-cærulescens, ore palpis tibiisque anticis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 417. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 927. 44. *Populi.*

Habitat in Europæ populo.

30. Tenthredo antennis setaceis, corpore rubro, thorace, ano, oculisque nigris, alis postice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 417. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 927. 47. *Betulæ.*

Habitat in Europæ betula.

31. Tenthredo antennis setaceis, corpore nigro, abdomine luteo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 417. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 927. 48. *saltuum.*

In Europa.

32. Tenthredo antennis setaceis flava, macula alarum ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 417. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 927. 49. *flava.*

In Europa.

112. SIREX *Linn. Degeer. Fabr.*
Uroceros *Geoffr.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores brevissimi, filiformes maxillæ dorso:
posteriores porrecti, longiores, extrorsum crassiores, labii apici inserti.

Mandibula brevis, crassa, cornea, denticulata.

Maxilla brevis, incurva, membranacea, ciliata.

Labium breve, membranaceum, integrum.

Antennæ setaceæ.

Larva hexapoda, mollis, cylindrica, capite rotundato.

Pupa folliculata, quiescens, imagini simillima, alarum tantum rudimentis.

Victus larvæ ex arborum ligno: imaginis e florum nectare.

Antennæ setaceæ. Thorax antice lunatus. Abdomen sessile, mucronatum. Aculeus exsertus sub abdominis spina terminali.

gigas. 1. Sirex abdomine basi apiceque flavo, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 418.

Sirex gigas abdomine ferrugineo, segmentis 3.6. nigris, thorace villoso. *Linn. Syst. Nat.* 2.p.928.1.

Degeer. Ins. 1. tab. 36. fig. 1. 2.

Uroceros Geoffr. Ins. 2. p. 265. tab. 14. fig. 3.

Habitat in Europæ arboribus coniferis.

spectrum. 2. Sirex abdomine atro, thorace villoso, litura ante alas lutea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.419. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 929. 3.

Degeer. Ins. 1. tab. 36. fig. 6.

Habitat in Europæ lignis putridis.

juvencus. 3. Sirex abdomine atro-cærulescente, thorace villoso unicolore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 419. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 929. 4.

Degeer. Ins. 1. tab. 36. fig. 7.

Habitat in Europæ sylvis.

Aculeus corniculo sesquilongior. Pedes rufi.

Variat antennis nigris et flavis.

camelus. 4. Sirex abdomine atro: lateribus albo-maculatis, thorace lævi. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 420. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 929. 5.

Ha-

Habitat in Europæ ligno putrido.

5. Sirex abdomine testaceo, segmentis duobus ultimis nigris, thorace villoso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 420. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 929. 6. *Cyrill. Spec.* 1. *Ent. Neap.* tab. 1. fig. 1. *mariscus.*

In Europæ sylvis passim occurrit.

Aculeus omnino nullus, Corniculus brevissimus, acuminatus.

6. Sirex abdomine compresso nigro, punctis duobus, fasciisque tribus luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 420. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 929. 7. *pygmæus.*

Habitat in Europa.

Antennæ extrorsum subcrassiores fere longitudine corporis.

113. ICHNEUMON *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Mutillæ *Sp. Linn.*

Palpi quatuor porrecti inæquales, filiformes: *anteriores* longiores maxillæ dorso: *posteriores* labii medio laterali inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla recta, membranacea, bifida, unidentata.

Labium porrectum, corneum, cylindricum, apice membranaceum, emarginatum.

Antennæ setaceæ.

Larva apoda, mollis, cylindrica.

Pupa mox nuda, mox folliculata quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

Victus larvæ e succo animalium, intra corpora eorum inhabitantis: imaginis e nectare florum.

Abdomen petiolatum, elongatum. Aculeus exsertus, bivaginatus.

* *Scutello albido, antennis albo-annulatis.*

sugillatorius. 1. Ichneumon scutello flavicante, thorace immaculato, abdomine atro: segmentis duobus utrinque puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 420. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 930. 1.

Ichneumon niger, pedibus ferrugineis; thoracis apice, maculisque abdominis quatuor albis, antennarum medio albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 345. 54.

Ichneumon dubitatorius. Sulzers. Hist. Ins. tab. 26. fig. 11.

Habitat in Europa.

Pedes quandoque nigri. Abdominis segmenta duo prima utrinque puncto albo.

raptorius. 2. Ichneumon scutello albo, thorace immaculato, abdominis segmento secundo, tertio, quartoque luteis, reliquis apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 421. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 930. 2.

Ichneumon niger, abdomine antice ferrugineo, postice nigro, punctis tribus albis, thoracis apice annuloque antennarum albis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 342. 49.

Habitat in Europa.

Ultima abdominis segmenta terminantur puncto dorsali albo. Femora posteriora quatuor nigra.

sarcitorius. 3. Ichneumon scutello albido, thorace immaculato, abdominis segmento tertio posterius, secundoque ferrugineis, sexto flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 421. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 930. 3.

Habitat in Europa.

extensorius. 4. Ichneumon scutello flavicante, thorace immaculato, abdominis segmento secundo tertioque ferrugineis, ultimis apice albidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 421. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 930. 4.

Ha-

Habitat in Europa.

5. Ichneumon scutello flavicante, thorace maculato, abdominis tribus ultimis segmentis macula dorsali alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 421. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 930. 5. *quasitorius.*

In Europæ hortis.

6. Ichneumon scutello flavicante, thorace immaculato, abdominis segmento secundo tertioque ferrugineis, reliquis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 421. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 6. *culpatorius.*

In Europa.

7. Ichneumon scutello flavo, thorace maculato, abdominis segmentis margine flavis, pedibus flavis, femoribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 422. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 7. *infractorius.*

Habitat in Europa.

8. Ichneumon scutello albo, thorace immaculato, abdomine nigro apice albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 422. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 9. *Degeer. Ins.* 1. tab. 23. fig. 16. *saturatorius.*

Habitat in Europæ hortis.

9. Ichneumon scutello albo, corpore atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 422. *molitorius.*

Ichneumon molitorius scutello albo, thorace immaculato, abdominis apice tibiarumque basi albis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 10.

In Europa.

Pedes colore variant, mox nigri, mox rufi, mox nigri tibiis basi albis.

10. Ichneumon scutello albo, thorace lineato, abdomine testaceo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 260. *pisorius.*

Ichneumon pisorius scutello flavicante, thorace maculato, abdomine toto luteo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 12.

Habitat in Europa.

Magnus. Caput nigrum orbita oculorum alba. Thorax niger antice utrinque linea marginali punctoque sub alis albis. Abdomen testaceum petiolo nigro. Pedes testacei femoribus nigris. Fabr.

crispatorius. 11. Ichneumon scutello albo, thorace immaculato, abdomine luteo apice nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 422. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 11.

Habitat in Europa.

** *Scutello albo, antennis nigris totis.*

luctatorius. 12. Ichneumon scutello albo, thorace maculato, abdominis segmento secundo tertioque luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 423. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 931. 13.

Ichneumon niger, fronte, thoracis apice, tibiis ex parte, abdominisque medio flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 347. 59.

Habitat in Europa.

volutatorius. 13. Ichneumon scutello flavicante, thorace maculato, abdominis segmentis omnibus margine flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 423. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 932. 14.

Habitat in Europa.

Pedes rufi.

vaginatorius. 14. Ichneumon scutello albo, thorace maculato, abdomine nigro, fasciis quinque albis, tertia interrupta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 423.

Ichneumon vaginatorius scutello flavicante, thorace maculato, abdominis segmentis margine flavis, primo quintoque unicolore. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 932. 15.

In Europa.

Primum segmentum punctis duobus albis. Pedes rubri, postici nigro fasciati.

15.

15. Ichneumon scutello albo, thorace maculato, abdominis segmentis omnibus utrinque punctis duobus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 424. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 932. 16. *persuasorius.*

Degeer. Ins. 1. tab. 36. fig. 8.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 26. fig. 12.

Habitat in Europæ hortis.

Niger: lineola alba ante et pone oculos. Thorax utrinque lituris tribus albis. Pedes ferruginei. Tibiæ posticæ nigræ.

16. Ichneumon scutello flavicante, thorace maculato, abdomine atro, segmentis primis quatuor utrinque puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 424. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 932. 18. *designatorius.*

In Europæ hortis.

Rudimentum annuli albi in antennis. Pedes postici nigri.

17. Ichneumon scutello flavicante, thorace maculato, abdomine luteo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 424. *fuscus Linn. Syst. Nat.* 2. p. 933. 21. *fusorius.*

Habitat in Europæ sylvis.

18. Ichneumon scutello flavicante, thorace lineato, abdomine toto pedibusque luteis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 262. *lutorius.*

Habitat in Italia.

Distinctus a præcedenti. Caput flavum vertice nigro. Antennæ nigræ basi flavæ. Thorax niger antice lineis quatuor flavis, quæ per paria coeunt. Abdomen et pedes lutea. Fabr.

19. Ichneumon scutello flavicante, thorace maculato, punctis utrinque tribus, abdomine toto atro, tibiis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 425. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 932. 20. *deliratorius.*

Habitat in Europa.

fossorius. 20. Ichneumon scutello flavicante, thorace immaculato, abdomine atro, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 425. *Linn. Syst. Nat.* 2 p. 933. 22.

In Europa.

*** *Scutello thorace concolore antennis fascia annulatis.*

reluctator. 21. Ichneumon niger, abdomine medio piceo, tibiis anticis clavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 426. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 933. 27.

Habitat in Europa.

Aculeus longitudine fere corporis, ruber.

comitator. 22. Ichneumon ater totus, antennis fascia alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 426. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 933. 24.

Ichneumon totus ater, antennis medio albis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 338. 39.

Degeer. Ins. 1. tab. 24. fig. 10.

Habitat in Europa.

migrator. 23. Ichneumon niger, abdomine ferrugineo apice nigro, antennis fasciatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 427.

Ichneumon niger, abdomine ferrugineo apice nigro, tibiis antennisque annulo albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 343. 50.

Habitat in Europa.

profligator. 24. Ichneumon niger, abdomine ferrugineo, petiolo nigro, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 427.

Ichneumon niger, abdomine toto ferrugineo, antennis annulo albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 341. 46.

In Europa australiori.

Pedes postici nigro-varii. Variat rarius pedibus nigris.

25.

25. Ichneumon niger, abdomine ferrugineo, apice nigro, macula alba, alis hyalinis, antennis fasciatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 427. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 933. 26. *incubitor.*

Ichneumon niger addomine ferrugineo apice nigro, antennis annulo albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 341. 48. tab. 16. fig. 1.

Habitat in Europa.

**** *Scutello thorace concolore, antennis nigris totis.*

26. Ichneumon luteus, alis fuscis, fascia alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 427. *desertor.*

Ichneumon desertor corpore luteo, alis fuscis, fasciis duabus albis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 334. 29.

In Europæ floribus.

27. Ichneumon ater, abdominis segmento secundo tertioque fulvis, alis atris, macula costali testacea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 429. *arrogator.*

Habitat in Italia.

Magnus. Ater immaculatus. Abdominis segmentum secundum, tertiumque rufum. Alæ atræ nitidæ macula parva costali testaceæ.

28. Ichneumon ater, alis nigris, lunula hyalina, abdomine coccineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 429. *denigrator.*

Ichneumon denigrator corpore atro, alis nigris, lunula hyalina, abdomine testaceo subsessili. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 28.

Ichneumon incertus. Sulzers. Hist. Ins. tab. 26. fig. 16.

Habitat in Europæ hortis.

29. Ichneumon corpore artubusque atris, alis fusco-hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 430. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 31. *coruscator.*

In

In Europa.

fasciator. 30. Ichneumon ater, abdomine fasciis tribus albis, alis apice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 430.

Habitat in Italia.

Parvus. Corpus nigrum, immaculatum, abdomine solo fasciis tribus albis, quarum prima interrupta, tertia remota fere analis. Fabr.

rutilator. 31. Ichneumon niger, antennis subtus, abdomine pedibusque quatuor anticis rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 430. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 30.

Habitat in Europa.

manifestator. 32. Ichneumon ater immaculatus, abdomine sessili cylindrico, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 430. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 32.

Ichneumon ater, pedibus rufis, setis ani corpore duplo longioribus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 323. 5. *Degeer. Ins.* 1. tab. 36. fig. 9.

In Europæ locis glareosis.

compunctor. 33. Ichneumon ater, ore pedibusque rufis, abdomine petiolato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 431.

Ichneumon compunctor corpore atro immaculato, abdomine subpetiolato longo, pedibus rufis, palpis setaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 33.

Frequens in papilionum pupis.

delusor. 34. Ichneumon niger, abdomine ferrugineo basi apiceque nigro, pedum posticorum patelliis solis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 431. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 34.

In Europæ nemoribus.

titillator. 35. Ichneumon corpore nigro, abdomine ferrugineo basi apiceque nigro, pedibus posticis nigris, plantis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 431. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 934. 35.

In

In Europa.

36. Ichneumon niger, abdomine subfalcato basi subtus incarnata, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 432. *venator.*

Ichneumon venator corpore atro immaculato, abdominis basi subtus incarnata, pedibus rufis, aculeo retractili. *Linn. Syst. Nat.* 2.p.935.36.

Habitat in Europa.

37. Ichneumon ater, abdomine clavato fornicato immaculato, tibiis rufis. *Fabr. Sp.Ins.*1.p.432. *fornicator.*

Habitat in Italia.

Magnitudo Ichn. venatoris. Corpus totum atrum. Abdomen apice incrassatum subtus fornicatum. Pedes rufi, plantis posticis nigris. Fabr.

38. Ichneumon niger, abdomine subcylindrico, pedibus rufis, aculeo corpore longiori. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 432. *extensor.*

Ichneumon extensor corpore nigro immaculato, abdomine cylindrico, pedibus rufis, palpis setaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 935. 37.

Ichneumon linearis, antennis longitudine corporis, tentaculis setaceis, femoribus clavatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 359. 86.

Habitat in Europa.

39. Ichneumon niger, pedibus rufis, tibiis posticis nigris albo-annulatis. *Fabr.Sp.Ins.*1.p.432. *Turionellæ.*

Ichneumon Turionellæ niger, abdomine cylindrico, macula alarum fusca albæ inserta, tibiis posterioribus albo-annulatis. *Linn. Syst. Nat.* 2.p. 935. 40.

Habitat in Phalænarum larvis.

Antennæ longitudine corporis. Aculeus abdomine brevior.

40.

trobilellæ. 40. Ichneumon niger, aculeo corpore duplo longiore, pedibus lutescentibus, postica tibia digitoque nigris albo annulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 433. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 935. 41.

Habitat in larvis Tineæ strobilellæ.

moderator. 41. Ichneumon niger, abdomine petiolato compresso, pedibus pallidis, aculeo corpore subbreviore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 433. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 935. 42.

Habitat in larva Ichneumonis strobilellæ, qua consumpta folliculum cranio superstiti inædificat.

Resinellæ. 42. Ichneumon niger, pedibus flavis, abdomine sessili cylindrico incurvo, antennis basi luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 433. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 936. 43.

Habitat in Phalænæ resinellæ larvis.

Angustus, oblongus. Antennæ corpore longiores basi flava.

prærogator. 43. Ichneumon niger abdomine oblongo obtuso, ore pedibusque pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 433. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 936. 44.

Habitat in Bombycis salicis larvis.

Antennæ vix corporis longitudine, nec basi flavæ.

gravidator. 44. Ichneumon niger, abdominis primo segmento ferrugineo, abdomen dimidium obtegente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 434. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 936. 48.

Habitat in Europa.

inculcator. 45. Ichneumon niger, abdomine falcato toto ferrugineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 434. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 936. 49.

Ichneumon niger, pedibus abdomineque ferrugineis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 357. 80.

In

In Europa.

46. Ichneumon thorace immaculato, abdomine falcato rufo basi apiceque nigro, pedibus tenuibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 434. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 936. 50. *pugillator.*

Ichneumon niger, abdomine falcato, pedibus abdominisque medio flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 332. 24.

Habitat in Bombycis ziczac larvis.

Frons macula flava, aut albida.

47. Ichneumon ater, alis anticis apice nigris, puncto albo, abdomine clavato, apice macula villosa aurea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 434. *irrorator.*

Ichneumon ater, alis extremo fuscis, abdominis apice villoso ferrugineo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 337. 36.

In Europa australiori.

48. Ichneumon niger, pedibus ferrugineis, femoribus clavatis, posticis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 434. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 937. 51. *ruspator.*

Ichneumon niger, pedibus ferrugineis, femoribus posticis crassis denticulo armatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 326. 12.

Habitat in Europa.

49. Ichneumon niger, abdomine falcato medio rufo, tibiis posticis clavatis basi apiceque albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 435. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 937. 52. *jaculator.*

Ichneumon totus niger, tibiis posticis clavatis, abdomine longo, tenui, falcato. *Geoffr. Ins.* 2. p. 328. 16.

Degeer. Ins. 1. tab. 36. fig. 10.

Habitat in Apum, Sphegumque larvis.

50. Ichneumon niger, abdomine falcato, maculis *affectator.*

lis tribus lateralibus rufis, tibiis posticis clavatis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 435. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 937. 53.

Ichneumon niger, tibiis posticis clavatis, abdomine tenui falcato circa medium fulvo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 329. 17.

Habitat in Europa.

necator. 51. Ichneumon niger, abdomine flavo apice nigro, pedibus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 435. *Roes. Ins.* 2. *Vesp.* 4. tab. 4.

Habitant hujus larvæ in Phalænarum larvis, quas folliculis associatis, numerosis, albis obtegunt.

***** *Antennis luteis.*

luteus tab. 4. fig. 6. 52. Ichneumon luteus, thorace striato, abdomine falcato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 435. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 937. 55.

Ichneumon corpore luteo falcato, oculis viridibus nitidis. *Degeer. Ins.* 2. p. 850. 5. tab. 29. fig. 16. 17.

Ichneumon luteus totus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 330. 21.

Habitat in Europæ larvis.

glaucopterus. 53. Ichneumon luteus, pectore nigro, abdomine falcato, ano nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 436. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 938. 57.

Habitat in Europa.

circumflexus. 54. Ichneumon niger, abdomine falcato antice flavo, pedibus posticis nigro-geniculatis, scutello flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 437. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 938. 59.

Habitat in Europa.

cinctus. 55. Ichneumon ater, antennis pedibusque ferrugineis, alis albis, fasciis duabus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 437. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 938. 60.

Ichneu-

Ichneumon niger, alis albis, fascia duplici nigra, posteriore majore. *Geoffr. Ins.* 2. p. 359. 85.
Habitat in Europæ hortis.

****** Minuti. *Antennis filiformibus. Abdomine ovato, sessili.*

56. Ichneumon auratus, abdomine ferrugineo apice cyaneo. *Fabr. Mantis.* 1. p. 269. *semiauratus.*
Chrysis semiaurata. Fabr. Sp. Ins. 1. p. 457. 17.
Sphex semiaurata viridis, nitida, abdomine ferrugineo apice nigro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 946. 35.
Vespa thorace capiteque rubro cupreo, abdomine rufo pone nigro. *Geoffr. Ins.* 2. p. 384. 24.
Habitat in Europa.

57. Ichneumon auratus, pedibus flavis saltatoriis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 938. 62. *muscarum.*
Degeer. Ins. 1. tab. 32. fig. 19. 20.
Habitat in larvis Muscarum aphidivorarum.

58. Ichneumon viridis nitens, abdomine aureo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 939. 63. *Bedeguaris.*
Roes. Ins. 3. tab. 53. fig. F. H.
Habitat in larvis gallarum rosæ, quercus.

59. Ichneumon fusco-æneus, abdomine nigro, tibiis pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 939. 64. *gallarum.*
Habitat in Cynipedis quercus larvis.

60. Ichneumon auratus viridis, antennis nigris, alis hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 939. 65. *juniperi.*
Habitat in Tipulæ juniperinæ larva.

61. Ichneumon auratus cæruleus, abdomine viridi nitido, pedibus pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 438. *Puparum.*

p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 939. 66.
Roes. Ins. 2. *Vesp.* tab. 3.

Habitat in Pupis papilionum et muscarum, quibus nuper exuta larva ova imponit.

Larvarum. 62. Ichneumon auratus viridis, abdomine nigro, macula dorsali purpurascente, pedibus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. 2. p. 939. 67.

Habitat in Phalænarum larvis.

Cynipedis. 63. Ichneumon auratus viridis, abdomine fusco, basi cingulo pallido, pedibus flavescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 439. 68.

Habitat in Cynipedum, et Phalænarum larvis.

Coccorum. 64. Ichneumon nigro-æneus, abdomine cærulescente, pedibus lividis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 939. 69.

Habitat in Europæ Coccis.

secalis. 65. Ichneumon niger, capite rufo, oculis viridibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 939. 70.

Habitat in larvis spicarum secalis.

subcutaneus. 66. Ichneumon niger, alis hirsutis, macula lunari nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 940. 71.
Degeer. Ins. 1. tab. 30. fig. 21.

Habitat in larvis subcutaneis.

globatus. 67. Ichneumon niger, pedibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 940. 74.
Ichneumon serico conglobato albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 320. 1.

Habitat in culmis intra folliculum communem, bombycinum, subrotundum, album.

68.

68. Ichneumon niger, pedibus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 440. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 940. 75. *glomeratus.*
Degeer. Ins. 1. tab. 16. fig. 6.
Roesel. Ins. 2. *Vesp.* tab. 3. a. b.

Habitat in Papilionum larvis. Exeuntes proprios folliculos flavos nectunt, intra quos excluduntur.

69. Ichneumon niger; abdominis basi, pedibus anticis, genubusque posticis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 440. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 940. 72. *Aphidum.*

Habitat in Europæ Aphidibus.

70. Ichneumon niger, pedibus rufis, antennis filiformibus longis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 440. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 940. 73. *Ovulorum.*
Degeer. Ins. 1. tab. 35. fig. 11. 12. 13.

Habitat in ovis Glossatorum.

71. Ichneumon ater, antennis ramosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 441. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 941. 77. *pectinicornis.*
Degeer. Ins. 1. tab. 35. fig. 3. 4. 5.

Habitat in larvis subcutaneis quercus.

72. Ichneumon viridis, antennis ramosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 441. *ramicornis.*

Eulophus. Geoffr. Ins. 2. p. 312. tab. 15. fig. 3.

Habitat in Phalænarum larvis.

Singularis est ob antennas ramosas.

114. EVANIA *Fabr.*

Sphegis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores longiores filiformes, maxillæ dorso:
posteriores incurvi, articulo tertio quadrato, labii medio inserti.

Mandibula brevis, cornea, unidentata.

Maxilla brevis, membranacea, compressa, integra.

Labium breve, corneum, conicum, apice membranaceum.

Antennæ filiformes.

Metamorphosis et victus ignorantur.

appendigaster. 1. Evania atra, abdomine petiolato brevissimo; dorso thoracis imposito. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 442.

tab. 4. fig. 7. *Sphex appendigaster. Linn. Syst. Nat.* 2. p. 943. 12. Apud nos frequentissima.

Corpus atrum. Thorax postice retusus. Abdomen ovatum, compressum, minimum, petiolo dorso thoracis adnexum. Alæ hyalinæ, deflexæ, breves.

115. CHALCIS. *Fabr.*

Sphegis *Sp. Fabr. Linn.*

Palpi quatuor æquales.

Antennæ breves, cylindricæ, fere fusiformes: articulo primo subcrassiore.

sispes. 1. Chalcis nigra, abdominis petiolo femoribusque posticis incrassatis flavis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 272.

Sphex sispes. Linn. Syst. Nat. 2. p. 943. 13.

Sphex nigrifex. Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 1.

Habitat in Europa australiori.

minuta. 2. Chalcis atra, femoribus posticis incrassatis apice flavis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 272.

Vespa minuta atra, geniculis pedum luteis, femoribus posticis ovatis subtus muricatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 952. 28.

Habitat in Europa.

punctata. 3. Chalcis flava nigro-punctata, femoribus posticis clavatis dentatis, abdomine conico. *Fabr. Mantis.* 1. p. 272.

Sphex

Sphex punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 446.
Habitat in Europa.

116. SPHEX *Linn. Fabr. Degeer.*
Ichneumonis *Sp. Geoffr.*

Os lingua inflexa, trifida.
Palpi quatuor subæquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.
Mandibula cornea, crassa, arcuata, dentata.
Maxilla porrecta, cornea, compressa, integra.
Labium porrectum, corneum, emarginatum, utrinque seta instructum.
Antennæ breves, convolutæ, setaceæ, 11-articulatæ.
Larva apoda, mollis, vesiculosa, intra corpora insectorum latitans.
Pupa quiescens, imagini simillima, solis alarum rudimentis.
Victus larvæ e succo insectorum: imaginis e floribus.
Aculeus punctorius. Alæ planæ subincumbentes. Oculi ovati.

* *Abdomine petiolato*.

1. Sphex nigra hirta, abdominis petiolo biarticulato, segmento secundo tertioque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 442. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 941. 1. *sabulosa*.
Ichneumon niger, abdomine fulvo postice nigro, petiolo longissimo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 349.63. *Degeer. Ins.* 2. tab. 28. fig. 7.
Habitat in terra sabulosa, ubi canis instar pedibus anterioribus cuniculum fodit, larvamque

Phalænæ, sive Araneam semimortuam in eo sepelit, cui ovulum concredit; quo facto orificium terra claudit. *Linn.*

Alæ abdomine dimidio breviores. Abdominis segmentum secundum et tertium lutea in femina, sed nigra a tergo in mare.

femorata. 2. Sphex cyanea, abdomine atro, femoribus posticis rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 443.

Habitat in Italia.

Media. Caput cyaneum antennis nigris. Thorax cyaneus, nitidus. Abdomen petiolatum, atrum, nitidum. Alæ subferrugineæ. Pedes nigri femoribus posticis rufis.

spirifex tab. 4. fig. 8. 3. Sphex atra, thorace hirto immaculato, petiolo uni-articulato flavo longitudine abdominis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 445. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 942. 9.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 2.

β. *Sphex ægyptia* nigra, petiolo abdominis pedumque articulis dimidiatis flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 942. 10.

Apud nos frequentissima in cylindris spiralibus sub tectis.

** *Abdomine sessili.*

fusca. 4. Sphex glabra atra, abdomine basi ferrugineo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 447.

Sphex fusca atra lævis, abdominis segmentis tribus anticis subferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 944. 16.

Degeer. Ins. 2. tab. 28. fig. 6.

Habitat in Europæ sabuletis, larvas sepeliens.

viatica. 5. Sphex pubescens nigra, alis fuscis, abdomine antice ferrugineo, cingulis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p.

1. p. 448. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 943. 15. *Degeer. Ins.* 2. tab. 28. fig. 16.

Habitat in Europæ sabuletis, larvas imposito ovo sepeliens.

6. Sphex nigra, abdomine sessili, segmentorum marginibus lucidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 448. *nigra.*

In Europæ sabulosis occurrit.

7. Sphex nigra, ano puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 448. *punctum.*

Habitat in Italia.

Parva. Corpus totum nigrum. Abdominis apex puncto albo instructus. Alæ hyalinæ, immaculatæ.

8. Sphex nigra, abdomine ferrugineo, apice fusco, alis anticis apice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 448. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 946. 33. *gibba.*

Habitat in Europæ sabuletis.

9. Sphex atra, abdominis segmentis utrinque puncto albo, alis apice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 449. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 945. 29. *rufipes.*

Habitat in Europæ sabuletis.

10. Sphex nigra, abdomine rufo apice atro, alis apice fuscis, puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 449. *exaltata.*

Habitat in Europa.

117. TIPHIA *Fabr.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores paullo longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula cornea, arcuata.

Maxilla membranacea, rotundata.

Labium breve, corneum, tridentatum.

Antennæ filiformes, arcuatæ, subpetiolatæ.

Metamorphosis et victus ignorantur.

5. *cincta.* 1. Tiphia nigra, thorace maculato, abdomine fasciis quinque flavis, secunda interrupta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 451.

Habitat in Europa.

118. SCOLIA *Fabr.*

Os lingua inflexa, trifida, brevissima:

Palpi quatuor æquales, breves, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali inserti.

Mandibula cornea, arcuata, intus crenata.

Maxilla porrecta, cornea, compressa.

Labium porrectum, corneum, apice membranaceum, integrum.

Antennæ crassæ, filiformes, subpetiolatæ.

Metamorphosis et victus ignorantur.

4. *maculata.* 1. Scolia hirta nigra, abdomine maculis quatuor fulvis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. 452.

tab. 4. fig. 9. A. Habitat in America boreali, et apud nos.

Maculæ interdum confluunt in fascias.

Abdomen oblongum, segmento secundo tertioque maculis duabus magnis, orbiculatis, flavis.

flavifrons. 2. Scolia atra, fronte flava, abdomine maculis quatuor flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 452.

Sphex bidens. Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 3.

Apud nos frequens.

sexmaculata. 3. Scolia hirta atra, abdomine maculis trium parium flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 452.

tab. 4. fig. 9. C. Communis in nostro Regno.

Præcedentibus paullo minor. Corpus atrum macula flava ante et pone oculos. Abdomen maculis sex flavis, quarum postica fere coeunt.

4. Sco-

4. Scolia hirta atra, abdomine maculis duabus luteis, antennis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 452. *bimaculata*
Vulgatissima in nostris hortis. tab. 4.
Præcedentibus minor. Antennæ flavæ primo articulo nigro. Corpus hirtum, nigrum. Macula duæ glabræ, luteæ in tertio abdominis segmento. Alæ apice fuscæ. Fabr. fig. 9. B.

5. Scolia nigra, cinereo-hirta, abdomine atro, fasciis sex flavis, anticis tribus interruptis, ano tridentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 454. *interrupta*
Circa lacum Agnani frequentissima. tab. 10. fig. 15.
Antennæ nigræ. Caput cinereo-hirtum labio basi utrinque lineola flava. Thorax niger cinereo-pubescens punctis tribus scutellaribus flavis. Abdomen pubescens, atrum, fasciis sex flavis anticis tribus interruptis. Anus dentibus tribus validis. Pedes nigri, tibiis quatuor anticis supra flavis. Alæ albidae costa anteriorum ferruginea.

119. CHRYSIS *Linn. Fabr.*
Vespæ *Sp. Geoffr.*

Palpi quatuor, porrecti, inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.
Mandibula exserta, cornea, arcuata.
Maxilla porrecta, elongata, cornea, linearis, unidentata, apice membranacea.
Labium porrectum, linguæ-forme, corneum, maxilla multo longius, apice membranaceum, emarginatum.
Antennæ breves, filiformes.
Metamorphosis et victus ignorantur.
Aculeus subexsertus, punctorius. Abdomen sub-

tus fornicatum, utrinque squama laterali. Alæ planæ. Corpus fulgidum.

carnea. 1. Chrysis glabra nitida, thorace abdominisque primo segmento viridibus, reliquis carneis, ano serrato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 455.

Habitat in Italia.

fulgida. tab. 4. fig. 10. 2. Chrysis glabra nitida; thorace abdominisque primo segmento cæruleis, reliquis aureis, ano quadridentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 455.

Habitat in Europa.

Major Chr. ignita.

ignita. 3. Chrysis glabra nitida, thorace viridi, abdomine aureo apice quadridentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 455. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 947. 1.

Vespa thorace viridi-cæruleo, abdomine inaurato, pone cupreo dentato. *Geoffr. Ins.* 2. p. 382. 20.

Habitat in Europæ muris.

bidentata. 4. Chrysis glabra nitida cyanea, thorace bidentato abdominisque segmentis duobus primis aureis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 456. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 947. 2.

Degeer. Ins. 2. tab. 29. fig. 3. 4.

Habitat in Europa.

Parva, tota viridi-caerulea. Anus dentibus tribus brevissimis.

lucidula. 5. Chrysis glabra viridis nitens, thorace antice abdomineque aureis, ano integro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 456.

Vespa viridi-cærulea, abdomine thoracisque antica parte ruberrimis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 382. 19.

Habitat in Europa australiori.

fervida. 6. Chrysis glabra aurea nitida, abdomine subtus atro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 456.

Habi-

Habitat in Italia.

Parva magnitudine Chr. auratae. Caput, thorax, abdomen aurea, glabra, nitida, sub alis cyanea. Abdomen subtus atrum. Pedes atri. Fabr.

7. Chrysis glabra nitens, thorace viridi, abdomine aureo, ano bidentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 456. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 948. 4. *aurata.*

Vespa thorace viridi-cæruleo, abdomine aurato-cupreo, pone inermi. *Geoffr. Ins.* 2. p. 383. 21.

Habitat in Europæ muris.

8. Chrysis glabra nitens, thorace abdomineque cæruleis, ano tridentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 456. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 948. 5. *cyanea.*

Vespa cærulea nitens. *Geoffr. Ins.* 2. p. 384. 22.

Habitat in Europæ muris.

120. THYNNUS *Fabr.*

Os lingûa brevissima, involuta.

Palpi quatuor filiformes, æquales
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio adnati.

Mandibula cornea, incurva, unidentata;

Maxilla brevis, recta, cornea, integra.

Labium tritidum: lacinia intermedia emarginata.

Antennæ cylindricæ.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Species exoticæ sunt.

121. LEUCOSPIS. *Fabr.*

Palpi quatuor, breves, æquales, filiformes:
anteriores maxillæ dorso:
posteriores labii medio laterali adnati.

Mandibula cornea, crassa, brevis, apice tridentata.

Ma-

Maxilla cornea, compressa, integra.

Labium maxilla longius, corneum, apice emarginatum.

Antennae breves, rectæ, cylindricæ, clavatæ.

Metamorphosis et victus ignorantur.

dorsigera. 1. Leucospis abdomine sessili nigro: fasciis duabus punctoque flavis. *Fabr. Mantis.* 1. p.284.

Sphex dorsigera. Sulzers. Hist. Ins. tab.27. fig.11.

Habitat in Italia.

122. BEMBEX *Fabr.*

Vespæ *Sp. Linn.*

Apis *Sp. Linn.*

Os lingua inflexa, quinquefida, labio superiore porrecto, conico, corneo obtectum.

Palpi quatuor breves, inæquales, filiformes:

anteriores longiores maxillæ flexuræ:

posteriores basi laciniarum exteriorum labii inserti.

Mandibula recta, cornea.

Maxilla porrecta, cornea, medio inflexa, compressa.

Labium porrectum, basi corneum, trifidum.

Antennae filiformes, involutæ.

Larva apoda, mollis, cylindrica.

Pupa quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

Victus larvæ et imaginis e nectare florum.

signata. 1. Bembex labio superiori rotundato integro, corpore nigro flavoque vario. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 457.

Vespa signata thorace supra nigro, lineis quatuor fasciolisque duabus flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 952. 24.

Vespa

Vespa signata. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 27. fig. 9.
Habitat in America meridionali.

2. Bembex labio superiori conico fisso, abdomine atro fasciis glaucis repandis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 458. *rostrata*.

Apis rostrata labio superiori conico inflexo, abdominis fasciis glaucis repandis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 957. 25.

Vespa armata. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 27. fig. 10.
Habitat in Europæ monticellis arenosis, in singulis nidis unico pullo.

3. Bembex labio rotundato, nigra, abdomine fasciis sex flavis, anterioribus quinque interruptis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 458. *fasciata*.

Habitat in Italia.

Antennæ nigræ articulo ultimo ferrugineo. Caput cinereo-pubescens labio rotundato flavo. Thorax fuscus, cinereo pubescens. Abdomen atrum fasciis sex flavis, anterioribus quinque interruptis. Anus tridentatus. Pedes flavi femoribus nigris. Fabr.

123. VESPA *Linn. Geoffr. Fabr. Degeer.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores maxillæ dorso:
posteriores labii medio inserti.

Mandibula brevis, cornea, denticulata.

Maxilla porrecta, cornea, unidentata, apice ciliata.

Labium porrectum, maxilla longius, emarginatum, utrinque seta instructum.

Antennae filiformes extrorsum crassiores, incurvæ.

Larva apoda, mollis, antice truncata, obtusa, postice attenuata intra cellulas sexangulares.

Pupa

Pupa quiescens, imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

Victus larvæ e nectare florum, melle: imaginis e rapina Apum, Muscarum.

Antennæ pendulæ. Oculi reniformes. Os elingue. Alæ superiores plicatæ. Aculeus punctorius.

Crabro. 1. Vespa thorace nigro antice rufo immaculato, abdominis incisuris puncto nigro duplici contiguo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 459. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 948. 3.

Degeer. Ins. 2. tab. 27. fig. 9. 10.

Habitat sub arborum radicibus, Apibus insidiatur.

vulgaris. tab. 4. fig. 13. 2. Vespa thorace utrinque lineola interrupta, scutello quadrimaculato, abdominis incisuris punctis nigris distinctis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 460. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 949. 4.

Habitat sub tectis frequens, prædatur muscas, furatur mel Apum.

gallica. 3. Vespa thorace utrinque lineola, scutello sexmaculato, abdominis incisuris flavis: secunda bimaculata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 460. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 949. 7.

Habitat in Europa australi.

Affinis Vesp. vulgaris, sed paullo minor.

oculata. 4. Vespa ferruginea, abdominis segmento secundo nigro: macula utrinque ocellari lutea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 463.

Habitat in Italia.

Caput cum antennis obscure ferrugineum. Thorax ferrugineus macula magna dorsali nigra. Abdomen ovatum segmento primo ferrugineo, secundo nigro utrinque macula magna ocellari lutea, reliquis brevissimis, ferrugineis. Alae ferrugi-

rugineae apice nigrae. Pedes ferruginei. Fabr.

5. Vespa nigra, thorace punctis duobus, scutello bipunctato, abdomine fasciis quinque flavis, prima remotissima. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 463. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 949. 6. *Roesel. Ins.* 2. *Vesp.* tab 7. fig. 8. *pariesum.*

Habitat in foraminibus parietum ligneorum.

6. Vespa nigra, abdomine fasciis quinque flavis, ano tridentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 464. *tridens.*

Habitat in Italia.

Parva praecedente dimidio minor. Antennae nigrae. Caput nigrum labio flavo. Thorax niger puncto sub alis flavo. Abdomen nigrum segmentorum marginibus flavis. Anus tridentatus. Pedes flavi femoribus nigris. Fabr.

7. Vespa nigra, thorace maculis duabus luteis, abdomine fasciis quatuor flavis, prima remotissima. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 464. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 950. 8. *muraria.*

Habitat in Europae muris.

Icutellum immaculatum. Tibiae subflavae.

8. Vespa nigra, thorace immaculato, abdomine fasciis duabus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 464. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 950. 14. *bifasciata.*

Habitat in Europa.

Antennae nigrae. Labium flavum.

9. Vespa abdominis fasciis quatuor flavis, tertia interrupta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 465. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 950. 12. *arvensis.*

Vespa primo abdominis segmento pyriformi fasciisque tribus flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 375. 7.

Habitat in Europae muris.

10. Vespa nigra, thorace lineola punctis duobus scu- *campestris.*

scutelloque flavis, abdomine fasciis quatuor flavis, prima interrupta. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 465. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 950. 13.

Habitat in Europæ parietibus.

sexfasciata. 11. Vespa nigra, abdomine atro nitido, fasciis sex flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 465.

Parva. Antennae supra nigrae, subtus flavae. Caput nigrum labio punctoque inter antennas flavis. Thorax niger striga marginis anterioris flava. Abdomen atrum, nitidum segmentis margine flavis, fascias sex constituentibus. Pedes flavi femoribus nigris. Fabr.

coarctata. 12. Vespa abdominis primo segmento infundibuliformi, secundo campanulato maximo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 467. *Linn. Syst. Nat.* 2 p. 950. 12.

Vespa nigra, abdominis articulo primo infundibuliformi. secundo campanulato maximo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 377. 10. tab. 16. fig. 2.

Habitat in Europæ hortis.

Abdomen nigrum fasciis flavis.

pomiformis. 13. Vespa nigra flavo-variegata, abdominis petiolo bipunctato, secundo segmento fascia interrupta omnibusque margine flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 467.

Habitat in Italia.

Statura et magnitudo Vesp. coarctatæ. Antennæ nigrae primo articulo subtus flavo. Caput nigrum labio flavo, puncto medio nigro. Thorax niger fascia antica, puncto magno sub alis maculisque quinque scutellaribus flavis. Abdominis primum segmentum elongatum, infundibuliforme punctis duobus margineque flavis; secundum campaniforme, maximum, nigrum, fascia

fascia media interrupta marginequc flavis : reliqua brevissima margine flavo. Pedes flavi. Fabr.

14. Vespa scutello quadripunctato, abdominis segmentis margine albis, secundo punctis duobus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 469. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 951. 17. *biglumis.*

Habitat in Europa, nidum e fistulis aggregatis ad latera rupium struens.

124. CRABRO *Fabr.*
Vespæ *Sp. Linn.*
Sphegis *Sp. Linn.*

Palpi quatuor inæquales, filiformes:
anteriores longiores, articulis compresso-rhomboidalibus maxillæ dorso:
posteriores labii apici laterali adnati.

Mandibula cornea, arcuata, dentata, apice fissa.

Maxilla recta, labio longior, cornea, bifida.

Labium breve corneum, apice rotundatum.

Antennæ filiformes, incurvæ.

Larva apoda, mollis.

Pupa quiescens imagini simillima, rudimentis tantum alarum.

Victus larvæ e nectare florum: imaginis e rapina Apum, Muscarum.

1. Crabro abdomine fasciis duabus flavis, ano tridentato, alis nigris margine albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 469. *tridentatus.*

Habitat in Europa australi.

2. Crabro thorace postice bidentato, abdomine fasciis tribus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 469. *spinosus.*

Habitat in Europa australi.

3. Crabro thorace immaculato, abdomine maculis *fossorius.*

lis utrinque quinque lutescentibus, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 469.

Sphex fossoria. Linn. Syst. Nat. 2. p. 946. 32.

Habitat in Europæ montibus sabulosis.

Maculæ abdominis postica in fasciam connatæ.

flavipes. 4. Crabro niger, thorace maculato, abdomine flavo, segmentorum marginibus anoque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p 470.

Habitat in Italia.

Medius. Antennæ nigræ. Caput nigrum labio flavo fronteque pube argentea. Thorax niger striga marginali antica, punctis sub alis, strigaque marginali postica duplicata flavis. Abdomen flavum segmentorum marginibus, ultimoque segmento toto nigris. Pedes flavi. Fabr.

cribrarius. 5. Crabro niger, abdomine fasciis flavis, intermediis interruptis, tibiis anticis clypeis concavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 470.

Sphex cribraria. Linn. Syst. Nat. 2. p. 945. 23.
Degeer. Ins. 2. tab. 28. fig. 1.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 6.

Habitat in Europæ floribus.

Sexus alter pedibus simplicibus: alter clypeatis ad arctiorem cohæsionem in copula.

clypeatus. 6. Crabro niger, abdomine flavo-fasciato, thorace attenuato, pedibus anticis concavo-clypeatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 296.

Sphex clypeata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 945. 24.

Habitat Halæ Saxonum.

Variat fasciis tribus abdominis interruptis et integris.

Statura vespæ minoris. Abdomen nigrum, utrinque maculis tribus luteis, & lineolis duabus transversis luteis. Pedes flavi: antici clypeati lamella concava.

7.

7. Crabro niger, abdominis fasciis tribus flavis, primis interruptis, tibiis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 471. *vagus.*

Sphex vaga. Linn. Syst. Nat. 2. p. 946. 37.
Habitat in Europæ floribus.
Variat thorace maculato et immaculato.

8. Crabro niger, scutello flavo, abdominis segmentis tribus margine flavis, primo interrupto, tibiis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 471. *mystaceus.*

Sphex mystacea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 944. 21.
Habitat in Europæ floribus frequens.

9. Crabro niger, abdominis fasciis quatuor flavis; segmento primo punctis duobus flavis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 297. *arenarius.*

Sphex arenaria. Linn. Syst. Nat. 2. p. 946. 31.
Habitat in locis arenosis, ubi gregarius cuniculos fodit.
Scutellum linea transversa punctisque duobus flavis. Pedes flavi.

10. Crabro scutello mucronato, abdominis segmentis tribus punctis duobus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 472. *uniglumis.*

Vespa uniglumis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 951. 18.
Habitat in Europæ floribus, in primis umbellatis.

11. Crabro ater glaber, labio argenteo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 472. *leucostoma.*

Vespa leucostoma atra glabra, labio argenteo, palmis fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 946. 36.
Habitat in Europæ floribus

125. ANDRENA *Fabr.*

Apis *Sp. Linn.*

Os lingua inflexa, trifida.

Palpi quatuor inæquales, filiformes:

anteriores longiores flexuræ maxillæ adhærentes:

posteriores sub apice setarum labii inserti.

Mandibula recta, cornea, fornicata.

Maxilla cornea, apice membranacea, inflexa.

Labium cylindricum, maxilla longius, basi corneum, apice membranaceum, utrinque setis duabus membranaceis.

Antennæ breves, filiformes, subpetiolatæ.

Larva apoda, mollis: antice gibba, obtusa, postice attenuata.

Pupa quiescens, imagini simillima.

Victus larvæ et imaginis e nectare florum.

cærulescens. 1. Andrena fusca subvillosa, abdomine cærulescente, incisurarum marginibus albicantibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 472.

Apis cærulescens. Linn. Syst. Nat. 2. p. 955. 21.

Habitat in Europa.

Margines segmentorum abdominis latere albi.

labiata. 2. Andrena villosa nigra, abdominis segmento secundo tertioque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 472.

Habitat in Germania, Italia.

Corpus totum villosum, nigrum, abdominis segmentis duobus solis ferrugineis. Labium flavum.

Variat abdominis apice ferrugineo-fusco, nec nigro.

ænea. 3. Andrena ænea, grisescente-pubescens. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 473.

Apis ænea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 955. 20.

Habi-

Habitat in Europa.

4. Andrena thorace ferrugineo, abdomine cinerascente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 473. *Spec. Ins. Cal.* n. 164. *helvola.*

Apis helvola rufa villosa oblonga subtus albida. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 955. 16.

Habitat in Europæ floribus.

5. Andrena atra glabra, pedibus posticis albo-ciliatis, alis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 474. *pilipes.*

Habitat in Italia.

Tota glabra, atra, thorace obscuro, abdomine nitido. Alae fuscae. Pedes nigri, postici albo-ciliati.

6. Andrena ferrugineo-hirta, pedibus posticis elongatis apice hirsutissimis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 299. *hirsuta.*

Habitat in Hispania, et apud nos frequens in floribus.

Antennae nigrae. Caput, thorax, abdomen pilis densis, cinereo-ferrugineis tecta. Abdomen subtus glabrum, atrum. Pedes hirsuti, postici elongati femoribus incurvis, nigris, villosis tibiis tarsisque rufo-hirsutissimis. Fabr.

7. Andrena thorace hirsuto fulvo, abdomine nigro, cingulis quatuor albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 474. *Spec. Ins. Cal.* n. 163. *succincta.*

Apis succincta. Linn. Syst. Nat. 2. p. 955. 18.

Habitat in Europæ floribus.

126. APIS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Os lingua inflexa, quinquefida.

Palpi quatuor brevissimi, inæquales, filiformes. *anteriores* paullo longiores flexuræ maxillæ adhærentes:

posteriores apici laciniarum exteriorum labii inserti.

Mandibula porrecta, cornea, dentata.

Maxilla porrecta, cornea: basi cylindrica cum labio connata; apice compressa, in medio inflexa.

Labium porrectum, corneum, apice trifidum.

Antennæ filiformes, breves.

Larva apoda: mollis, gregaria intra cellulas sexangulares.

Pupa quiescens imagini simillima.

Victus larvæ et imaginis e nectare florum, melle, et fructibus dulcibus.

Lingua inflexa. Oculi oblongi. Alæ planæ. Aculeus feminis et neutris punctorius.

violacea. tab. 4. fig. 11.

1. Apis hirsuta atra, alis violaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 475. *Linn. Syss. Nat.* 2. p. 959. 38.

Apis gigas nigra nitida, oculis fuscis, alis violaceo-viridibus æneo-nitentibus. *Degeer. Ins.* 3. p. 576. 10. tab. 28. fig. 15.

Habitat in truncis exsiccatis arborum Europæ australis, quos perforat, longitudinaliter excavat, ibique plures nidos a fundo incipiens polline herbarum melle mixto replet, et unicuique ovum concredit. Nidi distinguuntur 4. vel 5. annulis ligneis. Nymphæ caput deorsum spectat, ut in fundo exitum quærat Apis perfecta. *Linn.*

terrestris.

2. Apis hirsuta nigra, thorace cingulo flavo; ano albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 475. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 960. 41.

Habitat in Europæ terra, sub qua profunde nidificat.

3. Apis

3. Apis hirsuta nigra, abdominis fascia flava, ano albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 476. *cryptarum.*

Habitat in Europa.

4. Apis hirsuta atra, thorace flavo, fascia atra, abdomine antice flavo ano albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 476. *ruderata.*

Habitat in Europa.

5. Apis hirsuta flavescens, abdomine apice nigro, pedibus intermediis fasciculato pilosis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 300. *hispanica.*

Habitat in Hispania. D. Vahl.

Magna. Antennæ nigræ. Labium flavum. Thorax hirtus flavescens. Abdomen hirtum basi flavescens apice nigrum. Pedes nigri: intermedii fasciculato-pilosi. Fabr.

6. Apis hirsuta nigra, thorace abdomineque antico flavis, ano albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 477. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 960. 42. *hortorum.* tab. 4. fig. 12.

Habitat in Europæ hortis.

Magnitudine variat.

7. Apis hirsuta nigra, thorace antice flavo, ano rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 477. *arbustorum.*

Apis pratorum. Linn. Syst. Nat. 2. p. 960. 43.

Habitat in Europa.

8. Apis hirsuta atra, ano fulvo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 477. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 960. 44. *lapidaria.*

Habitat in lapidum acervis.

9. Apis hirsuta pallida, thoracis fascia abdomineque postice nigris, ano rufo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 477. *sylvarum.*

Apis sylvarum hirsuta pallida, thoracis fascia nigra, ano rubro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 960. 45.

Habitat in Europæ nemoribus.

muscorum. 10. Apis hirsuta fulva, abdomine flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 478. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 960. 46.
Habitat sub Europæ muscis.

hypnorum. 11. Apis hirsuta fulva, abdominis fascia nigra, ano albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 478. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 960. 47.
Habitat sub Muscis.

lucorum. 12. Apis hirsuta flava, ano albido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 478. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 961. 48.
Habitat in Europæ floribus.

acervorum. 13. Apis hirsuta atra, tibiis posticis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 479. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 961. 50.
Habitat sub terra.

subterranea. 14. Apis hirsuta atra, ano fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 479. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 961. 51.
Habitat sub terra, frequens in floribus.

tropica. 15. Apis hirsuta nigra, abdomine postice flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 479. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 961. 54.
Habitat in Europa australiori.

senilis. 16. Apis hirsuta cinerea. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 479.
Habitat in nemoribus.

fulva. 17. Apis hirsuta nigra, thorace abdomineque fulvis. *Schrank. Enum. Ins. Austr.* n. 805.
In collibus passim occurrit.
Thorax et abdomen eleganter fulva; reliquæ partes omnes nigræ. Alæ immaculatæ.

lagopoda. 18. Apis grisea, pedibus anticis dilatato-ciliatis, tibiis posticis clavatis, ano emarginato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 480. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 957. 27.

agrorum. 19. Apis hirsuta atra, thorace toto anoque ferrugi-

rugineis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 301.

Habitat in Europæ floribus.

Magna; atra, valde hirta. Thorax ferrugineus. Abdomen atrum ano ferrugineo.

20. Apis grisea, pedibus intermediis fasciculato-pilosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 480. *pilipes.*

Habitat in Europa.

21. Apis pubescens thorace ferrugineo, abdomine fusco pedibus undique villosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 480. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 957. 23. *cunicularia.*

Habitat in terra sabulosa sicciore, quam foraminibus pluribus parum remotis penetrant, et distinctæ ædificant plures.

Simillima Ap. mellificae.

22. Apis pubescens, thorace subgriseo, abdomine fusco, tibiis posticis ciliatis intus transverse striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 480. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 955. 22. *mellifica.*

Habitat in Europæ arboribus cavis, undique culta.

Apum historiam dederunt Reaumurius, Aubenton, aliique. Linnæus autem more suo breviter exponit, sequentibus verbis.

Regina (*femina*) *unica, altior, oblongior, aculeata, antennis articulis decem.* Fuci (*Mares*) *ad* 1600., *inermes, antennis* 11 *articulatis.* Operariæ (*Spadones*) *ad* 20000 *antennis* 15 *articulatis, ventriculis duobus pro melle et cera, aculeatae ense retrorsum serrato, venenato, latente intra vaginam cuspidatam.*

Respublica *Alvearii gynecocratica est, dum* Femina *imperans semper inclusa, Operariarum custodum satellitio assidue stipata, antennis obvium Marem salutat, insiliendoque comprimit*

cum illius vitae dispendio: parit dein ova ad 40000 sæpe quotannis in adaptatis favi cellis: primum neutra, dein mascula, demum nonnulla feminina; his exclusis gradu secundo supra calorem aestatis ordinariae, adolescunt Larvæ sextiduo, nent ad parietes cellae, operiuntur usque dum adultae avolant, alteroque die mellificant. Harum Femina *junior per triduum omni horæ quadrante, stridorem edit, eoque admonet emigraturum in examina gregem.* Mares, *ignavum pecus, incurii apricantur serenis diebus, gulæ dediti.* Spadones *operarii, neutri, indefessi, mel e nectare, ceram e polline florum sedulo legunt dimidii milliaris spatio, quoties per cœlum licet, reducunt, favos cereos struunt sexangulari-prismaticos, eosque melle replent: feminam, mares, pullosque nutriunt, cellas inhabitatas repurgant, mira munditia impura auferunt, vigilias et stationes ad portas instituunt, hostes arcent aculei ictu venenato sibi ipsis licet lethali, maresque demum transactis nuptiis occidunt, expellunt. Examinant emittendo colonias femina duce ad novas quærendas sedes superato solstitio æstivo, speculatoribus fronte notatis palpis duobus luteis.*

cineraria. 23. Apis nigra, thorace hirsuto albicante, fascia nigra, abdomine cærulescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 481. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 953. 5.

Habitat in Europæ floribus.

manicata. 24. Apis cinerea, abdomine nigro, maculis lateralibus flavis ano quinquedentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 482. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 958. 28.

Ha-

Habitat in Europæ arboribus cavis.

25. Apis abdomine maculis flavis lateralibus subtus hirsutissimo, segmentis tribus ultimis utrinque dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 482. *florentina.*

Habitat in Europa australi.

26. Apis nigra, thorace maculato, abdomine maculis utrinque sex transversis flavis, ano integro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 482. *maculata.*

Habitat in Italia.

Caput nigrum, ore punctisque verticalibus flavis. Thorax niger, subpubescens maculis lateralibus flavis. Abdomen glabrum, atrum, nitidum, maculis utrinque sex transversis flavis. Femora rufa. Tibiæ supra flavæ, subtus nigræ. Fabr.

27. Apis pubescens nigra, abdomine strigis quinque flavis; anticis duabus interruptis, ano bidentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 482. *interrupta.*

Habitat in Italia.

Statura præcedentis, at thorax magis pubescens. Caput nigrum, clypeo punctoque supra oculos flavis.

28. Apis nigra, abdominis segmentis maculis quatuor flavis transversis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 483. *variegata.*

Habitat in Italia.

Affinis Api maculatæ. Caput fuscum labio utrinque macula flava et puncto parvo pone oculos. Thorax fuscus linea marginali maculisque duabus scutellaribus flavis. Abdomen globosum, atrum maculis quatuor flavis in singulo segmento, subtus pilis rufis hirtum. Pedes flavi femoribus supra nigris. Anus integer. Fabr.

29. Apis fronte bicorni, capite nigro, abdomine hirsuto rufo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 483. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 954. 10. *bicornis.*

Ha-

Habitat in Europa.

rufa. 30. Apis fusca, abdomine rufescente, fronte alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 483. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 954. 9.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 15.

Habitat in Europa, frequens in floribus.

Antennæ corpore breviores, nigræ.

pubescens. 31. Apis corpore cinereo-pubescente immaculato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 484.

Habitat in Italia.

Parva, corpore toto pube cinerascente tecto. Abdominis segmenta margine albidiora.

centuncularis. 32. Apis nigra, ventre lana fulva. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 484. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 953. 4.

Apis nigra, abdomine supra lineis albis, subtus lana fulva. *Geoffr. Ins.* 2. p. 410. 5.

Habitat in Europa, intra terram plures nidos cylindricos ex foliis Rosæ formans, tamquam centunculos.

luctuosa. 33. Apis aterrima, segmentis abdominis omnibus utroque latere puncto albo. *Schrank. Enum. Ins. Austr.* n. 816.

Apis luctuosa. Scop. an. hist. nat. 4. p. 9.

Apud nos frequens est.

Atra, nitida. Caput et thorax pube cinerea tecta. Abdominis segmenta singula utrinque macula tetraedra nivea ad marginem. Femora omnia semicingulo niveo pariter insignita. Margo alarum niger.

punctata. 34. Apis nigra cinereo-villosa, abdomine atro, segmentis utrinque puncto albo, scutello integro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 484.

Habitat in floribus.

35.

35. Apis fusca, abdomine cingulis quinis albidis, ano quadridentato, intermediis bifidis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 485. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 958. 29. *4-dentata.*

Habitat in Europa.

36. Apis fusca, abdomine conico acutissimo, segmentorum marginibus albis, scutello inermi. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 485. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 958. 32. *conica.*

Frequens in Europæ floribus.

37. Apis nigra, maxillis prominentibus, antennis thorace brevioribus, abdomine cylindrico subtus luteo hirsuto. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 486. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 954. 11. *maxillosa.*

Habitat in Europæ floribus.

Corpus nigrum, supra nudum. Abdomen supra segmentis margine interrupte albis, subtus hirsutum, flavum. Antennæ subclavatæ, thorace breviores. Maxillæ exsertæ longitudine capitis.

38. Apis hirsuta, abdomine cylindrico incurvo, ano bidentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 486. *florisomnis.*

Apis florisomnis nigra, abdomine subcylindrico incurvo, ano bidentato, tibiis posticis apice spinosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 954. 13.

Habitat in Europa, in floribus pernoctans.

39. Apis nigra, fronte annulisque pedum albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 486. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 958. 33. *annulata.*

Habitat in Europæ floribus frequens.

Parva, moschum spirat.

40. Apis fusca, abdominis medio rufo, tibiis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 486. *albipes.*

Habitat in Italia.

Parva. Abdominis segmentum secundum apice, tertium

tertium totum, quartamque basi rufum. Pedes nigri tibiis albis.

Variat interdum segmento secundo tertioque rufis, macula media nigra.

tumulorum. 41. Apis antennis filiformibus longitudine corporis nigri, maxillis flavis *Fabr. Sp Ins.* 1. p. 486. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 953. 2.
Sulzers. Hist Ins. tab. 27. fig. 14.

Habitat in Europæ floribus.

longicornis. 42. Apis antennis longitudine corporis hirsuti fulvique. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 486. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 953. 1.

Habitat in Europæ floribus.

Lingua septemfida.

linguaria. 43. Apis antennis nigris longitudine corporis, thorace cinereo, abdomine nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 487.

Habitat in floribus.

Lingua septemfida.

127. NOMADA *Fabr.*
Apis *Sp. Linn.*

Os Lingua inflexa, trifida.

Palpi quatuor inæquales, porrecti, filiformes:
anteriores breviores flexuræ maxillæ:
posteriores linguæformes: articulo secundo longissimo, labii medio inserti.

Mandibula cornea, fornicata, arcuata.

Maxilla basi cornea, apice membranacea.

Labium elongatum basi corneum, apice membranaceum.

Antennæ filiformes, breves.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Ge-

Genus, Apibus affine : differt palpis posterioribus linguæformibus.

1. Nomada thorace abdomineque albo-variegatis, pedibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 487. *variegata.*

Apis variegata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 957. 24.

Habitat in Europa, pernoctat in Geranii phæi rostris mordicus apprehensis.

Variat scutello albo et ferrugineo.

Abdominis segmentum primum duabus maculis : 3. 4. 5. et 6. vero quatuor albis.

2. Nomada antennis, pedibus punctisque quatuor scutelli ferrugineis, abdomine luteo variegato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 488. *ruficornis.*

Apis ruficornis antennis pedibus duobus punctisque thoracis ferrugineis, abdomine luteo-variegato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 958. 34.

Habitat in Europæ floribus.

Thorax ferrugineo-lineatus.

128. FORMICA *Linn. Degeer. Fabr.*

Palpi quatuor porrecti, inæquales, filiformes : *anteriores* longiores maxillæ medio : *posteriores* labii apici inserti.

Mandibula recta, cornea, fornicata, denticulata.

Maxilla submembranacea, arcuata, fornicata.

Labium porrectum, cylindricum, truncatum.

Antennæ filiformes.

Larva apoda, mollis, alba, antice posticeque obtusa.

Pupa immobilis, quiescens.

Victus larvæ et imaginis e quisquiliis, rapina, saccharo, fructibus, aliisque.

Antennæ medio geniculatæ. Petiolus abdominis extuberans.

Ma-

Maribus minoribus alatis, Feminis majoribus alatis, et Spadonibus apteris constat Formicarum Respublica. Spadones indefessi corrodunt quisquilias, et in acervum Societatis congerunt. Sub nuptiis inserviunt novis nuptis, et peractis puerperiis expellunt parentes, retentis liberis pro conservatione familiæ.

herculeana. 1. Formica nigra, abdomine ovato, pedibus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 488. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 962. 1.

Habitat in Europæ truncis putrescentibus, vagabunda.

didyma. 2. Formica nigra, abdomine cinerascente, squama petiolari didyma. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 489.

Habitat in Italia.

rufa. 3. Formica nigra, thorace compresso pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 489. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 962. 3.

Degeer. Ins. 2. tab. 41. fig. 1. 2.

Habitat in Europæ acervis acerosis, sylvaticis, pungens aculeo obsoleto.

pubescens. 4. Formica atra, abdomine pubescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 489. *Specim. Ins. Cal.* n. 169.

tab. 4. fig. 14. Habitat in quercuum truncis.

nigra. 5. Formica nigra nitida, ano piceo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 489. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 963. 5.

Degeer. Ins. 2. tab. 42. fig. 16.

Habitat in Europæ terra.

fusca. 6. Formica nigra, ore thoracis apice pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 490. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 963. 4.

Habitat in Europæ sylvis.

rubra. 7. Formica testacea, oculis punctoque sub abdomine nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 490. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 963. 7. *Degeer.*

Degeer. Ins. 2. tab. 43. fig. 1.

Habitat in Europæ sylvaticis sub lapidibus. Inter nostrates pessime pungit.

8. Formica supra nigra, subtus testaceo rufa, abdomine subgloboso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 490. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 963. 6. *obsoleta.*

Habitat in Europæ terra.

9. Formica flava, abdomine ovato pubescente. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 491. *flava.*

Degeer. Ins. 2. tab. 42. fig. 24-28.

Habitat in sylvis.

Parva, magnitudine tamen differt.

10. Formica nigra, abdominis petiolo binodi, scutello bidentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 491. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 963. 11. *caspitum.*

Formica ferruginea, capite abdomineque aculeatis rufis, thorace bispinoso. *Degeer. Ins.* 2. p. 1105. 7. tab. 43. fig. 15-22.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 20-22.

Habitat in Europæ pratis siccioribus sub muscis. Mares feminæque examinant medio Augusti meridie calido, more Phryganearum in aere choreas agentes turma volatili, depluentes per paria juncta. *Linn.*

129. MUTILLA *Linn. Fabr.*

Palpi quatuor porrecti, inæquales, filiformes:
anteriores longiores articulis obconicis maxillæ apici:
posteriores labii apici inserti.

Mandibula cornea, subarcuata, integra.

Maxilla brevis, cornea, apice membranacea.

Labium porrectum, corneum, obconicum, truncatum.

Anten-

Antennæ filiformes.

Metamorphosis et victus ignorantur.

europæa. 1. Mutilla nigra, thorace rufo, abdominis segmentis margine albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 495. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 966. 4.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 27. fig. 23. 24.

Habitat in Europæ sylvis acerosis. *Plerumque aptera.*

maura. 2. Mutilla nigra, abdomine maculis quatuor albis, thorace rufo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 495. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 967. 6.

Habitat in Europa australiori.

bruttia. 3. Mutilla nigra, thorace rufo, abdomine maculis sex, cinguloque albo argenteis. *Spec. Ins. Cal.* n. 170. fig. 38.

In ulteriori Calabria inventa.

litoralis. 4. Mutilla nigra, thorace rufo, abdomine antice macula biloba alba, segmentorum quinque posticorum marginibus albis. *Sp. Ins. Cal.* n. 171. fig. 37.

In litore Brancaleoni collecta.

***
**
*

CLAS-

CLASSIS IV.

AGONATA.

MAxilla inferiore nulla.
Os mandibulis palpisque tantum.

Palpi sex inæquales, filiformes: *anterioribus* quatuor longioribus basi bifidis, apice incurvis, os obtegentibus: *posterioribus* mandibulæ dorso insertis.

Clypeus brevis, corneus, rotundatus, vix supra os exsertus.

Mandibulæ duæ transversæ, corneæ, crassæ, dorso palpigeræ.

Maxillæ nullæ.

Labium triplex, membranaceum, rotundatum, divisum.

Antennæ quatuor sub oculis insertæ.

Hæc Fabricii Classis includit Insecta crustacea sub unico Cancri genere a Cl. Linnæo comprehensa, et in Apterorum ordine collocata. Illa autem in sex Genera consulto distinxit perillustris Auctor, optimis characteribus definita, et concinne descripta.

130. CANCER *Linn. Fabr.*

Palpi sex inæquales:
anteriores quatuor bifidi, compressi, lati, totum os obtegentes:

posteriores breves, incurvi, mandibulæ dorso adhærentes.

Mandibula brevis, crassa, cornea, apice rotundata, fornicata, obtusa.

Labium triplex: exterius octofidum: medium quadrifidum: interius parvum, quadrifidum.

Antennæ quatuor breves: exterioribus latis, petiolo unidentato: intermediis palpiformibus, articulo ultimo bifido.

Metamorphosis completa.

Larva Pupaque omnibus partibus completis agilibus.

Victus e rapina insectorum, ranarum, piscium que.

Pedes X. primo pari chelifero. Corpus rotundatum. Cauda recurvato-recondita.

* *Thorace lævi, lateribus integerrimis.*

mutus. 1. Cancer thorace lævi integerrimo, margine antico transverso brunneo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 496. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1039. 3.

Habitat in mari mediterraneo.

Chelæ lævis carpis unidentatis, brachiis subtus denticulatis. Testa lævis, antice truncata, postice complanato-truncata, lateribus integris.

pisum. 2. Cancer thorace orbiculato lævi integerrimo obtuso, cauda corporis amplitudine. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 497. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1039. 6.

Habitat in mari mediterraneo.

Corpus magnitudine Pisi vel Avellanæ fere orbiculatum. Rostrum nullum. Cauda ad os usque tegit totum abdomen. Chelæ digitis æqualibus. Pedes inermes ungue acuto.

granarius. 3. Cancer thorace ovato lævi integerrimo, fronte cuspidata, oculis cylindricis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 316.

Ha-

Habitat in Europæ aquis.

Minutus, vix granum tritici magnitudine superat.

4. Cancer thorace lævi integerrimo subquadrato, margine acutiusculo, pedibus compressis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 497. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1040. 8. *minutus.*
Baster. subsec. 2. p. 26. tab. 4. fig. 1. 2.

Habitat in Oceano Europæo.

5. Cancer glaberrimus, thorace lævi lateribus antice planato, caudæ medio noduloso-carinato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 497. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1040. 9. *pinnoteres.*

Habitat in mari Mediterraneo, Asiatico, intra testas Pinnæ, cujus custos est. Neque enim vita conchæ fortasse servari posset, nisi opera cancri. *Bellon.*

6. Cancer thorace orbiculato lævi chelis minore, antennis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 498. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1040. 10. *longicornis.*
Baster. subsec. 2. p. 26. tab. 4. fig. 3.

Habitat in Oceano Europæo.

7. Cancer thorace orbiculato lævi integro, pedibus senis, antennis corpore longioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 498. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1039. 7. *hexapus.*

Habitat in Oceano Europæo.

Thorax convexiusculus, antice inter oculos trifidus, medio emarginato. Chelae laeves. Pedes praeter chelas tantum sex. Linn.

** *Thorace laevi lateribus inciso.*

8. Cancer thorace lævi, lateribus antice unispinoso, fronte truncata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 499. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1042. 17. *rhomboides.*
Sulzers. Hist. Ins. tab. 31. fig. 2.
Barrel. rar. tab. 1287. fig. 1.
——— tab. 1286. fig. 1. 2.

Habitat in mari mediterraneo.

sanguineus. 9. Cancer thorace lævi utrinque obsolete bidentato fronte quadriloba, chelis atris. *Fabr. Mantis.* 1. p. 318.

Cancer sanguineus brachyurus, thorace lævi, utrinque obsolete bidentato, chelis apice atris. *Linn. Mantis.* p. 542.

Habitat in Pelago.

Digiti chelae intus dentati.

pelagicus. 10. Cancer thorace lævi, utrinque unispinoso, antice octodentato, fronte sexdentata, manibus multangulo-prismaticis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 500. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1042. 19. *Degeer. Ins.* 7. tab. 26. fig. 8.

Habitat in Pelagi fuco natante.

nucleus tab. 5. fig. 1. 11. Cancer thorace lævi globoso antice utrinque unidentato, postice rostroque bidentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 500. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1042. 20. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 31. fig. 3.

Habitat in mari mediterraneo.

Magnitudo glandis. Color flavus. Thorax rostro bidentato, et ad postica thoracis margo obsolete bidentatus, at supra pedes posticos dens validior conicus. Brachia antica punctis eminentibus adspersa. Cauda subrotunda.

angulatus. 12. Cancer thorace lævi utrinque bidentato, manibus longissimis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 319.

Habitat in Oceano.

Manus corpore triplo longiores.

mœnas. 13. Cancer thorace læviusculo, utrinque quinquedentato, carpis unidentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 500. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1043. 22. *Baster. Subsec.* 2. p. 19. tab. 2.

Ha-

Habitat in Oceano Europæo, Asiatico.

14. Cancer thorace læviusculo utrinque quinquedentato, fronte integerrima, carpis unidentatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 320. *pygmaeus.*

Habitat in Oceano.

Statura simillimus Cancr. Maenae sed minor. Thorax antice integerrimus lateribus quinquedentatis, postice angustatus. Manus laevis digitis inermibus.

15. Cancer thorace lævi utrinque quinquedentato, manibus apice compressis, pedibus posticis ovatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 501. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1043. 23. *depurator.*

Habitat in Oceano Europæo.

Frons inter oculos dentibus tribus. Digitus fixus chelarum valde compressus. Apex digitorum posticorum ovatus, membranaceus. Linn.

16. Cancer thorace utrinque obtuse novemplicato, manibus apice atris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 501. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1044. 27. *pagurus.*

Habitat in Oceano Europæo, Indico.

Brachia crassa. Manus tumidae supra tuberculatae et hispidae.

17. Cancer thorace lævi crenulato: margine postico dilatato quinquedentato, manibus cristatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 501. *Mantis.* 1. p. 321. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1043. 26. *granulatus.*

Habitat in mari mediterraneo.

Testa convexa, subtuberculata. Rostrum bilobum, obtusum. Margo posticus dilatatus quinquedentatus, minime angulatus. Chelæ truncatæ, cristatæ, ad basin spina armatæ.

**** Thorace supra hirto aut spinoso.*

depressus. 18. Cancer thorace sublævi utrinque quadridentato, femoribus unidentatis, unguibus subtus serratis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 502.

Habitat in mari mediterraneo, et in Jamaica.

Labium duplicatum, nigro-punctatum. Frons quadrifida. Femora apice unidentata. Chelæ parvæ.

lanatus. 19. Cancer thorace hirto rugoso utrinque dentato, rostro bidentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 503. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1044. 29.

Planc. conch. 36. tab. 5. fig. 1.

Habitat in mari mediterraneo.

Testa depressa, inæqualis, lacunosa, antice truncata cum dentibus duobus inter oculos, 1. extra oculos, in medio lateris utrinque dens prominens. Chelæ laves. Brachia ciliata. Pedes 2, 3 longi, 4, 5 dorsales, breves, apice adunco. Linn.

mascaronius. 20. Cancer thorace sublævi ovato mutico, rostro bifido: lobis bidentatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 323.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 31. fig. 1.

Habitat in mari mediterraneo.

Statura Canc. lanati. Thorax planus, lævis, hinc inde impressus. Pedes rotundati, omnes unguiculati.

Araneus. 21. Cancer thorace hirto ovato tuberculato, rostro bifido, manibus ovatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 503. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1044. 30.

Jonst. Exsangu. tab. 5. fig. 13.

Habitat in Oceano Europæo.

Testa ovata, convexa, punctis inæqualibus prominentibus adspersa. Dens compressus pone oculos. Rostrum prominens instar forsicis, ovatum, bipartitum. Brachia teretia, inermia. Manus ovatae;

ovatæ, basi retrorsum bidentatæ. Digitus rubens.

22. Cancer thorace ovato aculeato: supra caudam spinis tribus erectis, chelis muricatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 324. *condyliatus.*

Habitat in mari mediterraneo.

Statura fere præcedentis: Thorax inæqualis multispinosus. Linea dorsalis postice tubercula gerit tria magna, primo granulato, secundo bispinoso, et tertio minori trispinoso. Femora ante apicem aculeo armata. Chelarum spinæ obtusae. Fabr.

23. Cancer thorace pubescente obcordato, dorso spinis duabus erectis, manibus oblongis compressis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 503. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1045. 31. *rostratus.*

Habitat in Oceano Europæo.

Parvus. Thorax obcordatus, supra inaequalis, antice protensus in rostrum: spina duplici in medio armatus, altera anteriori, posteriori altera. Antennae setosae. Manus oblongae, laeves, digitis linearibus, canaliculatis, compressis.

24. Cancer thorace spinis octo, pedibus filiformibus, rostro bifido. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 503. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1045. 5. *tribulus.*

Habitat in mari mediterraneo.

Testa cordata, convexa gibbositatibus quatuor, quarum 2. laterales, 1. inter laterales minor, 1. anterius versus dorsum; omnibus spina erecta armatis: adsunt insuper postice spinae duae; etiam spinae duae versus rostrum. Rostrum bifidum, connivens. Pedes filiformes, longi, inermes. Linn.

cornutus. 25. Cancer thorace aculeato, rostro spinis corniformibus barbatis, manibus rotundatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 504. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1047. 46.

Habitat in mari mediterraneo.

Thorax ovatus, adspersus punctis acuto-spinosis: lateribus utrinque ciliatis, spinis sex validis. Disci spinae 3 transversales, et una anterior, omnes erectae, reliquis aequales: spinae duae minores, erectiusculae ad basin thoracis. Rostri loco spinae duae inter oculos, reliquis majores, subtus barbatae. Rostrum subtus aculeatum, et duae spinae coadunatae juxta oculos. Brachia teretia, laevia, nuda. Manus basi extrorsum bidentatae. Pedes toti hirsuti, pilosi. Linn.

muscosus. 26. Cancer brachyurus, thorace villoso utrinque tridentato, rostro bidentato: lateribus unidentato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1045. 34.

Habitat in mari mediterraneo.

Magnitudo glandis. Testa obovata, villis mollissimis incurvis hirsuta, ad utrumque latus spinis tribus subulatis. Rostrum spinis duabus subulatis parallelis cum dente compresso ad utrumque latus rostri. Ungues pedum subulati, curvi introrsum dentati. Chelae laeves, lineares, carpo utrinque dente obtuso retrorsum spectante. Linn.

longirostris. 27. Cancer thorace aculeato porrecto adscendente, rostro acuto bifido, pedibus longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 504.

Cancer dodecos brachyurus, thorace pubescente, spinis duodecim, rostro bifido. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1046. 38.

Villers

Villers Entom. Linn. tab. 11. fig. 12.

Habitat in mari mediterraneo.

Thorax rotundatus, obovatus, acuminatus, parum pubescens. Spina 1. erecta ad basin: 1. erecta in medio: spinae quatuor obsoletae ad utrumque latus. Spina 1. brevis ad marginem. Rostrum attenuatum, bifidum, subconnivens. Oculi exserti. Cauda ovata, obtusa, hirsuta. Chelae ovato-oblongae, utrinque carina ciliata. Corpore obovato convexo differt a Cancro araneo, in quo corpus obcordatum, depressum. Linn.

28. Cancer brachyurus, thorace hirto inæquali utrinque quinquedentato, rostro quadridentato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1046. *personatus.*

Habitat in mari mediterraneo.

Testa magnitudine pomi, rubra, uti totum corpus hirta. Rostrum bipartitum, subulatum hirtum cum dente ad utrumque latus antico, ciliato, breviore. Seta utrinque ad basin caudae. Pedes duo postici quasi supra reliquos collocati. Thorax ovatus margine aculeis quinque: disco tuberculis variis. Manus laeves, retro bidentes. Linn.

29. Cancer thorace hirto cordato utrinque quinque-dentato, manibus unidentatis apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 504. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1046. 40. *puber.*

Habitat in mari mediterraneo.

30. Cancer brachyurus, thorace rugoso nudo, margine utrinque octodentato: postico maximo, palmis posticis ovatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1046. 39. *hastatus.*

Habitat in mari Adriatico.

Pal-

Palmae antice bidentatae. Chelae angulatae.

maja. 31. Cancer thorace aculeato, manibus ventricosis spinosis, digitis penicillato hirsutis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 505. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1046. 41.

Matth. in Dioscor. 311.

Habitat in mari mediterraneo, omnium maximus. Vulgo *Granchio d'erba*, *et Fellone*.

Thorax cordatus, undique spinis muricatus, margine vero majoribus. Rostrum subulatum, apice bidentatum, dentibus horizontalibus aequalibus. Chelae spinis muricatae, sed ipsi digiti laeves, praeterquam margine, adspersae fasciculis pilorum. Linn.

chiragra. 32. Cancer thorace nodoso inæquali, rostro plano retuso, pedibus octo nodulosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 505.

Habitat in mari mediterraneo.

Rostrum exsertum, planum, apice valde retusum. Ante oculos tuberculum obtusum. Thorax nodis plurimis, imprimis quatuor dorsalibus majoribus et tribus utrinque ad marginem posticum. Pedes omnes incurvati nodulosi.

longimanus. 33. Cancer thorace aculeato, manibus corpore longioribus, digito patulo pollice curvato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 506. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1047. 42.

Habitat in Oceano Asiatico, et in nostro mari.

131. PAGURUS *Fabr.*

Cancri *Sp. Linn.*

Palpi sex subæquales:

anteriores quatuor bifidi, totum os obtegentes: *po-*

posteriores parvi mandibulæ dorso inserti.

Mandibula cornea, crassa, valida, apice rotundata, fornicata, obtusa.

Labium triplex: *exterius* quadrifidum: *medium*, et *interius* pariter quadrifidum.

Antennae quatuor, inæquales, pedunculatæ: exterioribus longioribus subulatis: interioribus brevibus palpiformibus, articulo ultimo bifido.

Metamorphosis completa: larva pupaque omnibus partibus completis, agilibus.

Victus e rapina Insectorum, Ranarum, Pisciumque.

Pedex X. primo pari chelifero. Corpus elongatum. Cauda tenui membrana obducta, aphylla. Species fere omnes Parasiticæ.

1. Pagurus parasiticus, chelis muricatis, dextra majore. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 506. *Bernhardus*.

Cancer Bernhardus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1049. 57. tab. 5. fig. 2.

Astacus Bernhardus cauda molli recurvata, thorace lævi, pedibus chelisque muricatis scabris, dextra majore. *Degeer. Ins.* 7. p. 405. 4. tab. 23. fig. 5-13.

Baster. subs. 1. 74. tab. 10. fig. 3. 4.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 31. fig. 5.

Habitat in Oceano Europæo intra testas cochlearum, quas vacuas intrat, trahitque mutatas prout adolescit.

Cheiæ margine anteriore versus basin barbatæ.

2. Pagurus parasiticus, chelis scabris subæqualibus, pedibus sex anterioribus pollicatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 507. *Eremita*.

Cancer Eremita. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1049. 59.

Habitat in mari italico intra tophum suberosum subrotundum apertura transversa, ovali, in cujus centro concha latitat. *Si-*

Similis Pag. Bernhardo, sed minor. Pedes sex; antici porrecti extra tophum.

tubularis. 3 Pagurus parasiticus subcylindricus, testa punctis excavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 508.

Cancer tubularis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1050.60.

Habitat intra serpulæ testas maris mediterranei.

Magnitudo et facies scolopendræ forficatæ. Pedes quatuor utrinque primi chelati; par quintum muticum: reliqua tantum rudimenta. Cauda longa mollis. Linn.

oculatus. 4. Pagurus parasiticus, chelis muricatis æqualibus, oculorum pedunculis longitudine thoracis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 507.

Habitat in Murice Brandaris.

Statura Pag. Bernhardi. Corpus totum ferrugineum. Oculorum pedunculi porrecti, cylindrici, basi dente armati. Brachia utrinque macula sanguinea. Chelae scabrae.

caput mortuum. 5. Pagurus tomentosus obtectus pileo hemisphærico suberoso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 508.

Cancer caput mortuum. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1050. 61.

Habitat in mari mediterraneo. Horridus adspectu referens caput humanum, diu sepultum.

Corpus magnitudine castaneæ, griseum, totum tomentosum pilis brevibus, confertis, exceptis digitorum apicibus. Rostrum obsoletum. Testa semiglobosa, inermis. Pileus hemisphaericus enatus e pedibus postremi paris supra dorsum reflexis, totum corpus ad oculos usque tegit.

strigosus. 6. Pagurus thorace antrorsum rugoso spinis ciliato, rostro acuto septemdentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 508.

Can-

Cancer strigosus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.1052.69.
Astacus marinus. *Col. aquat.* 8. tab. 6.
Barrel. rar. tab. 1288. fig. 1.

Habitat in Oceano Europæo.

Rostrum septemdentatum, acutissimum. Thorax obovatus antice transverse imbricatus striis ciliatis, antrorsum spectantibus. Brachia introrsum aculeata. Chelae oblongae, margine aculeatae. Pedes tres utrinque; quartum par minutum, apice muticum, villosum. Linn.

7. Pagurus thorace rugoso antice ciliato spinoso, rostro tridente manibus filiformibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 508. *rugosus.*

Habitat in mari mediterraneo.

Simillimus Pag. strigoso. Loco rostri dentes tres acutissimi, intermedio majori. Ad basin dentes duo elevati, acuti. Margo thoracis anticus strigosus.

132. HIPPA *Fabr.*

Palpi sex:
exteriores lati os obtegentes:
intermedii bifidi, laciniis subæqualibus:
interiores breves, filiformes.

Labium triplex: *exterius* bifidum; *intermedium* quadrifidum: *interius* adhuc non definitum.

Antennæ duæ pedunculatæ, setaceæ pilis densis ciliatæ.

Hujus species exoticæ sunt, præter sequentem.

1. Hippa thorace glabro antice truncato septemdentato, manibus compressis, pollice falcato. *Fabr. Mantis.* 1. p. 329. *symnista.*

Cancer symnista submacrourus, thorace subcylindrico

drico ciliato serrato, chelis cordatis, antennis ciliato pilosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1053. 70.?

Habitat in Oceano Europæo.

Thorax semicylindricus, lateribus inaequalibus, auctis spina antrorsum spectante. Margo anticus obtusus, serratus, ciliatus. Antennæ utrinque pilis ciliatae. Cauda articulis sex. Brachia inermia. Manus cordatae, pilosæ. Pollex subulatus, arcuatus. Pedes octo. Plantae bifidae, ciliatae.

133. SCYLLARUS *Fabr.*

Cancri *Sp. Linn.*

Palpi sex inæquales:

anteriores quatuor porrecti, os obtegentes: *posteriores* breves, setacei mandibulæ dorso inserti.

Mandibula porrecta, cornea, apice incrassata.

Labium triplex: *exterius* quadrifidum: *medium*, et *interius* bifidum.

Antennæ quatuor inæquales: *anteriores* longiores filiformes, articulo ultimo bifido: *posteriores* breves, bifidæ, laciniæ interioris articulo ultimo magno, compresso, rotundato.

Metamorphosis completa: larva pupaque omnibus partibus completis, agilibus.

Victus e rapina insectorum aquatilium, pisciumque minimorum.

arctus. tab. 5. fig. 6. 1. Scyllarus antennarum squamis ciliato-aculeatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 509.

Cancer arctus macrourus, thorace antrorsum aculeato, fronte diphylla, manibus subadactylis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1053. 75.

Sul-

Sulzers. Hist. Ins. tab. 32. fig. 3.
Barrel. icon. 1288. fig. 2.

Habitat in Oceano Europæ, Asiæ, Africæ, Americæ. Vulgo *Cicala* appellatur.

Frons retusa, aculeis inter oculos. Folia duo frontis. Thorax oblongus, inaequalis, quinquefariam antrorsum aculeatus. Caudae articuli triplici area; apex pentaphyllus, obtusus. Manus crassiores, laeves, pollice terminali, digito brevissimo. Pedes laeves unguibus acutis.

134. ASTACUS *Fabr.*
Cancri *Sp. Linn.*

Palpi sex inæquales:
anteriores quatuor porrecti, bifidi, os obtegentes:
posteriores breves setacei mandibulae dorso inserti.

Mandibula brevis, crassa, cornea, bifida.

Labium triplex: *exterius* quadrifidum: *medium, interiusque* bifidum.

Antennae quatuor inaequales, pedunculatæ: *anteriores* longiores setaceæ: *posteriores* fissæ.

Metamorphosis completa: larva pupaque omnibus partibus completis, agilibus.

Victus e rapina insectorum aquatilium, ranarum, pisciumque.

Pedes X. Manus chelatæ. Corpus elongatum. Cauda extensa, foliacea.

1. Astacus antennis posticis bifidis, thorace lævi, rostro lateribus dentato, basi supra dente duplici. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 509. *marinus.*

Cancer gammarus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1050. 62.

Ba-

Baster. subsec. 2. p. 6. tab. 1.
Matthiol. in Dioſc. p. 308.

In nostro mari vulgatissimus. Vernacule *lagosta.*

fluviatilis. 2. Astacus antennis posticis bifidis, thorace lævi, rostro lateribus dentato, basi dente utrinque unico. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 509.

Cancer Astacus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1051. 63.

Astacus fluviatilis thorace lævi, rostro supra dentato, basi utrinque dente unico, chelis maximis papilloso scabris. *Degeer. Ins.* 7. p. 365. 1. tab. 20. fig. 1.

Roes. Ins. 3. tab. 54. 55.

Habitat in Europæ lacubus, fluviis. Vulgo *Granchio di fiume.*

Nutritur in domibus hepate bovis, diuque servatur vivus foliis Urticæ aceto adspersis. Linn.

Narval. 3. Astacus antennis posticis bifidis, rostro longissimo adscendente compresso utrinque serrato. *Fabr. Mantis.* 1. p. 331.

Habitat in mari mediterraneo.

Statura et magnitudo Ast. Crangon. Rostrum valde porrectum, utrinque subtilissime serratum. Cauda lamellis quinque intermedia subulata. Fabr.

norvegicus. 4. Astacus antennis posticis trifidis, thorace antrorsum aculeato, manibus prismaticis, angulis spinosis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 512.

Cancer norvegicus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1053. 73.

Astacus norvegicus thorace convexo, capite aculeato, chelis prismaticis elongatis, seriebus quaternis spinosis. *Degeer. Ins.* 7. p. 398. 3. tab. 24.

Habitat in mari Norvegico, et dimidio minor in mari mediterraneo.

5. A-

5. Astacus antennis posticis trifidis, thorace lævi, rostro supra serrato, subtus tridentato, thoracis margine quinquedentato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 513. *squilla* tab. 10. fig. 16.

Cancer squilla macrourus, thorace lævi, rostro supra serrato, subtus tridentato, manuum digitis æqualibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1051. 66.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 32. fig. 4.
Baster. subs. 2. p. 30. tab. 3. fig. 5.

In mari Europæo frequens.

Variat rostro recto et incurvo.

6. Astacus antennis posticis trifidis, thorace laevi, rostro porrecto supra serrato, subtus lævi, digitis elongatis filiformibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 513. *Locusta.*

Cancer pennaceus macrourus, thorace lævi cylindrico, rostro ensiformi: margine superiore serrato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1051. 65.

Habitat in calidioribus regionibus.

Præcedenti minor. Rostrum elongatum, supra serratum, subtus læve. Thorax lævis margine utrinque unidentato. Pedes antici elongati, filiformes. Manus ovatæ, breves digitis elongatis, linearibus, acutis. Fabr.

7. Astacus antennis posticis trifidis, thorace lævi, rostro brevi integerrimo, manuum pollice longiori. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 513. *Crangon.*

Cancer Crangon. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1052. 67.

Squilla marina batava. *Baster. subs.* 2. p. 27. tab. 3. fig. 1. 4.
Roes. Ins. 3. tab. 63. fig. 1. 2.

Habitat in mari Balthico.

Rostrum integerrimum, brevissimum. Pollex manuum

nuum mobilis, chela longior: chela autem terminatur mucrone opposito breviori.

tyrrhenus. tab. 5. fig. 3. 8. Astacus antennis posticis bifidis, thorace lævi inermi, chela sinistra majori, pedibus filiformibus. Nobis.

In nostri maris arena habitat, piscium esca præstantissima.

Simillimus videtur Astaco malabarico, sed chelae inaequales compressae, earumque sinistra semper major, digito incurvo unicam differentiam proponunt. Esto judicium penes scientiae Peritos.

pusillus. tab. 5. fig. 5. 9. Astacus antennis posticis bifidis, thorace inermi rostro brevi nigro supra serrato, chelis æqualibus, ovatis, pedibus brevibus. Nobis.

Habitat in nostri maris arena, sed rarior.

An Ast. emeritus? an var. Tettigonii? Dubius adhuc haereo.

135. SQUILLA *Fabr.*

Palpi sex inæquales:

anteriores laterales, elongati, filiformes:

medii breves, lati, compressi, os obtegentes:

posteriores breves, filiformes, mandibulæ dorso adhærentes.

Mandibula crassa, cornea, apice compressa, dentata, processu laterali elongato subulato.

Labium duplex: *exterius* breve, corneum, bifidum: *interius* breve, subcorneum, bifidum.

Clypeus rotundatus, fornicatus integer.

Antennæ quatuor subæquales: *anteriores* pedunculatæ, setaceæ, extus lamina ciliata suffultæ: *posteriores* pedunculatæ, setaceæ, trifidæ.

1. Squil-

1. Squilla manibus adactylis compressis falcatis serrato-dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 514. *Mantis*. tab. 5. fig. 4.

Squilla Mantis marina corpore elongato, thorace angulato, cauda lata depressa spinosa, pedibus anticis chelatis dentatis. *Degeer. Ins.* 7. p. 533. 5. tab. 34. fig. 1.

Cancer mantis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1054. 76. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 32. fig. 2.

Habitat in mari mediterraneo. Nostratibus esculenta.

Thoracis testa membranacea. Pedes utrinque tres; Pollex serrato-dentatus, terminalis. Dactyli sub abdomine trium parium. Antennæ trifidæ: lamina ovata ad oculos. Linn.

136. GAMMARUS *Fabr.*
Cancri *Sp. Linn.*

Palpi sex inæquales, filiformes:

anteriores quatuor porrecti, bifidi, os obtegentes:

posteriores breves, filiformes mandibulæ dorso inserti.

Mandibula brevis, cornea, crassa, fornicata, obtusa.

Labium triplex membranaceum: *exterius* quadrifidum: *medium interiusque* bifidum.

Antennæ quatuor inæquales, pedunculatæ, simplicissimæ: *anteriores* breviores subulatæ: *posteriores* longiores setaceæ.

Metamorphosis completa: larva pupaque omnibus partibus completis, agilibus.

Victus e rapina minimorum aquatilium, plantisque aquaticis.

Pedes X. Cauda compressa.

longicornis. 1. Gammarus manibus adactylis, antennis corpore longioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 516.

Cancer grossipes. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1055. 80. *Gronov. Zoophyl.* tab. 17. fig. 7.

Habitat in Europæ Oceano.

Locusta. 2. Gammarus manibus quatuor adactylis, pedibus quatuordecim, femoribus simplicibus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 516.

Cancer locusta. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1055. 82. *Roes. Ins.* 3. tab. 62.

Habitat in Europæ maritimis, etiam in fontibus, et fossis.

Corpus articulis quatuor. Manus duorum parium adactylæ, breves. Pedes dein 7. parium, angusti. Spurii pedes sub cauda trium parium, apice setacei. Pediculi unius paris caudæ lateribus adstant, bidigitati. Cauda acuta, brevis. Linn.

Pulex. 3. Gammarus manibus quatuor adactylis, pedibus decem. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 517.

Cancer Pulex. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1055. 81. *Baster. subs.* 2. p. 31. tab. 3. fig. 7.

Habitat ad maris litora, etiam in fontibus et fossis, dorso innatans, saliens, piscibusque infestus, in branchiis ulcera caussans.

Pedes 7. parium, quorum paria 4. antrorsum versa, horum duo paria antica chelifera, digito mobili, absque pollice. Paria 3. posteriora retrorsum versa. Linn.

stagnalis. 4. Gammarus manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda cylindrica bifida. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 518.

Can-

Cancer stagnalis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1056.87.
Habitat in Europæ aquis stagnantibus.

5. Gammarus oblongus, gibbus, antennis plicatis longissimis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 335. *gibbosus*.

Oniscus gibbosus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 377.
Habitat in Oceano lusitanico.

Corpus parvum, glabrum, læve, flavescens, punctis fuscis irroratum. Caput crassum, obtusum, oculis duobus maximis approximatis, macula magna viridi. Antennæ duæ setaceæ sub corpore inflexæ, et plicatae, corpore triplo longiores. Thorax gibbus segmentis 7., primo brevissimo. Abdomen segmentis quatuor. Cauda foliolis tribus acuminatis. Pedes 14., intermediis sublongioribus.

***
**
*

CLASSIS V.

UNOGATA.

MAxilla inferiore sæpius unguiculata. Os maxillis palpisque

Palpi duo, breves, sæpius filiformes, interdum maxillæ inserti, interdum palato inter mandibulas, maxillasque.

Clypeus horizontalis, corneus, os superne tegens.

Mandibulæ duæ transversales, corneæ, unguiculatæ, latera oris superne includentes.

Maxillæ duæ transversales, membranaceæ, sæpius unguiculatæ, latera oris inferne includentes.

Labium porrectum, liberum, os inferne claudens.

Antennae brevissimæ, filiformes, sub oculis insertæ.

In hac Classe quædam Neuroptera; et quædam Aptera Linnæi locum habent, characteribus oris inter se convenientia.

137. LIBELLULA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo filiformes maxillæ dorso inserti.

Mandibula brevis, cornea, crassa, gibba, basi dentata.

Maxilla porrecta, cornea, compressa, basi dilatata, ciliata, apice unguiculata, acutissima, dentata.

Labium

Labium porrectum, exsertum, membranaceum, trifidum: laciniis lateralibus totum os obtegentibus: tertia dorsali, minutissima.

Antennae breves, filiformes.

Larva hexapoda, agilis: ore forcipe articulato, bifido, membranaceo tecto.

Pupa hexapoda, agilis, larvæ simillima; at alarum rudimentis.

Victus larvæ, et pupæ e rapina insectorum aquatilium: imaginis e rapina antliatorum.

Os multimaxillosum. Alæ extensæ, omnes æquales. Cauda hamoso-forcipata.

1. Libellula alis posticis basi omnibusque medio antico macula nigricante, abdomine depresso tomentoso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 519. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 901. 1. *4-maculata.*

Habitat in Europæ aquosis.

Thorax maculis duabus glaucis: altera biloba.

2. Libellula alis omnibus basi nigricantibus, abdomine depresso lateribus flavicante. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 519. *depressa.* tab. 6. fig. 1.

Libellula depressa alis omnibus basi nigricantibus, thorace lineis duabus flavis, abdomine lanceolato lateribus flavescente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 902. 5.

Roes. Ins. 2. *aquat.* tab. 9. fig. 4.
—— tab. 7. fig. 3.

Habitat ad Europæ aquas.

Variat colore. Mas abdomine cærulescente maculis lateralibus baseos flavis: femina abdomine fusco lateribus flavis.

3. Libellula alis basi luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 520. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 901. 2. *flaveola.*

Libellula alis albis basi luteis, abdomine lutescente. *Geoffr. Ins.* 2. p. 225. 7.

Habitat in Europa ad aquas.

Variat rarius alis absque basi lutea. Thorax basi maculis punctisque luteis.

rubicunda. 4. Libellula alis tantum posticis basi nigricantibus, corpore testaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 521. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 902. 4.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 7. fig. 4.

Habitat in Europa ad aquas.

Sexus alter a tergo thoracis et abdominis maculis rubris: alter luteis.

vulgatissima. 5. Libellula thorace flavo, striis octo nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 521. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 902. 6.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 5. fig. 3.

Habitat in Europa ad aquas.

vulgata. 6. Libellula alis hyalinis immaculatis, abdomine cylindrico rufo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 522.

Libellula vulgata alis hyalinis, corpore griseo, cauda simplici. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 901. 3.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 8.

Habitat ad Europæ aquas.

cancellata. 7. Libellula alis basi immaculatis, abdomine, dorso, lateribusque interrupte luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 522. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 902. 7.

Habitat ad Europæ aquas.

Thorax luteo fuscoque fasciatus.

pedemontana. 8. Libellula alis planis cinereis, fascia apicis fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 522.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 24. fig. 1.

Habitat in agro pedemontano.

Parva. Corpus obscure-flavescens.

aenea. 9. Libellula alis hyalinis, thorace viridi-æneo. *Fabr.*

Fabr. Sp. Ins. 1. p. 524. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 902. 8.

Libellula viridi-aurata; capite rotundato, pedibus nigris, abdominis medio inflato. *Degeer. Ins.* 2. p. 687. tab. 19. fig. 8.

Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 5. fig. 2.

Habitat ad Europæ aquas.

138. AESHNA *Fabr.*

Libellulæ *Sp. Linn.*

Palpi duo porrecti, pilosi, maxillæ dorso inserti.

Mandibula crassa, cornea, arcuata, dentata, exserta.

Maxilla cornea, valida, compressa, arcuata, dentata, apice bifida.

Labium porrectum, fornicatum, submembranaceum, trifidum: lacinia intermedia rotundata, emarginata: lateralibus ovatis, truncatis, dentatis.

Antennæ breves, filiformes.

Larva hexapoda, agilis, currens: ore forcipe articulato, unguiculato, acuto tecto.

Pupa hexapoda, agilis, larvæ simillima, at rudimentis alarum.

Victus larvæ et pupæ e rapina insectorum aquatilium: imaginis e rapina antliatorum.

1. Aeshna thorace nigro, characteribus variis flavescentibus, cauda unguiculata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 525. *forcipata.*

Libellula forcipata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 903. 11.

Libellula thorace luteo-virescente lineis nigris, abdomine nigricante, characteribus flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 228. 13.

Habitat in Europa.

Cauda unguibus tribus incurvatis.

grandis. 2. Aeshna thorace lineis quatuor flavis, corpore
tab. 6. variegato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 525.
fig. 2. *Libellula grandis* alis glaucescentibus, thoracis lineis quatuor flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 903. 9.
Libellula fulva, alis flavescentibus, thoracis lateribus lineis duabus flavis, fronte flavescente, cauda diphylla. *Geoffr. Ins.* 2. p. 227. 12.
Degeer. Ins. 2. tab. 22. fig. 6.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 4. fig. 14.
Habitat in Europa ad aquas.
Macula cærulea supra basin alarum.
Colores corporis pulcre variegati vita pereunt.

139. AGRION *Fabr.*

Libellulæ *Sp. Linn. Geoffr.*

Palpi duo, breves, filiformes maxillæ dorso inserti.
Mandibula brevis, crassa, cornea, dentata.
Maxilla porrecta, cornea, compressa, apice unguiculata, acutissima, dentata.
Labium porrectum, membranaceum, trifidum: laciniis lateralibus apice bifidis: intermedia majori, emarginata.
Antennæ breves, filiformes.
Larva hexapoda, agilis, currens: ore forcipe articulato bifido: lacinia exteriori unguiculis pluribus armata, tecto.
Pupa hexapoda, currens, larvæ simillima, rudimentis alarum.
Victus larvæ et pupæ e rapina insectorum aquatilium: imaginis e rapina antliatorum.
Oculi extuberantes. Alæ erectæ, æquales.

Virgo. 1. Agrion alis erectis coloratis. *Fabr. Sp. Ins.* 1.
tab. 6. fig. 3. p. 526.

Li-

Libellula virgo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 904. 20.

α. *Libellula* corpore viridi-cæruleo nitido, alis medio cærulescentibus, basi et apice albidis, margine immaculato. *Geoffr. Ins.* 2. p. 221. 1.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 9. fig. 7.

β. *Libellula* corpore sericeo nitido alis viridi-cærulescentibus apice fuscis, margine immaculatis. *Linn. Fn. Svec.* 1. n. 757.
Reaum. Ins. 6. tab. 35. fig. 7.

γ. *Libellula* corpore viridi-sericeo, alis subfuscis, puncto marginali albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 122. 2.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 9. fig. 6.

δ. *Libellula* corpore sericeo nitido, alis inaurato-fuscis, macula nigra. *Linn. Fn. Svec.* 1. n. 759.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 9. fig. 5.

Habitat ad Europæ fluvios frequens.

Numerosæ adhuc occurrunt varietates ad hasce referendæ.

2. Agrion alis erectis hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 527. *puella*.

Libellula puella. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 905. 21.

α. *Libellula* corpore cæruleo cinereoque alterno, alis puncto marginali nigro. *Geoffr. Ins.* 2. p. 222. 3.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 10. fig. 3. 4.

β. *Libellula* corpore infra cæruleo viridi, supra fusco, thorace fasciis fuscis cærulescentibusque alternis, puncto alarum marginali nigro. *Geoffr. Ins.* 2. p. 223. 4.
Roes. Ins. 2. *aquat.* 2. tab. 11. fig. 7.

γ. *Libellula* corpore viridi pallide incarnato, thorace fasciis tribus longitudinalibus nigris, alis puncto marginali fusco. *Geoffr. Ins.* 2. p. 224. 5.

Habitat in pratis paludosis Europæ, victitans rapina muscarum.

Hujus etiam innumeræ varietates adsunt; quæ copula junguntur, ideoque haud distinctae.

140. JULUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo breves, filiformes, connati, inter mandibulas maxillasque inserti.

Mandibula brevis, crassa, serrata, bifida.

Maxilla brevis, membranacea, filiformis, integra.

Labium magnum, porrectum, membranaceum, rotundatum, apice crenatum, emarginatum.

Antennae filiformes.

Metamorphosis completa. Larva et pupa polypoda, agilis, currens, imagini simillima.

Victus omnium e rapina insectorum minimorum.

Pedes duplo utrinque plures, quam corporis segmenta. Corpus semicylindricum.

ovatus. 1. Julus pedibus utrinque 20. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 528. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1064. 1. *Amoen. acad.* 4. p. 253. n. 36. tab. 3. fig. 4.

Oniscus. Gronov. Zoophyl. 995. tab. 17. fig. 4. 5.

Habitat in Oceano Europæo.

Corpus oblongo-ovale segmentis 10., *præter thoracem et caudam.*

varius. 2. Julus pedibus utrinque 78., segmentis basi nigris apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 528.

Habitat in Italia.

Medius. Caput nigrum fascia media alba. Segmenta corporis albida, basi nigra. Margo tenuissime ferrugineus. Pedes nigri.

terrestris. 3. Julus pedibus utrinque 100. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 529. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 1065. 3.

Julus

Julus fasciatus nigro-fuscus, lineis binis longitudinalibus rufis, pedibus utrinque 100. *Degeer. Ins.* 7. p. 578. 2. tab. 36. fig. 9. 10.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 30. fig. 15.
Habitat in Europæ nemoribus sub terra.

4. Julus pedibus utrinque 30., corpore planiusculo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 529. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1065. 4. *complanatus.*
Degeer. Ins. 7. tab. 36. fig. 23.
Scolopendra julacea. Scop. Ent. Carn. 1150.
Habitat in Europa.

5. Julus pedibus utrinque 120. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 530. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1065. 5. *sabulosus.* tab. 6. fig. 4.
Habitat in Europæ sabulosis.
Julo terrestri duplo major. Corpus segmentis 50., substriatis, segmento ultimo acumine prominente.

141. SCOLOPENDRA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo, æquales, connati, inter mandibulas maxillasque palato inserti.
Mandibula brevis, fornicata, basi anulata, apice fissa.
Maxilla magna, porrecta, cornea, arcuata, unidentata.
Labium breve, corneum, rigidum, apice dentatum, bifidum.
Antennæ porrectæ, setaceæ.
Metamorphosis completa. Larva et pupa polypoda agilis, currens, imagini simillima.
Victus omnium e rapina insectorum minimorum.
Pedes totidem utrinque, quot corporis segmenta. Corpus lineare, depressum.

1. Sco-

lagura. 1. Scolopendra pedibus utrinque 12., corpore ovali, cauda penicillo albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 531. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1062. 1. *Geoffr. Ins.* 2. tab. 22. fig. 4.
Habitat sub Europæ muscis.

coleoptrata. 2. Scolopendra pedibus utrinque 14. elongatis, thorace scutellato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 531. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1062. 2.
Habitat in Europa australi.

forficata. 3. Scolopendra pedibus utrinque 15. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 532. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1062. 3.
Scolopendra rufo-fusca, pedibus utrinque 15. *Degeer. Ins.* 7. p. 557. 1. tab. 35. fig. 12.
Habitat in Europa.

ferruginea. 4. Scolopendra pedibus utrinque 22. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 532. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1068. 6.

tab. 6. fig. 5. *Scolopendra* pedibus utrinque 23., posterioribus longissimis bispinosis. *Degeer. Ins.* 7. p. 568. 2. tab. 43. fig. 6.
Habitat in Africa.
Ad hanc speciem referre maluimus nostram scolopendram, quam novam constituere speciem. Degeeri descriptio præter magnitudinem nostram designare videtur. Corpus ferrugineum pedibus luteis 23., quorum posteriores longissimi, genubusque bispinosis.

Gabrielis. 5. Scolopendra pedibus utrinque 148. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 533. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1063. 7.
Habitat in Italia.
Quadruplo major sequenti. Tota flavescens depressa.

electrica. 6. Scolopendra pedibus utrinque 70., corpore lineari. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 533. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1068. 8.

Sco-

Scolopendra flava, capite pedibusque utrinque 54. rufis. *Degeer. Ins.* 7. p. 561. 2. tab. 35. fig. 17.

Habitat in Europæ suffocatis, in tenebris phosphorea.

142. TROMBIDIUM *Fabr.*

Acari *Sp. Linn.*

Palpi duo, porrecti, incurvi, filiformes, apice acutissimi, os obtegentes.

Mandibula recta, porrecta, apice unguiculo acutissimo armata.

Maxilla brevissima, incurva, approximata.

Labium porrectum, conicum, membranaceum, pilosum, maxillas recipiens.

Antennæ omnino nullæ.

Metamorphosis completa. Larva et pupa octopoda, agilis, currens, imagini simillima.

Victus omnium e rapina aliorum insectorum, quisquiliis.

1. Trombidium abdomine sanguineo depresso tomentoso, postice retuso, terrestre. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 534. *holosericeum.*

Acarus holosericeus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1025. 22. *Roes. Ins.* 4. tab. 38.

Habitat in Europæ siccis.

2. Trombidium abdomine sanguineo depresso tomentoso, postice obtuso, aquaticum. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 535. *aquaticum.*

Acarus aquaticus. Linn. Syst. Nat. 2. p. 1025. 21. *Roes. Ins.* 3. tab. 25.

Habitat in Europæ aquis dulcibus, velociter natans; ova rubra in Nepis ponens.

3. Trom-

caudatum. 3. Trombidium abdomine fusco, rufo-maculato; postice porrecto cylindrico. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 535.
Acarus caudatus aquaticus subrotundus fuscus, rufo-maculatus, abdomine caudato cylindrico. *Degeer. Ins.* 7. p. 139. 23. tab. 9. fig. 1.
Habitat in Europæ aquis celerrime natans.

globosum. 4. Trombidium fuscum, corpore globoso, pedibus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 535.
Acarus aquaticus globosus aquaticus rubro-fuscus, corpore globoso, tentaculis brevioribus, pedibus rubris approximatis. *Degeer. Ins.* 7. p. 146. 25. tab. 9. fig. 11.
Habitat in Europæ aquis.

143. ARANEA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo porrecti, æquales, incurvi, maxillæ dorso adhærentes.
Mandibula brevis, crassa, cornea, apice unguiculata.
Maxillæ brevis, crassa, cornea, apice unguiculo arcuato armata.
Labium breve, membranaceum, apice rotundatum, integrum.
Antennæ nullæ.
Metamorphosis completa. Larva et pupa octopoda, agilis, currens, imagini simillima.
Victus omnium e rapina aliorum insectorum, imprimis antliatorum.
Oculi octo. Pedes octo. Os forcipatum. Palpi clavati.
Palpi maris articulo ultimo clavato vesiculoso, apice acuminato, sunt genitalia.
A situ oculorum species commode distribuuntur.

* Ocu-

* Oculis : : : :

1. Aranea abdomine longo argenteo virescente, pedibus longitudinaliter extensis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 536. *Linn. Syss. Nat.* 2. p. 1033. 22. *extensa.*

Aranea retiaria, abdomine elongato griseo-fusco, pedibus longitudinaliter extensis. *Degeer. Ins.* 7. p. 236. 10.

Habitat in uliginosis, sylvaticis.

2. Aranea nigra palpis pedibusque hirsutis pallide-testaceis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 346. *hirtipes.*

Cyrill. Spec. Ent. Neap. tab. 7. fig. 7.

Habitat Cajennæ, vulgatissima in Cellis vinariis.

Corpus parvum, obscurum, palpis pedibusque omnibus longissimis hirtis, pallide-testaceis.

** Oculis : : : :

3. Aranea nigra, abdomine lateribus sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 537. *globosa.*

Habitat in pratis Lipsiensibus.

*** Oculis : : : :

4. Aranea abdomine subrotundo plano obtuso, pedibus quatuor posticis brevissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 538. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1036. 43. *viatica.*

Aranea cancroides fusco-marginata grisea, seu fusca, abdomine ovato plano, fascia laterali nigro-fusca lineaque albida. *Degeer. Ins.* 7. p. 301. 31. tab. 18. fig. 23.

Habitat in Europæ hortis.

5. Aranea abdomine ovato fusco, maculis nigris quinque subcontiguis, anterioribus majoribus. *Fabr.* *domestica.*

Fabr. Sp. Ins. 1. p. 538. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1031. 9.

Aranea domestica vestiaria griseo-fusca, abdomine ovato tomentoso, maculis nigris marmorato. *Degeer. Ins.* 7. p. 264. 19. tab. 15. fig. 11.

Habitat in Europæ fenestris, et domibus.

lævipes. 6. Aranea abdomine rhomboide depresso nigro-maculato, pedibus extensis variegatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 539. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1037. 44.

Aranea cancroides tigrina abdomine obtuso plano albido, maculis nigris, pedibus posticis quatuor brevioribus. *Degeer. Ins.* 7. p. 302. 32. tab. 18. fig. 25.

Habitat in Europæ muris.

**** Oculis.

angulata. 7. Aranea abdomine ovato, antice lateribus angulato acuto, thoracis centro excavato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 539. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1031. 8.

Aranea retiaria, abdomine ovato nigro, supra tuberculis binis magnis conicis. *Degeer. Ins.* 7. p. 221. 2. tab. 12. fig. 1.

Habitat in arboribus rete perpendiculari.

Colore variat.

diadema. 8. Aranea abdomine subgloboso rubro fusco, cruce albo-punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 540. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1030. 1.

Degeer. Ins. 7. tab. 11. fig. 3.

Habitat in Europæ arboribus.

marmorea. 9. Aranea fusca, abdomine ovato fusco alboque variegato. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 540.

Habitat in Europa, nidum in fruticibus et gramini-

minibus stru ns attractis insectorum cadaveribus.

10. Aranea a lominis dorso plano nigro, punctis excava s quatuor. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 540. *Linn. Syst Nat.* 2. p. 1034. 28. *4-punctata.*

Habitat in E ropæ domibus.

11. Aranea domine ovato fusco, linea exalbida pinnat . *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 541. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 1031. 12. *labyrinthica.*

Habitat in I ropæ terra, rela horizontali cum puteo cyl idrico.

12. Aranea usca, thorace abdomineque utrinque linea niv . *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 542. *Linn. Syst. Na* 2. p. 1036. 41. *palustris.*

Habitat in ludibus cæspitosis exsiccatis.

Apex thora s ante oculos terminatur linea nivea.

13. Aranea fusca, abdomine ovato cinereo, dorso fusco , punctis duobus impressis. *Fabr. Sp. Ins.* . p. 542. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1036. 39. *geer. Ins.* 7. tab. 19. fig. 5. *aquatica.*

Habitat in uropæ aquis dulcibus urinatoria. Hibernat i cochleis vacuis, quas rete artificioso claud .

Mandibulæ tra unguibus sanguineis.

14. Aranea abdomine oblongo, punctorum excavatoru paribus tribus. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 542. *L n. Syst. Nat.* 2. p. 1033. 24. *sexpunctata.*

Habitat in Europæ sylvis.

***** Oculis

15. Ara abdomine ovato ferrugineo fusco. *Fabr. S . Ins.* 1. p. 543. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1036 40. *saccata.*

Ha-

Habitat in Europæ hortis, ovorum saccum circumferens.

Pedes lividi anulis fuscis confertis, inæqualibus.

fumigata. 16. Aranea abdomine ovato fusco, basi punctis duobus albis. *Fabr Sp. Ins.* 1. p. 543. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1032. 16.

Habitat in campis, ante nidum larvarum incubans, ad exitum capit unam post alteram, et exsugit.

argentea. 17. Aranea pallide-testacea supra argentea, pedibus nigro-anulatis. Nobis.

tab. 6. fig. 7. Habitat in Apulia, unde nobis missa sub specie Tarantulæ.

Corpus totum pallide-testaceum. Caput prominens, thorax, abdomen supra villo sericeo argenteo nitido tecta. Puncta aliquot excavata in abdominis tergo. Pedes grisei setis rigidis nigris obsiti, quæ confluentes passim anulos nigros efficiunt.

****** Oculis : : : . . .

fimbriata. 18. Aranea nigra linea laterali alba. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 543. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1033. 23. *Degeer. Ins.* 7. tab. 16. fig. 9. 10.

Habitat in Europæ paludibus cæspitosis.

scenica. 19. Aranea saliens nigra, striis tribus semicircularibus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 544. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1035. 36. *Degeer. Ins.* 7. tab. 17. fig. 8. 9.

Habitat in Europæ parietibus.

Tarantula. 20. Aranea abdominis dorso maculis trigonis nigris, pedibus nigro-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 545.

tab. 6. fig. 6.

Ara-

Aranea Tarantula subtus atra, pedibus subtus atro-fasciatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1035. 35.
Tarantula Boccon. Mus. 1. 101. tab. 2.
Habitat in Apulia, ubi sub canicula morsu excitat famosum Tarantismum, Musica curandum.
Plures hujus species ab Incolis ostenduntur, præcipueque *argentea* a nobis descripta; verum quam icone hic offerimus, est vera Tarantula venenata, de qua verba fecit Georgius Baglivius.

21. Aranea abdomine ovato coccineo: linea longitudinali atra. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1032. 18. *sanguinolenta.*
Habitat in hortis. tab. 6. fig. 8.
Parva. Corpus hirsutum nigrum. Palpi antice cinerei. Thorax niger lineis duabus lateralibus albis. Abdomen coccineum vitta media longitudinali nigra. Duorum parium pedum anteriorum tibiæ coccineæ. Reliqua nigra villo albicante grisescentia.

22. Aranea abdomine ovato supra coccineo. *Spec. Ins. calabr.* n. 176. *nigra.*
In ulteriori Calabria. *Distincta omnino a præcedenti.*

******* Oculis . . . .

23. Aranea abdomine virescente, lateribus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 546. *senoculata.*
Aranea senoculata oculis tantum senis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1034. 30.
Degeer. Ins. 7. tab. 15. fig. 5.
Cyrill. Spec. Ent. Neap. tab. 8. fig. 7.
Habitat in campis.

144. PHALA NGIUM *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo, æquales, i curvi, elongati, filiformes, maxillæ dorso inserti.

Mandibula porrecta, rnea, arcuata, chelifera.

Maxilla brevis, mer ranacea.

Labium breve, mer ranaceum, bifidum.

Antennæ nullæ.

Metamorphosis com leta. Larva et pupa octopoda, agilis, cur ns, imagini similima.

Victus omnium rapina aliorum insectorum, vermiumque.

Pedes octo. O li quatuor. Caput antice cheliferum.

opilio. 1. Phalangium abdomine ovato griseo subtus albo. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 547. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 10 . 1.

geer. *Ins.* 7. tab. 10. fig. 1.

Habitat in America, Europa, nocte vagatur.

carinatum. 2. Phalan ium fuscum, abdomine depresso carinato, pedibus anticis ante apicem unidentatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 347.

tab. 10. fig. 14. *Phala ium tricarinatum* abdomine elliptico depr o tricarinato, femoribus anticis subcristati . *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1029. 7.

Ha at Dresdæ, inque Apulia.

Co pus magnitudine Ph. Opilionis, at depressum, planum abdominis dorso carinato. Pedes octo mediocres, anteriores fere palpiformes ante apicem unidentati: reliqui inermes. Mandibulæ chelatæ, nigrae. Fabr.

145. SCORPIO *Linn. Degeer. Fabr.*
Chelifer *Geoffr. Degeer.*

Palpi duo elongati cheliferi, sub maxillis inserti.
Mandibula brevis, crassa, cylindrica, apice unguiculata.
Maxilla brevis, cornea, fornicata; apice unguiculo arcuato, labium includens.
Labium rectum, porrectum, corneum, bifidum.
Antennae nullæ.
Metamorphosis completa. Larva et pupa octopoda, agilis, currens, imagini simillima.
Victus omnium e rapina insectorum, vermiumque.
Oculi octo. Pedes octo. Palpi chelati. Pectines duo subtus in abdominis basi. Cauda plurimis articulata, mucronata.

1. Scorpio pectinibus 18-dentatis, manibus angulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 551. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1038. 5. *europæus.* tab. 6. fig. 9.
Degeer. Ins. 7. tab. 41. fig. 5.
Roes. Ins. 3. tab. 66. fig. 1. 2.
Habitat in Europa australiori.

2. Scorpio abdomine ecaudato ovato depresso fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 551. *cancroides.*
Phalangium cancroides abdomine obovato depresso, chelis lævibus, digitis pilosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1028. 4.
Chelifer abdomine lineis transversis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 618. 1.
Degeer. Ins. 7. tab. 19. fig. 14.
Roes. Ins. 3. tab. 64.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 29. fig. 9.
Habitat in Europæ umbrosis, suffocatis.
Retrogradus, victitat Hemerobio pulsatorio, Acaris.

VINCENTII PETAGNÆ

IN REGIO NEAPOLITANO LYCEO
BOTANICES PROFESSORIS

INSTITUTIONES ENTOMOLOGICÆ.

TOMUS II.



NEAPOLI
TYPIS CAJETANI RAYMUNDI
MDCCXCII.
AUCTORITATE PUBLICA.

CLASSIS VI.

GLOSSATA

OS lingua spirali palpisque:
Absque mandibulis, maxillis, labio.

Clypeus brevissimus, corneus integer, linguæ spiralis basin tegens.

Palpi duo, interdum quatuor, compressi, pilosi, reflexi, sub ore inserti, idemque os tegentes.

Lingua spiralis porrecta, involuta, setacea, cornea, vel membranacea, bifida: laciniis æqualibus, acutis, intus canaliculatis, inter palpos inserta, latens.

Antennæ elongatæ inter oculos positæ, quæ modo *clavatæ*, modo *pectinatæ*, et modo *moniliformes*, *filiformes*, vel *setaceæ* sunt. In quibusdam autem crassæ et angulatæ, sive *prismaticæ*.

Characteres, quibus distinguuntur naturalis hujus Classis Insecta, consistunt in oris structura, et alarum squamis. Unde nomen eidem Classi inditum a duobus Cl. Entomologis: Linnæo sc. et Fabricio. Hic Glossata appellavit hæc Insecta, quod lingua spirali prædita carent maxillis, mandibulis, et labio: Linnæus autem Lepidoptera dixit propter alas squamis imbricatis ornatas.

146. PAPILIO *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo æquales; pilosi, reflexi, sub ore inserti.

Lingua spiralis, porrecta, elongata, cornea, involuta, bifida, inter palpos latens.

Clypeus brevis, corneus, rugosus, vix basin linguæ tegens.

Antennae elongatæ, multiarticulatæ, clavatæ: clava capitata, ovata, obtusa.

Larva XVI-poda, agilis, currens, spinis compositis sæpius armata, interdum nuda, tentaculata.

Pupa nuda, quiescens, plerumque nodosa; interdum filis apicis, interdum filis in medio adligatis adhærens.

Larvæ victus e foliis plantarum: imaginis e nectare florum, succoque exsudante arborum.

Hoc Genus facillime a congeneribus distinguitur antennarum charactere, quamvis nonnullæ species clava antennarum destituantur; et alis, dum quiescit imago, sursum erectis.

Papiliones ut commode distingui possint in 6. Phalanges dividuntur.

1. *Equites* alis anticis ab angulo postico ad apicem longioribus, quam ad basin. In his sæpe Antennæ filiformes sunt.

—— *Troes* ad pectus maculis sanguineis (sæpius nigri).

—— *Achivi* pectore incruento, ocello ad angulum ani.

2. *Heliconii* alis angustis integerrimis, anticis oblongis.

3. *Par-*

3. *Parnassii* alis rotundatis, denudatis.
4. *Danai* alis integerrimis.
—— *Candidi* alis albidis.
—— *Festivi* alis variegatis.
5. *Nymphales* alis denticulatis.
—— *Gemmati* alis ocellatis.
—— *Phalerati* alis coecis absque ocellis.
6. *Plebeii* parvi: larva sæpius contracta.
—— *Rurales* alis maculis obscurioribus.
—— *Urbicolæ* alis sæpius maculis pellucidis.

1. *Equites Troes*.
Omnes exotici.

2. *Equites Achivi*.

1. Papilio alis bicaudatis fuscis postice lutescentibus, subtus fascia characteribusque albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 10. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 749. 26. *Iasius*. *Equ. Ach.*

Papilio Iasius. *Drury Ins.* 1. tab. 1. fig. 1.

Habitat in Barbaria, nuper in nostra Apulia apparuit, unde misit nobis Angelus Pinto.

Corpus fuscum magnitudine Pap. populi. Antennæ *nigræ*, *filiformi clavatæ*. Palpi *extus albi*. Pedes *sex perfecti*. Alæ primores *supra fuscæ*, *ad marginem posticum lutescentes nervis nigris; ante hunc ordinem Puncta 5. vel 6. ferruginea*, *ordine transverso*. Posticæ *supra fuscæ: his postice ordo macularum albarum sublunarium; anterius ordo e maculis cæruleis 5. vel 7.* Margo *posticus niger dentatus: dentibus duobus alternis excurrentibus in caudas lineares*. Subtus omnes *secat fascia media nivea*, *in posticis magis distincta*. Area anterior *ferruginea*

scripta characteribus albis difformibus, includentibus maculas griseas; postica area *colore fere paginæ superioris. Optime Linn.*

Podalirius. Equ. Ach. 2. Papilio alis caudatis subconcoloribus, flavescentibus, fasciis fuscis geminatis, posticis subtus linea sanguinea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 15. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 751. 36.

Papilio alis pallideflavis, rivulis transversis nigris, secundariis angulo subulato, maculaque crocea. *Geoffr. Ins.* 2. p. 56. 24.

Roesel. Ins. 1. pap. 2. tab. 2.

Esp. pap. tab. 1. fig. 2.

Apud nos communis.

Larva solitaria, flavescens, fusco punctata, capite pallide virescente. *Esper.* tab. 50.

Pupa flavescens, fusco-punctata, antice bidentata.

Machaon. Equ. Ach. tab. 7. fig. 1. 3. Papilio alis caudatis concoloribus flavis, limbo fusco lunulis flavis, angulo ani fulvo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 17. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 750. 33.

Papilio alis flavo nigroque variegatis, secundariis angulo subulato maculaque fulva. *Geoffr. Ins.* 2. p. 54. 23.

Esp. pap. tab. 1. fig. 1.

Column. Ecphr. 2. t. 86.

Roesel. Ins. 1. pap. 2. tab. 1.

Habitat in Europæ umbellatis, Ruta.

Larva solitaria, glabra, nigro viridique annulata, rubroque punctata: tentaculis duobus in capite, tetrum odorem emittentibus, quo Ichneumones fugantur.

Pupa flavescens.

Ajax. Equ. Ach. 4. Papilio alis obtuse caudatis concoloribus fuscis, fasciis flavescentibus, angulo ani fulvo. *Fabr. Sp.*

Sp. Ins. 2. p. 20. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 750. 32.
Villers. Entom. Linn. 2. tab. 4. fig. 1.
Esper. pap. tab. 51. fig. 1.

Habitat in America boreali, in Helvetia, inque Germania.

3. *Heliconii*
Omnes exotici.

4. *Parnassii*.

5. Papilio alis rotundatis integerrimis albis, nigro-maculatis, posticis supra ocellis quatuor, subtus sex basique rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 35. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 754. 50. *Apollo. Parnas.* tab. 7. fig. 2.
Esp. pap. tab. 2. fig. 1.

Habitat in Sedo Telephio, Saxifraga, Cotyledone.

Larva solitaria, holosericea, atra, segmentis utrinque punctis rubris duobus.

Pupa cærulescens antice utrinque rubro-punctata, subfolliculata, ovata.

6. Papilio alis rotundatis integerrimis albis, nigro-nervosis, anticis maculis duabus nigris marginalibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 35. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 754. 51. *Mnemosyne. Parnas.*
Esp. pap. tab. 2. *mas.*
—— tab. 58. fig. 5. *femina*.

Habitat in Europa boreali. Missus e Svecia.

Praecedente minor et absque ocellis.

7. Papilio alis rotundatis integerrimis albis, venis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 35. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 758. 72. *Cratægi. Parnas.*

Papilio alis rotundatis albis, venis nigris. *Geoffr. Ins.* 2. p. 71. 43.

Roes. Ins. 1. Pap. 2. tab. 3.
Esp. pap. tab. 2. fig. 3.

In Pomonæ arboribus, hortorum pestis.

Larva gregaria pilosa flava, capite lineisque tribus nigris.

Pupa virescens maculis punctisque nigris.

5. *Danai candidi.*

Brassicæ. Dan.Cand. 8. Papilio alis integerrimis rotundatis albis, anticis maculis duabus apicibusque nigris, major. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 38. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 759. 75.
Geoffr. Ins. 2. p. 68. 40.
Esp. pap. tab. 3. fig. 1.
Roes. Ins. 1. pap. 2. tab. 4.

Habitat in Europæ brassica vulgatissimus.

Larva solitaria, cinerea, nigro punctata, lineisque tribus sulphureis, cauda nigra.

Pupa pallida virescens, lineis tribus flavis, segmentisque tribus gibbosis.

Rapæ. Dan.Cand. 9. Papilio alis integerrimis, anticis maculis duabus, apicibusque nigris, minor. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 39. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 759. 76.
Esp. pap. tab. 3. fig. 2.

Habitat in Europæ brassicis. Communis.

Larva viridis, linea dorsali ænea, lateribusque æneo-punctatis.

Pupa gibba, virescens, lineis tribus sulphureis.

Napi. Dan.Cand. 10. Papilio alis integerrimis albis, subtus venis dilatatis virescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 39. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 760. 77.

Papilio alis rotundatis albis inferioribus subtus fasciis virescentibus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 70. 42.
Esp. papil. tab. 3. fig. 3.-tab. 64. fig. 3. 4. 5.

Habitat in plantis oleraceis. *Femi-*

Femina in alis anticis bimaculata.

11. Papilio alis integerrimis rotundatis albis, apicibus fuscescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 40. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 760. 79. *Sinapis. Dan. Cand.*

Degeer. Ins. 2. tab. 1. fig. 1.

Esp. papil. tab. 3. fig. 4.

Habitat in Brassica, Sinapi, Rapa.

Color apicis alæ anticæ sexu variat.

12. Papilio alis rotundatis integerrimis albis apice nigris albo-maculatis: posticis subtus nigro-venosis flavo-pulverulentis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 18. *Raphani. Dan. Cand.*

Esper. pap. tab. 84. fig. 3.

Habitat in Europa.

Statura et magnitudo Pap. Sinapis. Antennae nigrae, albo-anulatae. Alae anticae concolores albae, macula pone medium margineque nigris. Margo maculis tribus albis. Alae posticae supra albae margine fusco-punctato; subtus nigro-venosae pulvere flavicante adspersae.

13. Papilio alis integris rotundatis albis, margine fuscis, subtus luteo-griseis, albo-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 41. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 760. 81. *Daplidice. Dan. Cand.*

Esp. papil. tab. 3. fig. 5.-tab. 90. fig. 1. var.

α. *Papilio Belia. Esper. papil.* tab. 92. fig. 1.

Habitat in Europa, apud nos non rarus.

Variat magnitudine.

Larva pilosa cærulea, nigro-punctata, flavo-striata.

14. Papilio alis rotundatis integerrimis albis, posticis subtus viridi marmoratis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 43. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 761. 85. *Geoffr. Ins.* 2. p. 71. 44. *Cardamines. Dan. Cand.*

Roesel. Ins. 1. pap. 2. tab. 8.
Esp. papil. tab. 4. fig. 1.
—— tab. 27. fig. 2. *femina*.

Habitat in Cardamine, Brassica, Thlaspi.

Mas macula fulva in ala antica praditus, qua carit femina.

Larva solitaria, supra virescens, infra albicans.

Pupa viridis, linea utrinque laterali alba, thorace conico adscendente.

Edusa. *Dan.Cand.* 15. Papilio alis integerrimis fulvis: puncto margineque nigris, subtus virescentibus: anticis puncto nigro, posticis argenteo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 23.

Papilio Hyale. *Esper. pap.* tab. 4. fig. 3.

Habitat in Hispania, et in nostro Regno.

Affinis Pap. Hyale, sed alæ supra fulvæ puncto anticarum medio apicibusque atris. Antennæ fulvæ. Mas margine nigro immaculato. Femina flavo-maculato.

Eupheno. *Dan.Cand.* 16. Papilio alis integerrimis rotundatis flavis: anticis apice (medio fulvo) nigris, posticis subtus strigis tribus fuscis. *Fabr. Mantis.* 2.p.23. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 762. 88.

Habitat in Barbaria.

Statura præcedentis. Alæ flavæ. Anticæ supra apice fulvo, cincto nigredine, subtus apice fulvo absque nigredine cum macula tantum nigra ab basin fulvi. Posticæ concolores, subtus lituris tribus fuscis.

Paleno. *Dan.Cand.* 17. Papilio alis integerrimis flavis, apice nigris margineque fulvis, posticis subtus puncto argenteo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 48. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 764. 99.

Esp. papil. tab. 4. fig. 2.

In

In Pteride aquilina. *Antennæ & pedes rubri.*
Variat rarius alis albidis.
Larva subvillosa, viridis, flavo-lineata, nigroque punctata.

18. Papilio alis rotundatis flavis, posticis macula fulva, subtus puncto sequialtero argenteo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 48. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 764. 100. *Hyale. Dan. Cand.*

Papilio alis luteis limbo nigro, primariis macula nigra, secundariis fulva. *Geoffr. Ins.*2.p.75.48.
Esp. papil. tab. 26. fig. 3. *femina.*
Roes. Ins. 3. tab. 46. fig. 4. 5.

Habitat in Europa, Africa, America.
Simillimus Palæmoni, sed alæ magis flavæ. Alæ posticæ subtus punctis duobus argenteis approximatis, annulo ferrugineo cinctis. Mas margine alarum nigro immaculato: femina maculato.
Variat puncto parvo ferrugineo loco argentei.
Larva holosericea viridis, linea dorsali alba, flavo-punctata.
Pupa viridis, linea laterali flava.

19. Papilio alis integerrimis angulatis flavis, singulis puncto ferrugineo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 50. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 765. 106. *Geoffr. Ins.* 2. p. 74. 47. *Rhamni. Dan. Cand.* tab. 7. fig. 3.
Roes. Ins. 3. tab. 46. fig. 1. 2. 3.
Esp. papil. tab. 4. fig. 4.

Habitat in Europæ Rhamno.
Mas sulphureus, femina alba.
Larva lævis, viridis, linea dorsali obscuriore;
Pupa gibbosa, antice acuminata.
Imago sæpe hibernat, et in veris adventu frequens circumvolitat.

20.

Cleopatra. *Dan. Cand.* 20. Papilio alis integerrimis angulatis flavis, anticis supra disco fulvo, reliquis puncto ferrugineo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 52. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 765. 105.

Esp. papil. tab. 48. fig. 1.

Apud nos frequens occurrit.

Simillimus Pap. Rhamni, ut illius sexus alter videatur.

6. *Danai festivi.*

Hyperanthus. *Dan. Fest.* 21. Papilio alis integerrimis fuscis, subtus anticis ocellis tribus, posticis duobus tribusque. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 64. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 768. 127. *Geoffr. Ins.* 2. p. 47. 14.

Degeer. Ins. 2. tab. 2. fig. 9. 10.

Esp. papil. tab. 5. fig. 1.

—— tab. 57. fig. 2. 3. 4. Varietates.

Habitat in gramine Europæ.

Variat alis supra ocellatis, et immaculatis.

Larva solitaria villosa, cinerea, linea postica nigra, ano bidentato.

Pupa gibba, brunnea, flavo-maculata.

Davus. *Dan. Fest.* 22. Papilio alis integerrimis fulvis: anticis ocello, subtus albo-fasciatis: posticis ocellis sex. *Fabr. Mantis.* 2. p. 33.

Papilio Philoxenes. Esper. papil. tab. 54. fig. 3.

Habitat in sylvis.

Mas alis supra ocellis obsoletis.

Pamphilus. *Dan. Fest.* tab. 7. fig. 4. 23. Papilio alis integerrimis flavis: subtus anticis ocello unico; posticis cinereis: fascia ocellisque quatuor obliteratis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 66. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 791. 239.

Papilio alis rotundatis fulvis, oris fuscis, primariis

riis subtus ocello unico, secundariis subtus albo cinereoque variegatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 53. 21.
Roes. Ins. 3. tab. 34. fig. 7. 8.
Esper. papil. tab. 21. fig. 3.
—— tab. 78. fig. 4.

Habitat in Europa: apud nos frequens.

Larva virescens linea dorsali alba, caudaque bidentata.

24. Papilio alis integerrimis ferrugineis, subtus anticis ocello unico, posticis quinis: primo fascia remoto. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 67. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 791. 242. *Arcanius. Dan. Fest.*

Papilio alis rotundatis, superioribus fulvis oris fuscis, subtus ocello unico, secundariis supra fuscis, infra cinereis, fascia alba, ocellisque quinis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 53. 22.
Esper. pap. tab. 21. fig. 4.

Habitat in Europæ pratis sylvaticis.

Larva viridis, lineis dorsalibus obscurioribus, lateralibus flavis, cauda bidentata.

Præcedenti simillimus. In alis posticis subtus fascia lata alba: ocellus ante fasciam niger: ocellique quatuor pone fasciam albam, pupilla argentea.

25. Papilio alis integerrimis fuscescentibus (fulvis) posticis subtus cinereis apice fulvis, ocellis sex. *Fabr. Mantis.* 2. p. 33. *Leander. Dan. Fest.*

Papilio Leander. Esper. pap. tab. 89. fig. 5.

Habitat in Europa australiori.

Statura Pap. Arcanii. Mas alis fuscis, femina anticis fulvis, posticis fuscis, ocello uno alterove aut nullo in alis anticis, et quatuor aut quinque in posticis. Subtus posticæ cinereae ocellis sex, omnibus approximatis pupilla argentea.

26.

Sabaeus. *Dan.Fest.* 26. Papilio alis integerrimis fuscis, posticis supra ocellis quatuor cœcis, subtus sex pupillatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 67.

Papilio Hero. *Esper. pap.* tab. 22. fig. 4.

Habitat in nemoribus.

Alae posticae apice fulvae fascia dentata alba, tunc ocelli sex atri pupilla alba, et denique striga argentea.

Hero. *Dan.Fest.* 27. Papilio alis integerrimis fulvis, subtus anticis ocello, posticis senis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.67. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 793. 253.

Papilio Typhon. Esper. pap. tab. 35. fig. 3. 4.

Habitat in Europæ pratis sylvaticis.

7. *Nymphales gemmati*.

Io *N.Gemm.* tab. 7. fig. 5. 28. Papilio alis angulato-dentatis fulvis, nigro-maculatis, singulis ocello cæruleo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 68. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 769. 131. *Geoffr. Ins.* 2. p. 36. 2.

Esper. papil. tab. 5. fig. 2.

Roes. Ins. 1. *papil.* 1. tab. 3.

Habitat in Urtica dioica, humulo.

Larva gregaria, spinosa, atra, albo-punctata; pedibus posticis ferrugineis.

Pupa decemdentata, viridis, aureo-punctata, postice bifida.

Fidia. *N. Gem.* 29. Papilio alis dentatis supra fuscis, cæruleo-micantibus, anticis ocellis duobus punctisque duobus albis: posticis subtus striga angulata atra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.71. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 770. 318.

Esper. papil. tab. 49. fig. 3.

Habitat in Barbaria, in Europa pariter, neque apud nos rarus.

Ocel-

Ocelli ad marginem exteriorem, inter quos puncta duo alba. Alae posticae subtus fusco alboque variae striga sequialtera angulata atra.

30. Papilio alis dentatis supra fuscis: anticis ocellis duobus punctisque duobus albis, posticis subtus griseis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 35. *Fauna. N. Gemm.*

Papilio Fauna. Esper. pap. tab. 63. fig. 1.

Habitat in Europæ pinetis.

Papil. Fidia dimidio minor, cui affinis. Alae supra omnes fuscæ, anticis ocellis duobus minoribus iride flavescente, saepe cœcis, et inter ocellos puncta duo alba; posticis puncto uno alterove obsoleto albo, punctoque distinctiori atro. Subtus ocelli anteriorum majores. Posticae griseae.

31. Papilio alis dentatis fuscis, utrinque anticis sesquiocello, posticis ocellis supra tribus, subtus sex. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 71. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 771. 141. *Maera. N. Gemm.*

Papilio alis rotundatis fulvo fuscoque nebulosis, primariis sesquiocello, secundariis supra tribus, infra septem ocellis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 50. 19.

Esp. papil. tab. 6. fig. 2.

—— tab. 68. fig. 3. *fem.*

Degeer. Ins. 2. tab. 2. fig. 1. 2.

Habitat in Europæ gramine.

Larva subvillosa, virescens, cauda bidentata.

Pupa virescens, obtuse bifida, lateribus echinatis.

Alarum posticarum ocelli septem, quorum duo abdomini proximi in unum coaliti sunt.

32. Papilio alis dentatis luteis fusco-fasciatis, anticis ocello, posticis supra quinis, subtus sex. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 73. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 771. 142. *Megaera. N. Gemm.*

Esper.

Esper. papil. tab. 6. fig. 3.
—— tab. 68. fig. 1. 2. 4.

Habitat in Europæ graminosis.

Larva villosa, viridis, pallido-striata, cauda bifida.

Facillime confunduntur Maera, et Megaera. Sed Megara numero ocellorum, et colore luteo fusco-fasciato alarum, nec toto fusco distingui potest.

Ægeria N. Gemm. 33. Papilio alis dentatis fuscis luteo maculatis, utrinque anticis ocello, posticis supra ocellis, subtus punctis quatuor. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 73. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 771. 143.

Papilio alis rotundatis dentatis fuscis, fulvo-maculatis: primariis ocello unico, secundariis superne quadruplici. *Geoffr. Ins.* 2. p. 48. 16.
Roesel. Ins. 4. tab. 33. fig. 3. 4.
Esper. papil. tab. 7. fig. 1.

Habitat in Europæ graminibus.

Larva viridis, albo-lineata, cauda bifida.

Pupa brevis, obesa, viridis.

Alae posticae supra ocellis tribus primo coeco: subtus punctis quatuor albis, primo remotissimo.

Dejanira N. Gemm. 34. Papilio alis dentatis fuscis, anticis ocellis utrinque quinque, posticis sex fasciaque alba repanda. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 76. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 774. 154.
Esper. Papil. tab. 9. fig. 2.

Habitat in Lolio temulento, Rhamno alpino.

Larva villosa viridis pallido lineata: cauda bifida.

Numerus ocellorum variat: in nonnullis quinque observantur.

Briseis N. Gemm. 35. Papilio alis dentatis fuscis viridi micantibus fascia alba, anticis ocellis duobus, posticis coecis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 76.

Papi-

Papilio Briseis alis subdentatis supra fuscis, viridi-micantibus primoribus ocellis duobus, subtus nigro-bimaculatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 770. 139.
Esper. tab. 6. fig. 1.

Habitat in Germania.

Ocelli in pagina superiori interdum desunt.

Fascia alba quasi ex lituris septem confecta, quarum in prima ocellus, in quarta alter, maculaeque duae quadratae nigricantes conspiciuntur.

36. Papilio alis integris fuscis: punctis ocellaribus anticarum quatuor, posticarum tribus: posticis subtus cinereis fusco-undatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 38. *Manto. N. Gemm.*

Papilio Manto. Wien. Verz. 169. 15.

Habitat in Austria.

Medius. Antennæ supra fuscae, subtus albidae clava ferruginea. Alae supra fuscae caeruleo-micantes punctis ocellaribus atris iride ferruginea. Subtus anticae disco ferrugineo, posticae cinereae strigis duabus undatis punctisque duobus fuscis.

37. Papilio alis dentatis fuscis fulvo subfasciatis, posticis albo nigroque variis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 76. *Semele. N. Gemm.*

Papilio semele alis dentatis fulvo nigroque nebulosis: anticis utrinque ocellis duobus: posticis supra unico. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 772. 148.
Esper. papil. tab. 8. fig. 1.
Sulzers. hist. Ins. tab. 17. fig. 5. 6.

In Europæ sylvis.

Alæ anticæ subtus basi fulvæ. Ocelli paginæ superioris sæpius cœci.

38. Papilio alis dentatis supra fuscis, fascia maculari rufa: anticis utrinque ocello unico. *Fabr. Mantis.* 2. p. 39. *Arethusa. N. Gemm.*

Pa-

Papilio Arethusa. *Esper. pap.* tab. 69. fig. 3. 4. Habitat in Germania.

Simillimus Pap. Semele. *Alæ omnes supra fuscæ fascia communi e maculis quatuor fulvis. Dentes albo nigroque varii. Oculus parvus cœcus alæ anticæ. Subtus anticæ fuscæ disco ferrugineo ocello majori pupillato. Posticæ griseæ.*

Hermione. N. Gemm. 39. Papilio alis dentatis fuscis, fascia pallida, anticis ocellis supra duobus, subtus unico. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 77.

Papilio Hermione alis dentatis fuscis, fascia pallida; primoribus ocello, posticis supra puncto. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 773. 149.

Papilio alis rotundatis dentatis nigro-fuscis, omnibus fascia albida, primariis ocello duplici, secundariis unico. *Geoffr. Ins.* 2. p. 46. 13.

Roesel. Ins. 3. t. 34. fig. 5. 6.

Esper. papil. tab. 8. fig. 2. —— tab. 70. fig. 4.

Apud nos passim occurrit. *Metamorphosis* sub terra.

Larva grisea, linea dorsali atra, cauda bifida.

Similis Pap. Semele, sed paullo major.

In quibusdam ocellus parvus utrinque in alis posticis.

Circe. N. Gemm. 40. Papilio alis dentatis fuscis, fascia utrinque alba, anticis ocello unico. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 77.

Papilio Proserpina. Esper. papil. t. 39. fig. 2. *mas* tab. 42. f. 3. *femina*.

Hermione major. Esper. tab. 8. fig 3.

Habitat in Europæ gramine. *Metamorphosis* sub terra.

Larva nuda lineis longitudinalibus fuscis, albis, luteis, cauda furcata.

Phaedra. N. Gemm. 41. Papilio alis dentatis fuscis concoloribus: anticis ocellis duobus violaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 78.

p. 78. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 773. 150.

Papilio Dryas. Esper. papil. tab. 40. fig. 1. 2.

Habitat in Europa. *Metamorphosis* sub terra.

Larva grisea, lineis duabus dorsalibus macularum nigrarum, cauda bifida.

Similis Pap. Briseis, adeout pro illius varietate hunc proposuerit Dominus Esper.

42. Papilio alis dentatis fuscis, fascia rufa, utrinque anticis ocellis quatuor, posticis tribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 78. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 772. 144. *Ligea*, *N.Gemm.*

Degeer. Ins. 2. tab. 2. fig. 7. 8.

Papilio Alexis. Esper. pap. tab. 44. fig. 1. 2.

Habitat in Europæ sylvis.

Distinguitur maculis albis in pagina inferiore alae posticae. Variatque fascia cinerea loco fulvae.

Larva villosa viridis, linea dorsali nigra, capite flavo, cauda bifida.

43. Papilio alis subdentatis concoloribus fuscis, omnibus fascia maculari flava, ocellis subquatuor. *Fabr. Mantis.* 2. p. 40. *Medusa*. *N.Gemm.*

Papilio Ligea. Esper. pap. tab. 7. fig. 2.

Habitat in Punica Granato.

Statura Pap. Ligea. Alæ omnes fuscæ, immaculatæ, sed ante marginem fascia macularis, et in hac ocelli iride atra pupilla alba, quorum numerus variat. Corpus atrum, immaculatum.

44. Papilio alis integris nigris, fascia rubra: anticis supra ocellis duobus, subtus tribus: posticis supra tribus, subtus quinque. *Fabr. Mantis.* 2. p. 40. *Epiphron.* *N.Gemm.*

Habitat in Germaniæ montosis.

Affinis Pap. medusæ, sed dimidio minor. Corpus

atrum antennis subtus albis. Alæ supra nigricantes fascia fulva anticarum imprimis valde abbreviata, ocellis duobus approximatis: posticæ ocellis tribus omnibus pupillatis. Subtus concolores, at anticæ ocellis tribus, posticae ocellis quinque. Numerus ocellorum alae anticae variat.

Blandina, *N. Gemm.* 45. Papilio alis dentatis fuscis, fascia rufa ocellata: posticis subtus fuscis fascia cinerea. *Fabr. Mantis.* 2. p. 41.

Papilio Æthiops. Esper. pap. tab. 25. fig. 3. *mas.*
——tab. 63. fig. 1 *femina.*

Habitat in Germania.

Nimis affinis Pap. Ligeae. Differt alis posticis vix ocellatis fuscis, fascia cinerea absque maculis albis.

Erina. *N. Gemm.* 46. Papilio alis dentatis fuscis, fascia maculari fulva: punctis ocellaribus nigris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 41.

Papilio Manto. Esper. pap. tab. 70. fig. 2. 3.

Habitat in Germania.

Affinis Pap. Ligeae, at distinctus corpore minore ocellisque cœcis, vel potius punctis ocellaribus.

Arachne. *N. Gemm.* 47. Papilio alis integris atris: anticis utrinque fascia rufa, ocellis duobus: posticis subtus fascia dentata cinerea. *Fabr. Mantis.* 2. p. 41.

Habitat in Austria.

Statura Pap. Erinae. Alæ omnes atrae caeruleomicantes. Anticae utrinque fascia abbreviata rufa, et in hac ocelli duo approximati pupilla alba. Posticae supra atrae fascia parva maculari rubra, interdum puncto uno alterove ocellari: subtus atrae fascia dentata cinerea. Antennae supra nigrae, subtus albae.

48.

48. Papilio alis integris fuscis, fascia rubra; anticarum nigro-punctata: posticarum maculari. *Fabr. Mantis.* 2. p. 42. *Pyrrha. N. Gemm.*

Habitat in Germania.

Praecedentibus affinis. Pap. Ligea paullo minor. Antennae supra nigrae, subtus albae. Alae omnes supra fuscae fascia rufa, quae margines haud attingit. In hac fascia alae anticae puncta aliquot nigra, posticae macularis, immaculata. Corpus immaculatum.

49. Papilio alis integris fuscis, fascia rufa: punctis tribus ocellaribus nigris: posticis subtus punctis solis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 42. *Cassiope. N. Gemm.*

Habitat in Austriæ Gramine.

Praecedenti affinis, at paullo minor. Alae omnes supra nigrae fascia maculari, in posticis praesertim, rufa, et in hac puncta tria nigra. Subtus anticae concolores, posticae punctis tribus absque fascia rufa.

50. Papilio alis integris fuscis, fascia rufa: posticis utrinque striga punctorum albarum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 42. *Arete. N. Gemm.*

Habitat in Austriæ montosis.

Statura praecedentis. Corpus nigrum. Alae supra nigrae: anticis fascia lata rufa margines non attingens, et in fascia puncta tria ocellaria alba. Posticae nigra fascia obsoleta rufa, et in hac puncta quatuor distincta alba. Subtus anticae disco ferrugineo punctis tribus ocellaribus albis: posticae griseo virescentes striga e punctis septem albis. Fabr.

51. Papilio alis anticis fuscis, fascia rufa: anticis ocello; posticis tribus: subtus striga dentata al- *Salome. N. Gemm.*

ba ocellisque quinque. *Fabr. Mantis.* 2. p. 42.

Papilio Pasiphae. Esper. papil. tab. 67. fig. 4.

Habitat Gibraltariæ.

Statura praecedentium; at distinctus alis posticis subtus nigris striga unidentata alba, et pone hanc ocelli quinque parvi pupilla alba. Ocellus alæ anticae pupilla simplici. Fabr.

Galathea. N. Gemm. 52. Papilio alis dentatis albo nigroque variis, subtus anticis ocello unico, posticis quinque obsoletis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 79. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 772. 147.

Papilio alis rotundatis albis, lineis maculisque nigris pulchre tessellatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 74. 46. tab. 11. fig. 3. 4.

Roesel. Ins. 3. tab. 37. fig. 1. 2.

Esper. papil. tab. 7. fig. 3.

—— tab. 25. fig. 1. *femina*.

In Europæ gramine.

Larva viridis, capite spinisque duabus caudalibus carneis. *Roesel. Ins.* 3. tab. 70. fig. 6.

Pupa nuda, gibba, maculata.

Variat colore lutescente albido.

Arge. N. Gemm. 53. Papilio alis dentatis albis nigro-strigosis: anticis ocello unico, posticis quinque. *Fabr. Mantis.* 2. p. 43.

Esper. pap. tab. 84. fig. 1. *mas.* 2. *fem.*

Sulzers. Hist. Ins. tab. 16. fig. 8. 9.

Specim. Ins. Calabr. n. 184. fig. 25.

Apud nos frequens.

Simillimus Pap. Galatheæ. Alæ omnes albæ, strigis undatis nigris. Alæ anticæ utrinque ocello parvo superiori cœco. Posticae utrinque quinque pupillatis. Femina praeter ocellum in ala antica,

ca, punctum quoque ocellare gerit; et in ala postica subtus quinque ocellos aureos pupilla glauca.

54. Papilio alis dentatis albo nigroque variis: posticis supra ocellis tribus dimidiatis, subtus septem, unico majore. *Cyrill.Spec.Entom. Neap.* tab. 3. fig. 5. *Japygia. N.Gemm.*

In nostro Regno, et abunde in Apulia habitat.

Affinis Pap. Galatheae, et Arge, sed omnino distinctus, unde jure nova species habenda.

55. Papilio alis dentatis fuscis, disco fulvo, anticis utrinque ocello nigro, pupilla gemina posticis subtus punctis ocellaribus niveis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 80. *Pilosellae. N.Gemm.*

Papilio alis rotundatis fulvis, oris fuscis, primariis ocello duplici continuo; secundariis duobus parvulis, infra fusco cinereoque nebulosis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 52. 20.

Papilio Tithonius alis subdentatis concoloribus disco luteis, primoribus ocello bipupillato, posticis punctis duobus albis. *Linn. Mantis.* 1.537.

Papilio Phaedra. Esper. papil. tab. 9. fig. 1. *diversus a Phaedra Linn.*

Habitat in Plantagine, Pilosella.

Larva virescens, albo-lineata, capite fusco.

Variat alis posticis supra uniocellatis, et cœcis.

56. Papilio alis subdentatis fuscis, disco fulvo: anticis utrinque ocello nigro bipupillato: posticis subtus griseo-variis. *Fabr.Mantis.*2.p.43. *Ida. N.Gemm.*

Papilio Ida. Esper. pap. tab. 92. fig. 2.

Habitat Gibraltariæ.

Nimis affinis Pap. Pilosellæ, at minor alis subintegris, et absque punctis albis in pagina inferiori alae posticae.

Janira. *N. Gemm.* 57. Papilio alis dentatis fuscis, anticis subtus luteis, ocello utrinque unico, posticis subtus punctis tribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 81. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 774. 156.

Papilio alis rotundatis fuscis, primariis subtus fulvis, ocello unico. *Geoffr. Ins.* 2. p. 49. 17. *Esper. papil.* tab. 10. fig. 1. *mas.*

Habitat in Europæ sylvis.

Similis Pap. Jurtinae sed absque litura flava supra alas anticas; puncta vero tria sub posticis.

Jurtina. *N. Gemm.* 58. Papilio alis dentatis fuscis, anticis supra litura flava, ocello utrinque unico, posticis cœcis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 81. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 774. 155.

Papilio alis rotundatis dentatis supra fuscis, primariis macula fulva, infra e fulvo et fusco undulatis, primoribus utrinque ocello. *Geoffr. Ins.* 2. p. 50. 18.

Esper. papil. tab. 10. fig. 2. *Janira femina.* *Roesel. Ins.* 3. tab. 34. fig. 7. 8.

Frequens in graminosis.

Larva villosa viridis, linea laterali alba, cauda bifida.

Pupa flavescens.

Forte praecedentis sexus alter, eoque magis quod simul copula junctos observavere quidam Auctores, idemque Scopolius.

Eudora. *N. Gemm.* 59. Papilio alis dentatis fuscis: anticis utrinque disco ferrugineo, ocello maris unico, feminæ duobus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 44.

Papilio Eudora. *Esper. pap.* tab. 69. fig. 1. 2.

Habitat in Germaniæ sylvis.

Nimis affinis Pap. Janirae, at paullo minor. Differ

fert disco alae anticae utrinque ferrugineo. Posticae subtus obscure griseae, immaculatae.

60. Papilio alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis, posticis subtus ocellis quatuor. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 82. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 774. 157. *Esper. papil.* tab. 10. fig. 3. *Roesel. Ins.* 1. *pap.* 1. tab. 10. *Cardui. N. Gemm.*

In carduis frequentissimus.

Ocelli alarum posticarum saepius cœci.

Larva solitaria spinosa fusca lineis flavis, lateralibus interruptis.

Pupa fusca, lineis cinereis punctisque aureis.

61. Papilio alis dentatis fuscis: anticis subtus ocellis duobus, posteriori cœco. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 83. *Allionia. N. Gemm.*

Habitat in Lusitania, et apud nos.

Alae anticae subtus ocellis duobus magnis, anteriori pupilla alba, posteriori cœco; interque ocellos macula alba. Posticae loco ocellorum punctis tribus albis majorique atro.

62. Papilio alis dentatis fuscis cæruleo-micantibus, utrinque fascia albida interrupta, ocelloque unico: anticis supra cœcis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 86. *Iris. N. Gemm.*

Papilio Iris alis subdentatis subtus griseis, fascia utrinque alba interrupta, posticis supra uniocellatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 775. 161.

Papilio alis subangulatis supra nigro-violaceis, albo-fasciatis, subtus fulvo, fusco, albidoque variis, singulis ocello nigro-cæruleo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 61. 29. *Roesel. Ins.* 3. tab. 42. et tom. 4. tab. 31. fig. 6. *Larva.* *Esper. papil.* tab. 11. fig. 1. 2. —— tab. 71. —— tab. 25. f. 4.

Habitat in quercu Germaniæ; inque Salice, Populo Galliæ.

Fascia alae posticae alba, abbreviata, unidentata. Ocellus unicus, cærulescens, semiclausus.

Variat colore nigro et flavo, at semper caeruleo-micans.

Larva scabra, viridis, lineis obliquis albis, capite spinis duabus.

Pupa compressa, bicornis, virescens.

Ilia. N. Gemm. 63. Papilio alis dentatis cæruleo-micantibus utrinque fascia alba interrupta: omnibus ocello unico. *Fabr. Mantis.* 2. p. 46.

Papilio Iris. Esper. pap. tab. 37. fig. 1.
—— tab. 43. fig. 1.

Habitat in Germaniæ Salice.

Differt a Pap. Iride ocello distincto: in pagina inferiori alae posticae ocellis minus distinctis, fasciaque haud dentata, nec ocello compresso, sed sesquialtero.

Iole. N. Gemm. 64. Papilio alis dentatis fuscis cæruleo-micantibus: posticis ocello unico, subtus brunneis, margine rubente. *Fabr. Mantis.* 2. p. 47.

Papilio jole. Esper. pap. tab. 46. fig. 1.

Habitat in Austria.

Affinis praecedenti. Alae omnes supra fuscæ, caeruleo-micantes. Maculae duae distinctae albae versus apicem alae anticae, et ocellus parvus iride ferruginea versus angulum ani. Subtus omnes basi apiceque rubentes in medio brunneæ. Maculae duae magnae nigrae albae innatae versus marginem crassiorem alae anticae. Fabr.

7. *Nymphales Phalerati*.

65. Papilio alis dentatis fuscis albo-fasciatis maculatisque; subtus luteis albo-fasciatis, maculis cærulescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 87. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 776. 162. *Populi*. *N. Phal.*

Roesel. Ins. 3. tab. 33. fig. 1. 2.

—— 4. tab. 31. fig. 1-5. *Larva et Pupa*.

Esper. papil. tab. 12. fig. 1.

Habitat in Populo tremula.

Larva spinosa, variegata, capite caudaque fulvis.

Pupa flavescens, nigro-punctata, postice gibbere notata.

66. Papilio alis angulatis nigris; limbo albido. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 89. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 776. 165. *Geoffr. Ins.* 2. p. 35. 1. *Antiopa*. *N. Phal.*

Papilio maxima nigra, alis utrisque limbo lato albo cinctis. *Raj. Ins.* 135. 136.

Degeer. Ins. 1. tab. 21. fig. 8. 9.

Roesel. Ins. 1. *pap.* 1. tab. 1.

Esper. papil. tab. 12. fig. 2.

Habitat in Europæ Betula alba, Salice. Maximus omnium nostratium.

Larva gregaria spinosa nigra, maculis dorsalibus quadratis ferrugineis.

Pupa dentata nigra fulvo-punctata.

Imago variat ætate, limbo albo et flavescente.

67. Papilio alis dentatis nigris albo-maculatis: fascia communi purpurea, anticis utrinque, posticis marginali. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 90. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 779. 175. *Atalanta*. *N. Phal.* tab. 7. fig. 6.

Papilio alis nigris albo-maculatis, omnibus fascia arcuata coccinea. *Geoffr. Ins.* 2. p. 40. 6.

Roesel.

Roesel. Ins. 1. *pap.* 1. tab. 6.
Esper. papil. tab. 14. fig. 1.
—— tab. 86. fig. 4. var.

Apud nos vulgatissimus, etiam hieme occurrit.

Larva solitaria, spinosa, virescens, linea laterali flavicante.

Pupa dentata nigricans subtus cinerea, punctis aureis.

Ocelli in pagina inferiore obsoleti.

Polychloros N. Phal. 68. Papilio alis angulatis fulvis nigro-maculatis, anticis supra punctis quatuor nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 92. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 777. 166. *Geoffr. Ins.* 2. p. 37. 3.
Roesel. Ins. 1. *papil.* 1. tab. 2.
Esper. papil. tab. 13. fig. 1.

Habitat in Pomonæ arboribus.

Alæ posticæ subtus nigricantes, puncto centrali albo.

Larva gregaria, spinosa, nigricans, linea laterali flava.

Pupa incarnata.

V album. N. Phal. 69. Papilio alis angulatis fulvis nigro-maculatis: omnibus supra macula alba, posticis subtus lunula alba. *Fabr. Mantis.* 2. p. 50.

Papilio C. album. Esper. pap. tab. 62. fig. 3.

Habitat in Salice.

Nimis affinis præcedenti, et forte mera ejus varietas. Differt alis magis angulatis macula alba, et absque maculis cæruleis marginalibus. Alæ subtus variegatæ, lunula centrali alba.

Larva spinosa lineis longitudinalibus flavis atrisque interruptis, capite nigro.

Urticæ. N. Phal. 70. Papilio alis angulatis fulvis nigro-maculatis, anticis supra punctis nigris tribus. *Fabr. Sp. Ins.*

Ins. 2. p. 92. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 777. 167. *Geoffr. Ins.* 2. p. 37. 4.
Esp. papil. tab. 13. fig. 2.
Roesel. Ins. 1. *pap.* 1. tab. 4.

Habitat in Urtica vulgatissimus. Primus inter vernales.

Larva gregaria, spinosa, fusco viridique variegata, capite nigro.

Pupa dentata, fusca, maculis collaribus aureis, variatque interdum tota aurea.

71. Papilio alis angulatis fulvis nigro maculatis, posticis subtus C albo notatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 93. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 778. 168. *Geoffr. Ins.* 2. p. 38. 5. *C-album. N. Phal.*
Degeer. Ins. 1. tab. 20. fig. 9. 10.
Roesel. Ins. 1. *papil.* 1. tab. 5.
Esp. papil. tab. 13. fig. 3.

Habitat in Urtica, Salice, Ulmo.

Larva solitaria, spinosa fulva, dorso antice flavo, postice albo.

Pupa carnea, medio coarctata punctis aureis.

Alæ sinuatæ extus fulvæ nigro maculatae, punctis quatuor ad minimum distinctis nigris. Subtus griseo-cinereae undulatae cum litera alba C in medio alarum posticarum. Series punctorum, potius ocellorum ante marginem inferiorem alarum. Tibiae albae.

72. Papilio alis dentatis flavis nigro-variis apice radiatis, posticis punctis septem rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 95. *Specim. Ins. Calabr.* fig. 24. *Hypsipyle. N. Phal.*

Papilio Hypermnestra. Scop. ent. carn. 425.

Papilio Rumina. Esper. papil. tab. 15. fig. 1.
—— tab. 53. fig. 2.

In

In Europæ australioris Aristolochia clematite.

Larva flava, nigro-punctata, spinis carnosis verticillatis, rubris, apice nigris.

Pupa pallida, capite obtuso.

Rumina. N. Phal. 73. Papilio alis dentatis variegatis, supra anticis punctis sex, posticis quatuor rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 96. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 783. 200.

Papilio Rumina australis. Esper. pap. tab. 72. fig. 4.
Catesby. Carol. 2. 95. tab. 95.

In Lusitania, Europa australi.

Aceris. N. Phal. 74. Papilio alis dentatis albo fasciatis supra nigris subtus fulvis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 52.

Papilio Aceris. *Esper. pap.* tab. 82. fig. 1.
—— tab. 81. fig. 3. 4.

Habitat in Acere Europæ, Asiæ.

Est major ex India, minor ex Hungaria, sed vix distinctus.

Sibilla N. Phal. 75. Papilio alis dentatis supra fuscis subtus ferrugineis, nigro-maculatis, fascia utrinque maculari alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 102. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 781. 186.

Papilio alis dentatis supra nigris, subtus fusco-rubris, utrinque maculis albis fasciatim positis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 73. 45.
Roesel. Ins. 3. tab. 70. fig. 1. 2. 3.
Esp. papil. tab. 14. fig. 2.

Apud nos frequens.

Camilla. N. Phal. 76. Papilio alis dentatis atris cæruleo-micantibus, fascia utrinque maculari alba, posticis subtus basi argentea immaculata. *Fabr. Mantis.* 2. p. 55.

Papilio Lucilla. Esper. pap. tab. 38. fig. 2.

Habitat in Caprifolio Europæ.

Affinis Pap. sibillae, a quo differt alis supra colo-

re

re magis atro, caeruleo-micante, et striga punctorum nigrorum versus apicem. Subtus alae omnes fusco ferrugineoque variae basi argentea, immaculata, et pone fasciam albam striga punctorum nigrorum.

Larva viridis spinis rubris.

77. Papilio alis dentatis supra fuscis subtus brunneis, utrinque fascia maculari alba. *Fabr. Mantis.* 2. p. 55. *Lucilla. N. Phal.*

Papilio Camilla. Esper. pap. tab. 59. fig. 1.

Habitat in Austria.

Praecedentibus simillimus. Differt tamen alis anticis supra linea alba interrupta a basi ad fasciam ducta, posticis excepta fascia alba immaculatis. Alae subtus brunneae, posticis basi litura tantum alba, et pone fasciam striga lunularum albarum.

78. Papilio alis angulato dentatis fuscis: maculis fulvis, unicaque alba: posticis subtus griseis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 56. *Celtis: N.Phal.*

Esp. papil. tab. 87. fig. 2. 3.

Villers. Entom. tom. 2. tab. 4. fig. 11.

Habitat in Celti australi Europæ. Icon Cyr. marem refert, in eaque macula alba neglecta. *Spec. Ent. Neap.* tab. 5. fig. 9.

Alae anticae valde angulatae, concolores, maculis quatuor fulvis, unicaque pallidiore. Posticae supra fuscæ macula unica fulva: subtus griseae lineola parva centrali alba.

Larva viridis, nigro-maculata lineolisque albis.

Pupa viridis albo-lineata.

79. Papilio alis dentatis fuscis testaceo-maculatis, subtus fasciis duabus macularum albidarum. *Fabr.* *Lucina. N. Phal.*

Fabr. Sp. Ins. 2. p. 106. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 784. 203.

Esper. papil. tab. 16. fig. 1.

Habitat in Europæ graminibus.

Magnitudo Pap. Argi. Alae anticae subtus flavescentes, maculatae: posticae fasciis duabus ex maculis albis, et postice ad marginem punctis nigris acutis, basi albis.

Cinxia. N. Phal. 80. Papilio alis dentatis fulvis nigro-maculatis: posticis subtus fasciis tribus flavis nigro-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 106. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 784. 205. *Geoffr. Ins.* 2. p. 45. 12.

Roesel. Ins. 4. tab. 13. 2.

Esp. papil. tab. 16. fig. 3.

—— tab. 46. fig. 2. *a. mas, b. femina.*

Degeer. Ins. 2. tab. 1. fig. 17. 18.

Habitat in Veronica, plantagine, trifolio, gramine.

Larva spinosa, nigricans; spinarum lineis alternis albis rufisque.

Pupa viridis nigro-maculata.

Phoebe. N. Phal. 81. Papilio alis dentatis nigro fulvoque variis: posticis subtus flavescentibus nigro-undatis, basi quadripunctatis, fasciis duabus fulvis, posteriori maculari. *Fabr. Mantis.* 2. p. 58.

Papilio Cinxia. Esper. pap. tab. 25. fig. 2.

Papilio Corythallia. Esper. Papil. tab. 61. fig. 4. *fem.* 5. *mas.*

Habitat in Europæ Centaurea scabiosa.

Præcedenti affinis, at paullo major. Antennae albo nigroque anulatae, clava ferruginea anulo fusco. Alae supra nigricantes maculis numerosis nigris. Margo albo-maculatus. Subtus anticae fulvae nigro-maculatae, apice flavae nigro-undula-

dulatae. Posticae basi flavae punctis quatuor nigris; deinde fascia fulva in medio bifida, nigro-marginata; postea flavae nigro-undatae; deinde fascia fulva e punctis septem distinctis, et denique flavæ nigro-undatæ.

Pupa brunnea albo maculata.

82. Papilio alis dentatis fulvis (cinereis) nigro-maculatis: posticis subtus flavis nigro-punctatis; fasciis duabus fulvis continuis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 58. *didyma. N. Phal.*

Papilio didyma. Esper. pap. tab. 41.
—— tab. 61. fig. 1.

Habitat in Europa.

Magnitudo Pap. Phoebe. Abdominis latera nigro-punctata. Fascia antica alae posticae subdidyma.

83. Papilio alis dentatis fusco fulvoque variis: posticis subtus albis nigro-punctatis: fasciis duabus fulvis, posteriore lunulata. *Fabr. Mantis.* 2. p. 58. *Fascelis. N. Phal.*

Papilio Fascelis. Esper. pap. tab. 88. fig. 3. 4. mal.

Habitat in Europa.

Nimis praecedenti affinis. Differt tamen alis supra obscurioribus, magis fuscis, fasciaque posteriore alae posticae e lunulis fulvis conflata, quae in femina distinctiores sunt.

84. Papilio alis repandis fulvis nigro-punctatis: posticis subtus albis nigro-punctatis, fasciisque duabus fulvis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 59. *Athalia.*

Papilio Phoebe. Esper. pap. tab. 88. fig. 5. 6.

Minutus. Alae omnes supra fulvæ punctis numerosissimis nigris. Subtus anticae fulvae nigro-maculatae, apice albae nigro-punctatae. Posticae albæ strigis plurimis punctorum nigrorum, fa-

fasciisque duabus fulvis, anteriore abbreviata e maculis tribus.

Dictynna. 85. Papilio alis dentatis nigris fulvo-maculatis: posticis subtus fulvis; maculis baseos fascia media maculari, lunulisque apicis flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 59.

Papilio Dictynna. Esper. pap. tab. 48. fig. 2.

Papilio Athalia minor. Esper. pap. tab. 89. fig. 1. *mas.* 2. *fem.*

E Japygia misit D. Angelus Pinto.

Reliquis obscurior maculis minoribus fulvis.

Anticæ subtus maculis minoribus fulvis. Posticae subtus maculis quinque baseos flavis, fascia in medio lata maculari flava nigro-marginata, et lunulis flavis versus apicem.

Cynthia. N. Phal. 86. Papilio alis dentatis nigris fulvo flavoque fasciatis: posticis subtus fulvis flavo-fasciatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 59.

Papilio Cynthia. Esper. pap. tab. 37. fig. 3.

Habitat in Europæ Populo.

Major Pap. Cinxia. Alae anticae supra fuscae fasciis plurimis nigris, subtus pallide fulvae undis aliquot nigris. Posticae nigrae rarius fulvo-maculatae, pone medium fascia e maculis sex fulvis, quarum quatuor aut quinque puncto nigro notatae, subtus fulvae fascia baseos interrupta; media nervis divisa, apicis macularis. Inter has ultimas fascias striga e punctis quinque distinctis.

Mas supra obscurior, maculisque albis notatus.

Larva spinosa atra: lineis duabus dorsalibus flavis: capite cærulescente.

Pupa pallida nigro, flavoque maculata.

87.

87. Papilio alis dentatis fulvis, nigro maculatis, posticis subtus fasciis flavis, strigis undatis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 107. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 784. 204. *Maturna. N. Phal.*

Esper. tab. 16. fig. 2.

—— tab. 61. fig. 3. *femina.*

Habitat in Corylo, Scabiosa.

Larva spinosa nigra, albo-punctata, spinis flavescentibus.

Pupa virescens, nigro-maculata.

Nimis affinis Pap. Cinxiæ, sed paulo major.

88. Papilio alis dentatis fulvo nigroque variis: posticis supra punctis quatuor ocellaribus, subtus albis; fasciis duabus fulvis, posteriore nigro punctata. *Fabr. Mantis.* 2. p. 60. *Delia. N. Phal.*

Roes. Ins. 4. tab. 13. fig. 4. 5. *Larva, Pup.*

—— tab. 18. fig. 4. *Imago.*

Habitat in Europæ Plantagine.

Alæ supra fulvo nigroque variæ margine ciliis albidis. In posticis ante marginem puncta 3-4. nigra anulo fulvo cincta. Subtus anticæ fulvæ, apice flavæ, nigro-punctatæ. Posticæ basi flavæ punctis quatuor nigris, deinde fascia fulva interne bifida, nigro-marginata, postea fascia alba nigro-punctata, demum fascia fulva nigro-marginata punctataque. Margo flavus, nigro-punctatus.

Larva spinosa atra, lateribus albo punctatis.

Pupa livida fulvo-punctata.

89. Papilio alis dentatis fulvis nigro-maculatis: posticis subtus albis, fasciis duabus fulvis; posteriore nigro-punctata. *Fabr. Mantis.* 2. p. 60. *Arduinna N. Phal.*

Papilio Arduinna. Esper. papil. tab. 87. fig. 4.

Habitat in Europa.

Affinis Pap. Deliæ; at alæ supra fulvæ maculis rarioribus nigris. Punctaque alæ posticæ simplicia. Margo alæ niger ciliis albis.

Hecate. N. Phal. 90. Papilio alis dentatis fulvis nigro-maculatis: omnibus apice strigis duabus punctorum nigrorum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 60.

Habitat in Austria.

Statura præcedentium. Alæ omnes supra fulvæ nigro-maculatæ, et ante marginem strigæ duæ punctorum nigrorum. Margo ipse niger lineolis fulvis, ciliisque albis. Subtus anticæ fulvæ nigro undatæ strigis iisdem. Posticæ basi flavae fascia fulva nigro marginata, dein fulvo flavoque variegatae strigis duabus punctorum nigrorum distinctorum.

Artemis N. Phal. 91. Papilio alis dentatis fulvis nigro-variis: posticis utrinque striga punctorum nigrorum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 61.

Habitat in Austriæ montosis.

Alae supra fulvae nigro-undatae. Ante marginem posticum alae posticae striga e punctis septem nigris distinctis. Subtus pallidiores. Posticae fulvae fasciis duabus flavis, anteriore extrorsum bifida. Ante marginem striga e punctis septem nigris. Margo flavus.

Amathusia. N. Phal. 92. Papilio alis dentatis fulvis: maculis strigaque punctata nigris: posticis subtus variegatis, basi puncto, apice striga punctorum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 61.

Papilio Amathusia. Esper. pap. tab. 88. fig. 1. 2.

Habitat in Europa.

Statura praecedentium. Distinctus striga punctorum

rum distinctorum in omni ala. Subtus posticae flavo, fulvo, fuscoque variegatae. Punctum distinctum nigrum, subocellatum ad basin, et striga e punctis sex subtus ocellaribus versus apicem.

93. Papilio alis fulvis, nigro-maculatis, posticis fasciis tribus virescentibus, fimbria punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 107. *Dia. N. Phal.*

Papilio Dia alis dentatis fuscis, testaceo maculatis; subtus maculis quatuor, ordinibusque punctorum duobus argenteis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 785. 207.

Roesel. Ins. 4. tab 13. fig. 1. 2. 3. 6. 7.
Esper. papil. tab. 16. fig. 4.
Kleeman. Ins. 1. tab. 40. A. B.

Habitat in Plantagine, Viola.

Simillimus Pap. Cinxiae, attamen distinctus. Alae posticae subtus versus apicem striga e punctis sex atris: intermediis duobus subpupillatis.

Larva grisea spinarum albarum ferruginearumque ordinibus alternis.

Pupa flavescens nigro-variegata.

94. Papilio alis denticulatis variegatis subtus reticulatis, anticis supra maculis aliquot albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 107. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 783. 201. *Levana N. Phal.*

Roesel. Ins. 1. *pap.* 1. tab. 9. fig. 5. 6.
Esper. pap. tab. 15. fig. 2.

Habitat in Urtica dioica.

Larva gregaria, spinosa, atra, pedibus rufis capite bispinoso.

Pupa dentata, fusca; thorace subtus flavescente.

95. Papilio alis dentatis fuscis: fascia utrinque alba *Prorsa N. Phal.*

alba; anticarum interrupta, subtus albo-reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 108. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 783. 202.

Roesel. Ins. 1. *pap.* 1. tab. 8. fig. 6. 7.
Esper. papil. tab. 15. fig. 3.
—— tab. 59. fig. 4.

Habitat in Urtica dioica.

Larva gregaria spinosa fusco fulvoque variegata, capite bispinoso.

Pupa dentata supra fusca, subtus pallescens.

Paphia. N. Phal. 96. Papilio alis dentatis fulvis, nigro-maculatis, subtus fasciis argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 108. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 785. 209. *Geoffr. Ins.* 2. p. 42. 8.

Roes. Ins. 1. *pap.* 1. tab. 7.
Esper. papil. tab. 17. fig. 1. 2. cum larva.
—— tab. 60. fig. 4. variet.

Habitat in Urtica et Viola.

Larva solitaria, spinosa, fulva, linea dorsali flava, spinis collaribus longissimis.

Pupa grisea, collo coarctato, dentibus sex punctisque quatuor anticis aureis.

Cynara N. Phal. 97. Papilio alis dentatis viridibus nigro-maculatis: posticis subtus viridibus, maculis tribus fasciisque duabus argenteis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 62.

Papilio Pandora. Esper. pap. tab. 58. fig. 1-3.

Habitat in Europa.

Puncta interdum quinque argentea inter fascias.

Aglaja. N. Phal. 98. Papilio alis dentatis fulvis, nigro maculatis, subtus maculis 21. argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 109. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 785. 211. *Geoffr. Ins.* 2. p. 42. 9. tab. 11. fig. 1. 2.

Roesel.

Roesel. Ins. 4. tab. 25.
Esper. papil. tab. 17. fig. 3.

Habitat in Europæ viola.

Larva solitaria spinosa, atra maculis quadratis lateralibus ferrugineis.

Pupa fusca.

99. Papilio alis dentatis fulvis, nigro-maculatis, subtus maculis 23. argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 110. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 786. 212. *Adippe* *N. Phal.*
Degeer. Ins. 2. tab. 1. fig. 8. 9.
Esper. papil. tab. 18. fig. 1.
—— tab. 26. fig. 4. *fem.*
—— tab. 43. fig. 2. *fem.*

Habitat in Europæ violis.

Variat rarius punctis argenteis in flava transeuntibus. Puncta vero ocellaria constantia.

Larva cinerea vel fusca: spinis numerosis rufis, lineaque dorsali nigra albæ innata.

Pupa fusca punctis argenteis.

100. Papilio alis dentatis luteis nigro-maculatis, subtus maculis 37. argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 110. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 786. 213. *Lathonia.* *N. Phal.*
Roesel. Ins. 3. tab. 10.
Esp. papil. tab. 18. fig. 2.
—— tab. 91. fig. 4. *var.*

Habitat in Europa.

Larva spinosa, fusca, nigro maculata, lineaque dorsali alba.

Pupa crenata, antice fusca, postice virescens.

101. Papilio alis dentatis fulvis, nigro-maculatis, subtus maculis 9. argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 111. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 786. 214. *Geoffr. Ins.* 2. p. 44. 11. *Euphrosyne.* *N. Phal.*

Esper. papil. tab. 18. fig. 3.
—— tab. 30. fig. 1. *var.*
Degeer. Ins. 2. tab. 1. fig. 10. 11.

In Europæ Viola montana.

Punctum nigrum distinctum subtus ad basin alae posticæ.

Larva spinosa nigra, macularum pari dorsalium aurantiarum in singulo segmento.

Pales. *N. Phal.* 102. Papilio alis subintegris fulvis basi maculisque nigris: posticis subtus brunneis flavo argenteoque variis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 63.

Papilio Arsilache. Esper. pap. tab. 56. fig. 4. 5.

Habitat in Austria.

Magnitudo et affinitas Pap Dia. Alæ supra omnes fulvæ, at basi maculisque plurimis nigris. Subtus anticæ fulvæ lunulis punctisque aliquot nigris, maculisque duabus flavis apicis. Posticæ basi maculis argenteis, dein brunneæ puncto parvo argenteo, postea fascia magna sinuata, obsolete flava, et in hac maculae duae argenteae: altera in medio, altera ad marginem exteriorem; demum brunneae maculis aliquot fere obsoletis argenteis; et margo flavo-varius punctis sex vel 7. argenteis.

Niobe. *N. Phal.* 103. Papilio alis dentatis fulvis, nigro maculatis subtus maculis pallidis punctisque quatuor argenteis ocellatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 111. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 786. 215.

Esper. papil. tab. 18. fig. 4.
—— tab. 75. fig. 3.

Habitat in Europa.

Variat maculis argenteis loco pallidarum.

Simillimus Pap. Adippe, ut ejus varietatem faciat

ciat Cl. Degeer. An sexus diversus?

Larva spinosissima fusca, maculis flavis lineata spinisque albidis.

104. Papilio alis dentatis fulvis nigro-maculatis: posticis subtus flavis rufo-venosis apice ferrugineo-argentatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 64. *Daphne. N. Phal.*

Habitat in Rubo idæo Austriæ.

Alae omnes supra, uti et anticae subtus fulvae nigro maculatae. Posticae subtus basi flavae ferrugineo fere reticulatae, apice brunneae argento nitidae punctis aliquot ocellaribus.

Larva spinosa fusca albido lineata: spinis flavis,

Pupa virescens subtus multidentata.

8. *Plebeji Rurales.*

105. Papilio alis subcaudatis fuscis, subtus luteis, posticis strigis duabus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 118. *Betulæ. Pl. Rur.*

Papilio Betulae alis subcaudatis fuscis, primoribus macula reniformi fulva, subtus luteis fascia fulva. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 787. 220.

Papilio supra fuscus macula fulva, subtus fulvus, linea duplici transversa albida, alis secundariis in imo caudatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 58. 27.

Esper. papil. tab. 19. fig. 1.

Roes. Ins. 1. *pap.* 2. tab. 6.

Habitat in Betula, Pruno spinosa.

Mas macula alarum fulva distinguitur.

Larva obesa, viridis, lineis duabus dorsalibus, striisque obliquis transversis lateralibus albis.

Pupa glabra ferruginea, dorso cristato.

106. Papilio alis subcaudatis, supra fuscis, posticis subtus fascia marginali fulva, nigro-punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 118. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 788. 221. *Pruni. Pl. Rur. Roesel.*

Roesel. Ins. 1. *pap.* 2. tab. 7.
Esper. pap. tab. 19. fig. 3.
—— tab. 39. fig. 1. a. b. var.

Larva obesa viridis, linea laterali albicante, dorso dentato.

Pupa fusca capite albo, dorso dentato.

Spini. Pl. Rur. 107. Papilio alis caudatis fuscis subtus cinereis, lunulis marginalibus fulvis, maculaque ani cærulescente. *Fabr. Mantis.* 2. p. 68.
Habitat in Pruno spinosa.

Affinis Pap. Pruni. Alae supra fuscae, posticis apice maculis aliquot rufis. Cauda apice alba. Subtus cinereae striga alba ad angulum ani parum angulata. Versus marginem posticum lunulae aliquot fulvae nigro notatae, et ad angulum ani macula magna caerulescens puncto terminali atro.

Larva viridis, lineis dorsalibus macularibus flavis, capite nigro. Adultior rufescens evadit.

Pupa supra fusca, subtus cinereo villosa.

Quercus Pl. Rur. 108. Papilio alis subcaudatis cærulescentibus, subtus cinereis striga alba, punctoque ani gemino fulvo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 118. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 788. 222.

Papilio supra cæruleus, subtus fuscus, linea transversali undata albicante, alis secundariis infra macula duplici fulva, et in imo caudatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 57. 26.
Roes. Ins. 1. *pap.* 2. tab. 9.
Esp. papil. tab. 19. fig. 2. a. b. c.
—— tab. 39. fig. 3. var.

Habitat in quercu.

Larva obesa, supra rosea, lineis tribus punctorum viridium.

Pupa

Pupa glabra, ferruginea, lineis tribus dorsalibus punctorum fuscorum.

109. Papilio alis caudatis fuscis immaculatis, subtus striga alba, posticis lunulis fulvis, puncto nigro notatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 69. *Cerasi. Pl. Rur.*

Habitat in Austriæ Ceraso.

Statura et summa affinitas Pap. Pruni. Alae omnes supra fuscae, immaculatae. Subtus anticae fuscae striga unica alba. Posticae fuscae, striga alba, et ad angulum ani lunulae duae vel tres fulvae puncto atro. Cauda apice alba.

110. Papilio alis caudatis cærulescentibus, subtus cinereis albo undatis, angulo ani ocello gemino aurato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 119. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 789. 226. *Boetieus. Pl. Rur.* tab. 7. fig. 7. A. B.

Esper. papil. tab. 27. fig. 3.

—— tab. 91. fig. 2. *mas.* 3. *fem.*

Habitat in nostris hortis.

Magnitudo Pap. Argi. Alae supra nigricantes rore viridi-caerulescente obductae. Subtus omnes glauco-cinerascentes, strigis albidis undulatae. Angulus ani cauda setacea nigra albo margine. Ocelli ad angulum ani, supra duo, pupillis nigris: interiore didyma (praeter exteriores caecas). Subtus ocelli etiam duo antice fulvi, postice argentati. Antennae nigrae albo-anulatae.

111. Papilio alis caudatis cyaneis, margine nigro: subtus cinereis punctis nigris: posticisque duobus ferrugineis anguli ani. *Fabr. Mantis.* 2. p. 70. *Amyntas Pl. Rur.*

Papilio Tiresias. Esper. pap. tab. 49. fig. 2.

Habitat in Austria.

Parvus. Alae omnes cyaneae, nitidae, margine nigro ciliis albis. Anticae lunula nigra; posticae

cae cauda parva alba. Subtus omnes cinereae; anticis lunula media strigaque postica punctorum nigrorum. Margo punctis obsoletioribus. Posticae punctis duobus baseos strigaque valde undata punctorum. Praeterea margo strigis duabus punctorum obsoletiorum, interquas maculae duae fulvae superne inferneque puncto atro.

Sedi. *Pl. Rur.* 112. Papilio alis caudatis cæruleis, margine albo maculato, subtus albis, maculis quadratis nigris fasciaque rufa. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 121.

Habitat in Sedo Telephio.

Magnitudo et statura pap. Argi.

Larva viridis, linea dorsali rubra.

Pupa obtusa, antice virescens, postice brunnea.

Rubi. *Pl. Rur.* 113. Papilio alis subcaudatis, supra fuscis, subtus viridibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 121. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 791. 237.

Papilio alis rotundatis integerrimis, subtus viridibus immaculatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 64. 34.

Esp. papil. tab. 21. fig. 2.

Habitat in Rubo, Cytiso.

Magnitudo pap. Argi. Sexus alter striga punctorum alborum in pagina inferiori alae posticae.

Larva viridis flavo-variegata capite nigro.

Meleager. *Pl. Rur.* 114. Papilio alis dentatis cæruleis, limbo nigro: subtus canis, punctis ocellaribus nigris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 71.

Papilio meleager. Esper. pap. tab. 45. fig. 2. *fem.*

—— tab. 62. fig. 1. *mas.*

Habitat in Germania, et apud nos.

Statura pap. Arion. Mas alis minus dentatis caeruleis margine tenuissime nigro; femina alis magis dentatis obscurioribus limbo nigro lunulis albis puncto nigro.

115.

115. Papilio alis ecaudatis supra fuscis, disco cæruleo, maculis atris, subtus canis, punctis ocellaribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 122. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 789. 230. *Arion. Pl. Rur.*

Roesel. Ins. 3. tab. 45. fig. 3. 4.
Esper. tab. 20. fig. 2.
—— tab. 59. fig. 2. *var.*

Habitat in Europæ pinetis.

Papil. Argo duplo major. Duo ordines punctorum in limbo, absque fasciis aut maculis rubris subtus perbelle hunc papilionem ab aliis hujus familiæ distinguunt. Femina punctis majoribus.

116. Papilio alis integerrimis cæruleis, margine fusco: subtus fusco-cinereis, punctis numerosis ocellaribus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 72. *Alcon. Pl. Rur.*

Papilio Arcas. Esper. pap. tab. 34. fig. 4. 5.

Habitat in Austria.

Statura Pap. Arion. Mas alis omnino cæruleis margine tantum nigricante ciliisque albis. Femina obscurior punctis obsoletis obscurioribus. Subtus omnes fusco-cinereae punctis atris numerosis anulo pallido cinctis.

117. Papilio alis integerrimis cæruleis; subtus fusco-cinereis, punctis numerosis: posticis vitta alba. *Fabr. Mantis.* 2. p. 72. *Damon Pl. Rur.*

Papilio Biton. Esper. pap. tab. 33. fig. 5.

Habitat in Hedysaro onobrychis.

Statura praecedentis. Alae supra caeruleae nitidae. Anticae lunula media margineque fuscis: posticae margine radiato fusco. (Femina alis supra totis fuscis) subtus omnes fusco-cinereae lunula media punctisque 5-6. approximatis atris anulo albo cinctis, Posticae punctis septem ocellaribus

ribus minoribus, et praeterea vitta lata albida, quae tamen marginem haud attingit.

Cyllarus Pl. Rur. 118. Papilio alis integris cæruleis, margine nigro: subtus fusco-cinereis, striga punctorum ocellatorum: posticis basi cæruleis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 72.

Papilio Cyllarus. Esper. pap. tab. 33. fig. 1. 2.

Papilio alis rotundatis integerrimis cæruleis, subtus ocellorum fascia solitaria. *Geoffr. Ins.* 2. p. 63. 31.

Roesel. Ins. 3. tab. 37. fig. 3. 4.

Habitat in Europa.

Statura praecedentium. Alae caeruleae nitidae, margine postico fusco. Femina alis fuscis caeruleomicantibus. Subtus omnes cinereae striga incurva punctorum nigrorum ocellatorum, punctis alae anticae ad marginem interiorem majoribus. Basis alae posticae caerulescens, nitida.

Larva pallida, stria dorsali rufa, lineis lateralibus obliquis viridibus, capite nigro.

Pupa fusca, nigro maculata.

Argiolus Pl. Rur. 119. Papilio alis ecaudatis, supra cæruleis, margine nigris, subtus fusco-cinereis striga punctorum ocellatorum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 73. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 790. 234.

Esper. tab. 21. fig. 1. a. *mas.* b. *femina.*

Degeer. Ins. 1. tab. 4. fig. 9-15.

Habitat in Europæ pratis.

Affinis P. Cyllaro, at basis alae posticae subtus concolor.

Alae supra caeruleae limbo nigro, subtus cano-caerulescentes paucis punctis nigris ocellatis. Femina vero supra fusca.

120.

120. Papilio alis integris cæruleis: subtus lacteo-canis, punctis oblongis nigris simplicibus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 73. *Acis: Pl. Rur.*

Papilio Cleobis. Esper. pap. tab. 40. fig. 3.

Habitat in Europa.

Mas alis caeruleis striga tantum marginali atra. Femina disco tantum caerulco lunula nigra. Subtus argenteo-cinereæ, anticis striga punctorum oblongorum nigrorum absque anulo: posticis punctis sparsis rotundioribus, simplicibus.

121. Papilio alis integerrimis fuscis immaculatis: subtus cinereis, striga punctorum ocellatorum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 73. *Hybner. Fasc.* 1. tab. 3. fig. 1-3. *Alsus. Pl. Rur.*

Papilio minimus. Esper. pap. tab. 34. fig. 3.

Habitat in Europa.

Præcedentibus minor. Alæ omnes supra fuscæ nitidulæ, subtus cinereae: anticis lunula media, strigaque e punctis septem nigris anulo albo cinctis: posticis punctis octo aut novem.

122. Papilio alis ecaudatis: posticis subtus limbo ferrugineo, ocellis cæruleo-argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 123. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 789. 232. *Argus. Pl. Rur.*

Papilio alis rotundatis integerrimis cæruleis, subtus ocellis numerosis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 61. 30. *Degeer. Ins.* 1. tab. 4. fig. 14. 15.

β. *Papilio Idas* alis ecaudatis cæruleis, posticis fascia terminali rufa ocellari, subtus pupillis cæruleo-argenteis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 789. 232. β.

Roesel. Ins. 3. tab. 37. fig. 5.

Papilio alis rotundatis integerrimis nigro-fuscis, fascia marginali fulva, subtus cinereis, ocellis nu-

numerosis. *Geoff. Ins.* 2. p. 63. 32.
Esper. tab. 20. fig. 3. *mas.* 4. *fem.*
Habitat in Rhamno.

Larva viridis, linea dorsali fusca, capite pedibusque nigris.

Pap. Argus et Idas sunt sexus varietates; nam Argus mas est, alisque supra caeruleis ab Ida femina distinguitur, in qua alae supra lateribus nigro fuscae sunt. In Insectis plerumque mares feminis pulchriores sunt. Nota specifica insidet in punctis pupillis caeruleo-argenteis, et punctis in fasciam digestis.

Optilete. Pl. Rur. 123. Papilio alis integerrimis cærulescentibus, margine nigricante: posticis subtus cinereis, punctis ocellaribus atris, lunulisque duabus fulvis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 74.

Papilio Optilete. Esper. pap. tab. 79. fig. 4. 5.
Habitat in Europa.

Affinis pap. Argo. Alae supra immaculatae margine tenuissime nigro. Subtus anticae cinereae, puncto medio, strigaque postica punctorum ocellatorum; posticae punctis duobus baseos, unico in medio, strigaque postica punctorum ocellatorum. Strigae praeterea duae marginales punctorum nigrorum, et inter has lunulae duae fulvae.

Triton. Pl. Rur. 124. Papilio alis integerrimis cærulescentibus: subtus striga ferruginea, punctisque numerosis nigris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 74.
Habitat in Europa.

Medius. Alae omnes supra caerulescentes, striga tenui marginali nigra. Subtus omnes cinereae. Anticae puncto medio, plurimisque apicis vix ocellatis nigris, ante apicem striga e lunulis fer-

ferrugineis. Posticae punctis plurimis nigris, strigaque postica ferruginea.

125. Papilio alis integris cæruleo-argenteis, margine nigro: subtus cinereis, punctis ocellaribus: posticis macula centrali alba. *Fabr. Mantis.* 2. p. 74. *Corydon. Pl. Rur.*

Papilio corydon. Esper. pap. tab. 33. fig. 4.
Kleeman. tab. 14. fig. 3.

Habitat in Europa.

Mas. Antennae anulatae clava subtus ferruginea. Alae supra argenteae, nitidae, margine fusco, posticarum maculari. Subtus anticae albidae punctis numerosis nigris fere simplicibus: posticae obscuriores anulo e punctis duodecim ocellatis nigris. In medio hujus anuli macula alba, et pone anulum lunulae marginales fulvae nigronotatae.

Femina antennarum clava subtus ferruginea. Alae fuscae caeruleo-micantes, anticis lunula media atra, posticis lunulis marginalibus fulvis. Subtus punctis magis ocellatis lunulisque fulvis distinctioribus.

126. Papilio alis integris cæruleis striga marginali atra; subtus cinereis, punctis ocellaribus numerosis: posticis macula centrali alba. *Fabr. Mantis.* 2. p. 75. *Adonis. Pl. Rur.*

Papilio Bellargus. Esper. pap. tab. 32. fig. 3.

Habitat in Europa.

Praecedenti affinis. Differt tamen alis supra nunquam argentatis sola striga marginali atra. Subtus puncta magis ocellata.

Femina magis cærulescens, quam femina Corydonis, et fascia rufa in omni ala distinctior solo oculo adsueto distinguenda.

Lar-

Larva viridis lineis dorsalibus macularum fulvarum.

Dorylas. Pl. Rur. 127. Papilio alis integris cæruleis (fuscis) subtus cinereis: anticis puncto medio strigaque postica punctorum ocellatorum . *Fabr. Mantis.* 2. p. 75.

Habitat in Austria.

Praecedenti affinis, at paullo minor . Mas alis supra caeruleis nitidis striga marginali atra. Femina alis fuscis lunulis marginalibus fulvis . Subtus cinereae , anticis macula magna centrali ocellari , et pone hanc striga e punctis 6-7. ocellaribus . Margo albidus . Posticae puncto baseos striga incurva punctorum ocellatorum , et in medio macula cuneata alba .

Hylus. Pl. Rur. 128. Papilio alis integris , lunula media punctisque marginalibus nigris ; subtus cinereis punctis ocellaribus . *Fabr. Mantis.* 2. p. 75.

Papilio Amphion. Esper. papil. tab. 53. fig. 1.

Habitat in Europa .

Praecedentibus minor. Alæ omnes caeruleae lunula media nigra . Margo terminatur striga atra et in posticis ante hanc strigam puncta aliquot atra . Femina obscurior . Subtus cinereae punctis numerosis ocellaribus nigris , et in posticis fascia e lunulis ferrugineis .

Bathus. Pl. Rur. 129. Papilio alis integris nigris cæruleo-nitidis: subtus albidis , punctis atris numerosis : posticis fascia fulva continua. *Fabr. Mantis.* 2. p. 76.

Papilio Telephii . Esper. pap. tab. 41. fig. 2.

Habitat in Europa .

Alae omnes caeruleo nigrae . In medio alæ anticæ lunulae cyaneæ. Margo ipse albo-maculatus . Subtus albidæ , anticis punctis tribus in medio ,

stri-

strigis quatuor pone medium punctorum atrorum simplicium: posticis punctis sparsis baseos strigisque quatuor apicis punctorum atrorum. Inter strigam secundam et tertiam fascia lata continua fulva.

130. Papilio alis integerrimis cæruleis, margine nigricante: subtus fusco cinereis, lunula media strigisque duabus punctorum ocellatorum. *Fabr. Mantis.* 2. p. 76. *Argiades. Pl. Rur.*

Habitat in Saxonia.

Statura precedentium. Alæ omnes supra caeruleae margine nigro ciliis albis. Subtus omnes fusco-cinereae, lunula centrali, strigisque duabus e punctis ocellatis; posteriore obsoletiore. In posticis praeterea puncta duo ocellata baseos.

131. Papilio alis integris, margine albo; subtus cinereis, punctis ocellaribus numerosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 126. *Hippothoe. Pleb. Rur.*

Papilio Hippothoe alis integerrimis, supra fulvis immaculatis, subtus cinerascentibus, punctis ocellaribus numerosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 793. 254.

Roesel. Ins. 3. tab. 37. fig. 6. 7.
Esper. tab. 22. fig. 3.
—— tab. 38. fig. 1. *a. mas. b. fem.*
—— tab. 62. fig 2. —— tab. 78. fig. 5. *fem.*

Habitat in Europæ pratis.

Alae anticae colore variant: supra fulvae immaculatae in mare, maculis nigris in femina. Subtus luteo-cinerascentes, punctis nigris iride alba. Posticae vero subtus cinereae punctis ocellaribus 15. ad 20., praeter fasciam ad marginem posticum fulvam, limbo tenuissime albo.

In femina insuper alae posticae supra fuscae, margine postico fascia fulva.

Virgaureae. Pleb. Rur. 132. Papilio alis subangulatis fulvis, margine atro, subtus punctis nigris albisque. *Fabr.Sp. Ins.* 2. p. 126. *Linn. Syst.Nat.*2. p.793. 253. *Geoffr. Ins.* 2. p. 65. 35.

Esper. tab. 22. fig. 2. *a. mas. b. femina.*

Habitat in Solidagine Virgaurea.

Variat alis supra maculatis et immaculatis; estque sexus varietas, quum in femina tantum maculae observentur, ut in Papilione Hippothoe.

Larva viridis, linea dorsali flavescente, laterali pallidiore, capite nigro.

Chryseis. Pl. Rur. 133. Papilio alis aureis margine cærulescente: posticis subdentatis: subtus obscure griseis, punctis ocellaribus numerosis. *Fabr.Mantis.*2.p.79.

Papilio Eurydice Esper. pap.

Habitat in Austria.

Nimis affinis Pap. Hippothoe. Mas alis aureis nitidis lunula nigra, margineque caeruleo-nitente tenuissimeque albo. Subtus anticae obscure cinereae disco fulvo punctis ocellaribus numerosis: posticae in angulum excurrentes, cinereae itidem punctis numerosis, posticeque fasciola rufa. Femina alis supra fuscis fulvo micantibus: anticis punctis aliquot obscurioribus: posticis fasciola fulva nigro-punctata. Subtus mari simillima.

Phlaeas. Pleb. Rur. 134. Papilio alis subintegris fulvis, nigro-punctatis, subtus canescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 126. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 793. 252.

Roesel. Ins. 3. tab. 45. fig. 5. 6.

Esper. tab. 22. fig. 1. —— tab. 60. fig. 5. *var.* —— tab. 62. fig. 5.

Ha-

Habitat in Europæ nemoribus.

Alae anticae supra fulvae, margine nigro, disco punctis nigris passim confluentibus: Subtus disco luteo, punctis nigris anulo albo cinctis. Posticae supra fuscæ: margine posteriori fascia fulva: subtus canescentes punctis parvis, fuscis, pone fascia lineari rubra.

135. Papilio alis integris fulvis (feminæ fuscis) margine fusco: subtus anticis nigro-punctatis; posticis viridibus, margine fusco. *Fabr. Mantis.* 2. p. 80. *Ballus. Pl. Rur.*

Habitat in Hispania.

Statura Pap. Phlæas Corpus fuscum. Alæ omnes supra fulvæ haud nitidae, limbo fusco. Subtus anticae disco fulvo punctis numerosis, subocellaribus atris: posticae virides, nitidulae, puncto medio subocellato margineque postico fuscis.

Femina alis supra fuscis immaculatis.

136. Papilio alis integris obscuris cæruleo-micantibus: omnibus subtus punctis ocellaribus numerosis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 80. *Hille. Pl. Rur.*

Papilio Amphidamas. Esper. pap. tab. 58. fig. 4.

Habitat Lipsiæ.

Parvus. Alae supra omnes obscurae caeruleo-micantes lunulisque aliquot apicis fulvis. Subtus anticae punctis nigris numerosis albo-anulatis: posticae cinereae punctis itidem numerosis nigris albo-anulatis, et versus apicem fascia fulva.

137. Papilio alis subintegris fuscis nigro-punctatis, fascia marginali fulva: subtus lutescentibus, punctis numerosis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 81. *Xanthe. Pl. Rur.*

Papilio Phocas. Esper. papil. tab. fig.

Habitat in Rumice Acetosa.

Minor. Alae omnes fuscae nigro-punctatae margineque tenuissime albo, et ante marginem fasciola fulva nigro-punctata. Subtus virescentes punctis numerosis ocellaribus nigris: anticis disco fulvo, posticis fasciola fulva, apice subemarginatis. Femina alis anticis supra disco fulvo nigro-punctato.

Garbus. Pl. Rur. 138. Papilio alis fuscis nigro-punctatis, margine albo: subtus virescentibus, punctis numerosis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 81.

Habitat in Acetosella.

Nimis praecedenti affinis. Alae omnes fuscae, obscurae, nigro-punctatae: margineque postico albido. Puncta aliquot fulva ante marginem alae posticae. Subtus nigro-punctatae, anticae cinerascentes; posticae haud emarginatae, sed in angulum excurrentes, virescentes, postice fasciola fulva.

8. *Plebeji Urbicolae.*

Comma. Pl. Urb. 139. Papilio alis integerrimis divaricatis fulvis, lineola nigra: subtus punctis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 131. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 793. 256.

Papilio alis divaricatis fulvis, limbo nervisque nigris: primariis macula oblonga nigra. *Geoffr. Ins.* 2. p. 66. 37.

Roesel. tab. 23. fig. 1.

Habitat in Europa. Sexus alter absque lineola nigra.

Larva rubro-micans, capite nigro, collari striga alba.

Pupa elongata, cylindrica, fusca.

Linea. Pl. Urb. 140. Papilio alis integerrimis divaricatis fulvis: margine nigro. *Fabr. Mantis.* 2. p. 84.

Papi-

Papilio Thaumas. Esper. pap. tab. 36. fig. 2. 3.
Habitat in Aira montana.

Affinis Pap. Comma. Antennæ supra nigræ, subtus flavescentes. Alae omnes fulvæ, haud maculatae, lineola parva in medio margineque nigris. Cilia marginis tamen albida. Alae subtus immaculatae. Femina absque linea alae anticae.

Larva solitaria, viridis immaculata.

Pupa tenuissime folliculata, viridis.

141. Papilio alis integerrimis divaricatis: posticis utrinque fuscis fulvo-maculatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 85. *Paniscus. Pl. Urb.*

Esper. pap. tab. 28. fig. 2.

β. *Papilio Silvius. Esper. pap.* tab. 80. fig. 5. 6.
Habitat in Europa.

Variat alis anticis fuscis fulvo-maculatis, et fulvis atro-maculatis.

142. Papilio alis rotundatis integerrimis fuscis: posticis subtus griseis, maculis ocellaribus albis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 89. *Aracinthus. Pl. Urb.*

Papilio Steropes. Esper. papil. tab. 41. fig. 1.

Papilio nigro-fuscus nitens, alis subtus limbo dentato fulvo, secundariis maculis duodecim albis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 66. 36.
Habitat in Europa.

143. Papilio alis dentatis divaricatis nigris albo-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 137. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 795. 267. *Malvæ. Pleb. Urb.*

Roesel. Ins. 1. *pap.* 2. tab. 10. fig. 7.
Habitat in Malva, Althæa.

Larva grisea, capite nigro, collo punctis quatuor sulphureis.

Pupa gibba, cærulescens.

Alceae. *Pl. Urb.* 144. Papilio alis divaricatis fusco cinereoque variis: anticis punctis fenestratis: posticis subtus cinereis immaculatis. *Fabr. Mantis.* 2.p.90.

Papilio Alceae. Esper. papil. tab. 51. fig. 3.

Habitat in Europa.

Affinis Pap. malvae. Alae anticae minus obscurae cinereo variae punctisque aliquot fenestratis. Posticae obscuriores fasciis macularibus albidis. Subtus omnes cinereae fere immaculatae, punctis aliquot marginalibus nigris.

Sidae. *Pl. Urb.* 145. Papilio alis integris divaricatis nigris albo-punctatis: posticis subtus cinereis, fasciis duabus flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 91.

Papilio Sidae. Esper. papil. tab. 90. fig. 3.

Habitat in Europa.

Fritillum. *Pl. Urb.* 146. Papilio alis integris divaricatis nigris albo punctatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 91.

Papilio alis denticulatis divaricatis nigris albo-punctatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 67. 38.

Papilio malvae minor. Esper. pap. tab. 51. fig. 2.

Habitat in Dipsaco Fullonum.

Differt a Pap. malvæ. Alæ haud dentatae, at margine albo nigroque variegato.

Color alae posticae subtus variat.

Papilio malvæ major. Esper. pap. tab. 23. fig. 2. *est hujus varietas major.*

Lavaterae. *Pl. Urb.* 147. Papilio alis integris fuscis: anticis albo-maculatis: posticis punctatis, omnibus lunula media nivea. *Fabr. Mantis.* 2. p. 91.

Esper. papil. tab. 82. fig. 4.

Habitat in Europa.

Statura Pap. Fritilli at dimidio minor. Alae anticae concolores fuscæ, in medio valde albo-macula-

culatae, et in centro lunula nivea distincta anulo nigro cincta. Postica fuscae albo-punctatae lunula media distincta: subtus concolores. *Tages.*

148. Papilio alis denticulatis divaricatis fuscis, obsolete albo-punctatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 138. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 795. 268. *Pleb. Urb.*

Papilio alis divaricatis cinereis, punctorum alborum serie duplici transversa. *Geoffr. Ins.* 2. p. 68. 39. *Roesel. Ins.* 1. *pap.* 2. tab. 10. fig. 2. 3. 5. 6. *Esper.* tab. 23. fig. 3.

Habitat in Europa.

Parvus praecedentis magnitudine. Caput pilosum. Alae fuscae, utrinque adspersae punctis albidis, obsoletis.

147. SPHINX *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Palpi duo reflexi, æquales, pilosi, sub ore inserti.

Lingua spiralis, porrecta, plerisque exserta, cornea, truncata, bifida, supra palporum basin inserta.

Clypeus brevis corneus, fornicatus, linguæ basin superne tegens.

Antennæ filiformes multiarticulatæ. Subtus squamatæ.

Larva XVI-poda, agilis, postice plerumque cornu erecto, rigido, acuto armata.

Pupa quiescens, nuda, lævis, glabra, postice obtusissima.

Victus larvæ e foliis plantarum: imaginis e nectare florum.

1. Sphinx alis angulatis, posticis rufis ocello cæruleo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 139. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 796. 1. *ocellata.* tab. 8. fig. 1.

Sphinx elinguis alis angulatis, superioribus fuscis, inferioribus rubris, ocello cærulescente. *Geoffr. Ins.* 2. p. 79. 1.

Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 1.

Esp. Ins. 2. tab. 1.

Habitat in Europæ Salice, Pomona.

Lingua brevissima, haud exserta.

Larva solitaria, caudata, scabra, viridis, striis obliquis lateralibus albis, punctisque ocellaribus flavis.

Pupa fusca, dorso atro.

Quercus. 2. Sphinx alis angulato-dentatis cinereis, strigis obscurioribus: posticis ferrugineis, angulo ani albo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 92.

Esper. Ins. 2. tab. 19.

Habitat in Germaniæ quercu.

Mas corpore cinereo, femina fusco.

fenestrina. 3. Sphinx alis eroso-dentatis fusco-aureis, maculis duabus fenestratis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 140.

Fuesl. Magaz. 1. tab. 1. fig. D.

Esper. Ins. 2. tab. 23. fig. 1.

Habitat in Umbelliferis.

Magnitudo majoris muscæ. Corpus fuscum. Abdomen cingulis duobus albis, anteriore tenuiore. Alæ concolores fusco-aureæ, nitidæ, punctis flavis sparsis, in medio maculæ duæ approximatæ fenestratæ, in posticis fere fasciam constituentes. Margo posticus niger, maculis duabus albis.

Populi. 4. Sphinx alis dentatis reversis griseis, posticis basi ferrugineis, anticis puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 141. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 797. 2.

Sphinx elinguis, alis serratis cinereo-fuscis, superioribus fasciis obscurioribus transversis, inferiori-

rioribus basi macula fulva. *Geoffr. Ins.* 2. p. 81. 3.
Esper. Ins. 2. tab. 2.
Roesel. Ins. 3. tab. 30.
Degeer. Ins. 1. tab. 8. fig. 5.

Habitat in Populo, Salice.

Larva solitaria, caudata, scabra viridis, utrinque linea striisque transversalibus obliquis albis.

Pupa obscure grisea, postice ferruginea.

Alæ cinereæ, anticæ fasciis obscurioribus, et puncto albo in medio. Posticæ supra ad basin ferrugineæ.

5. Sphinx alis angulatis virescenti nebulosis, saturatius fasciatis, posticis supra luteo-testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 141. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 797. 3. *Tiliæ.*

Sphinx elinguis, alis laceris, superioribus cinereo-virescentibus, fascia obscuriori transversa inæquali, inferioribus fusco-aurantiis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 80. 2.
Esper. Ins. 2. tab. 3.
Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 2.

Habitat in Europæ Tilia.

Larva solitaria, scabra, caudata: antice attenuata, viridis, striis lateralibus obliquis sanguineis flavisque.

Pupa obscure fusca.

6. Sphinx alis eroso-dentatis virescentibus, fascia saturatiore: posticis fulvis apice atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 131. *Oenotheræ.*
Fuesl. Magaz. 2. tab. 1. fig. 9. 10.
Esper. Ins. 2. tab. 20.

Habitat in Oenothera.

Larva solitaria, ecaudata, fusca: stigmatibus san-

sanguineis segmentoque penultimo ocello ovali atro, pupilla alba.

Pupa nuda, brunnea.

Nerii. 7. Sphinx alis subangulatis viridibus, fasciis variis pallidioribus saturatioribus flavescentibusque. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 142. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 798. 5.

Roesel. Ins. 3. tab. 16.

Esper. Ins. 2. tab. 4.

Habitat in Nerio.

Larva solitaria, caudata, albo-punctata, collo ocello utrinque cæruleo, cauda deflexa, subarticulata.

Pupa flava, linea dorsali punctisque lateralibus nigris.

Atropos. 8. Sphinx alis integris, posticis luteis, fasciis fuscis abdomine luteo, cingulis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 144. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 799. 9.

Sphinx spirilinguis, alis superioribus fusco-nebulosis, inferioribus abdomineque fasciis transversis luteis, thorace maculis caput mortuum referentibus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 85. 8.

Roesel. Ins. 3. tab. 1. 2.

Esper. Ins. 2. tab. 7.

Habitat in Jasmino, Solano scandente, Cannabi, Evonymo.

Larva solitaria, caudata, flava, nigro-punctata, lineis lateralibus transversis, dimidiato-cæruleis viridibusque, cauda deflexa.

Pupa brunnea stigmatibus utrinque quinque nigris.

Pinastri. 9. Sphinx alis integris canis, anticis lineolis tribus confertis nigris, abdomine fusco, cingulis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 146. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 802. 22. *Roesel.*

Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 6.
Degeer. Ins. 1. tab. 10. fig. 1. 2. 3.
Esper. Ins. 2. tab. 12.

Habitat in Pino.

Larva lævis, glauca, linea laterali flava. Caput luteum. Collum luteo nigroque varium. Segmenta lineis transversis 8. nigricantibus, penultimo cornuto: ultimo punctis nigris, scabro. Cornu nigrum, scabrum, apice bifidum. *Villers.*

Pupa brunnea.

10. Sphinx alis integris griseis, fasciis duabus virescentibus, posticis rufis basi strigaque nigris, antennis niveis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 146. *Euphorbiae.*

Sphinx Euphorbiae alis integris fuscis, vitta anticis pallida, posticis rubra. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 802. 19.

Sphinx spirilinguis, alis viridi, fulvo, purpureo que varie fasciatis et maculatis, subtus purpureis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 87. 11.
Rosel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 3.
Esper. Ins. 2. tab. 11.

Habitat in Euphorbia.

Larva caudata, nigra, albo-punctata, linea dorsali sanguinea, laterali punctisque flavicantibus.

Pupa brunnea, stigmatibus nigris.

11. Sphinx alis integris virescentibus, vitta alba: posticis pallidis basi strigaque atris, antennis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 147. *Galii.*
Esper. Ins. 2. tab. 21.

Habitat in Galio vero.

Larva caudata virescens nitida, punctis utrinque decem ocellaribus, ano sanguineo. *Roes. Ins.* 3. tab. 6. fig. 1. 2. 4.

Pupa

Pupa brunnea.

Distincta a praecedenti non solum larva sed etiam specie victus; nam prior semper in Euphorbia, haec constanter in Galio invenitur.

lineata. 12. Sphinx alis virescentibus, fascia striisque albis: posticis nigris, fascia rubra. *Fabr. Mantis.* 2. p. 96.

Sphinx Kœchlin. Fuesl. Arch. Ins. cum fig.

Habitat in Galio vero.

Larva caudata flavicans nigro-maculata, capite linea dorsali stigmatibusque rubris.

Pupa fusca.

Elpenor. 13. Sphinx alis integris, viridi purpureoque variis, posticis rubris basi atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 148. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 801. 17.

Sphinx spirilinguis, alis viridi purpureoque fasciatis, fasciis linearibus transversis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 86. 10.

Degeer. Ins. 1. tab. 9. fig. 8. 9.
Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 4.
Esper. Ins. 2. tab. 9.

Habitat in Epilobio, Vite, Convolvulo.

Larva caudata, fusco-maculata, ocellis collaribus utrinque duobus cæruleis.

Pupa antice obscure-grisea, postice fusca, stigmatibus obscurioribus.

Porcellus. 14. Sphinx alis integris, flavo purpureoque variis, abdomine subtus sanguineo albo punctato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 149.

Sphinx Porcellus alis integris margine rubris, posticis basi fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 801. 18.

Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 5.
Esper. Ins. 2. tab. 10.

Ha-

Habitat in Epilobio, Impatiente.

Larva ecaudata fusca, ocellis utrinque tribus collaribus cæruleis.

Pupa nigricans.

15. Sphinx alis integris nebulosis, posticis subfasciatis, abdomine cingulis rubris, ttris, albisque. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 150. *Convolvuli.*

Sphinx convolvuli alis integris, posticis nigro-fasciatis, margine postico albo punctatis, abdomine rubro, cingulis atris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 798. 6.

Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 7.

Esper. Ins. 2. tab. 5.

Habitat in Convolvulo.

Larva caudata utrinque lineis lateralibus obliquis albis; punctisque subocellatis.

Pupa brunnea, cornu reflexo involuto.

16. Sphinx alis integris, posticis rufis, fasciis tribus nigris, abdomine rubro, cingulis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 150. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 799. 8. *Ligustri.*

Sphinx spirilinguis, alis superioribus fuscis, inferioribus abdomineque fasciis transversis rubris. *Geoffr. Ins.* 2. p. 84. 7.

Roesel. Ins. 3. tab. 5.

Degeer. Ins. 1. tab. 1. fig. 6.

Esper. Ins. 2. tab. 6.

Habitat in Ligustro, Syringa, Fraxino, Sambuco, Salice.

Larva caudata, viridis, striis lateralibus obliquis, antice incarnatis postice albis. Quiescit corpore antico erecto, pedibusque elevatis.

Pupa fusca, cauda quadridentata.

Celerio. 17. Sphinx alis integris griseis, striis albis: posticis fuscis, maculis sex rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 151.

Sphinx Celerio alis integris griseis, lineola albo-nigra, inferioribus basi rubris, maculis sex. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 800. 12.

Rosel. Ins. 4. tab. 8.

Esper. Ins. 2. tab. 8. —— tab. 22.

Habitat in Vite.

Larva caudata, fusca, lineis duabus lateralibus albis, ocellisque utrinque duobus collaribus.

Pupa antice fusca, postice brunnea.

148. SESIA *Fabr.*

Sphingis *Sp. Linn. Geoffr.*

Palpi duo reflexi, ovati, acuminati, pilosi, sub ore inserti.

Lingua spiralis, cornea, exserta, truncata bifida, supra palporum basin inserta.

Clypeus brevis, rotundatus, vix basin linguæ tegens.

Antennae cylindricæ, extrorsum crassiores, multiarticulatæ.

Larva XVI-poda, agilis, plerumque nuda, inermis.

Pupa quiescens, nuda, lævis, antice posticeque acuminata.

Larva foliis plantarum victitat: *imago* nectare florum.

stellatarum. tab. 8. fig. 2. 1. Sesia abdomine barbato lateribus albo nigroque variis, alis posticis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 154.

Sphinx stellatarum. Linn. Syst. Nat. 2. p. 803. 27.

Sphinx spirilinguis alis superioribus fuscis nebulosis

losis, inferioribus ferrugineis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 83. 6. tab. 11. fig. 5.
Roesel. Ins. 1. *phal.* 1. tab. 8.

β. *Sphinx belis* abdomine barbato, supra nebuloso, subtus flavescente, alis posticis basi flavis. *Linn. Syst. Nat. edit.* 10. p. 493. 31.
Esper. tom. 2. tab. 13.

Habitat in Galio, Rubia.

Larva caudata albo-punctata, cauda subulata cærulea apice ferrugineo.

Pupa fusca.

2. Sesia abdomine barbato nigro, fascia flavescente, alis fenestratis, margine nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 156. *fuciformis.*

Sphinx fuciformis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 803. 28.

Sphinx elinguis, alis lanceolatis vitreis, venis nigris, superioribus macula limboque nigris, fulvo-nebulosis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 82. 4.
Roesel. Ins. 3. tab. 38.
—— 4. tab. 34. fig. 1-4.
Esper. tom. 2. tab. 14. fig. 1. a. b. c.

In Lonicera, Scabiosa occurrit larva.

Larva viridis linea laterali flava, cornuque rufo.

Pupa folliculata nigra antice strigis flavis.

3. Sesia alis fenestratis, abdomine flavo, incisuris atris, thorace nigro, maculis duabus flavis: *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 156. *apiformis.*

Sphinx apiformis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 804. 29.
Fuels. Magaz. tab. 1. fig. A.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 20. fig. 6.
Esper. Ins. 2. tab. 14.

Habitat imago in Europæ floribus: larva in Populi truncis.

4. Se-

sphegiformis. 4. Sesia alis hyalinis margine fasciaque atris, abdomine barbato, cingulo flavo, antennis ante apicem albis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 99.
Esper. Ins. 2. tab. 30.

Habitat in Europa.

Præcedenti minor. Caput nigrum. Thorax ater lateribus flavis. Abdomen atrum, cingulo secundi segmenti flavo, punctisque utrinque duobus lateralibus flavis. Pectoris latera flava.

asiliformis. 5. Sesia alis anticis fuscis, posticis fenestratis, abdomine barbato atro, cingulis tribus flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 99.
Esper. Ins. 2. tab. 29.

Habitat in Europa australi.

Minor Ses. apiformi. Caput atrum linea oculorum argentea. Thorax ater margine antico tenuissime flavo, punctoque flavo ante alas.

culiciformis. 6. Sesia alis hyalinis margine fasciaque nigris, abdomine barbato, cingulo fulvo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 156.
Sphinx culiciformis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 804. 30.
Esper. Ins. 2. tab. 15. fig. 1.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. B.

Habitat in Europæ floribus.

Antennæ ante apicem albæ.

tenthrediniformis. 7. Sesia alis fenestratis, margine omni fasciaque nigris, capite thoracis lateribus abdominisque barbati cingulo fulvo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 100.
Esper. Ins. 2. tab. 30.

Habitat in Europa australi.

Parva. Antennæ nigræ. Caput thoracisque latera fulva. Pedes fulvi geniculis nigris.

tipuliformis. 8. Sesia alis fenestratis, margine fasciaque nigris, abdo-

abdomine barbato nigro; incisuris alternis margine flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 100.
Esper. Ins. 2. tab. 15. fig. 3.

Habitat in medulla Ribis rubræ.

Larva solitaria, subpilosa, albida, capite pedibusque flavis lineaque dorsali obscuriore.

9. Sesia alis fenestratis, margine fasciaque nigris puncto fulvo, abdomine cingulis albis nigrisque alternis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 100. *Ichneumoniformis.*

Habitat in Austria.

10. Sesia alis fenestratis margine fasciaque nigris; abdomine barbato nigro, segmento secundo ultimisque margine flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 101. *vespiformis.*

Sphinx vespiformis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 804. 33.
Esper. Ins. 2. tab. 15. fig. 2.

Habitat in Europæ floribus.

149. ZYGÆNA *Fabr.*

Sphingis *Sp. Linn. Geoffr.*

Palpi duo reflexi, pilosi, sub ore inserti.

Lingua spiralis, exserta, setacea, acuta, bifida, supra palporum basin inserta.

Clypeus brevis, rotundatus.

Antennæ porrectæ, multi-articulatæ, medio crassiores, apice attenuatæ.

Larva XVI-poda, agilis, crassa, obesa, pilis brevibus tecta.

Pupa quiescens, folliculata, antice parum attenuata.

Victus larvæ e foliis plantarum: imaginis e nectare florum.

In quibusdam speciebus Antennæ filiformes, pectinatæ.

Filipendulæ. 1. Zygæna alis anticis cyaneis, punctis sex rubris; posticis rubris, margine cyaneo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 157.

Sphinx Filipendulæ. Linn. Syst. Nat. 2. p. 805. 34.

Sphinx spirilinguis, alis superioribus subcæruleis punctis sex rubris, inferioribus rubris. *Geoffr. Ins.* 2. p. 88. 13.

Papilio Phalæna Aries. Degeer. Ins. 7. tab. 44. fig. 1.
Roesel. Ins. 1. *phal.* 2. tab. 57.
Esper. Ins. 2. tab. 16. fig. *omnes.*

Sphinx Peucedani. Esper. Ins. 2. tab. 25. fig. 2.

Habitat in Spiræa Filipendula.

Variat rarius abdominis cingulo rufo.

Larva obesa, caudata, sulphurea, lineis quatuor punctorum nigrorum.

Pupa fusca, medio sulphureo, stigmatibus fuscis.

Pythia. 2. Zygæna atra, alis anticis viridibus, maculis tribus oblongis approximatis sanguineis, posticis rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 158.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. 5. 6.

Sphinx Scabiosæ. Esper. Ins. 2. tab. 24. fig. 3.

Sphinx Pilosellæ. Esper. Ins. 2. tab. 24. fig. 2.

Habitat in Germania australi.

Variat rarius disco ala anticæ toto rubro.

Fulvia. 3. Zygæna cyanea, alis anticis viridibus, punctis quinque rubris, posticis sanguineis limbo cyaneo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 158.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. 1.

Sphinx Loniceræ. Esper. Ins. 2. tab. 24. fig. 1.

Habitat in Loto corniculato.

Phegea, tab. 8. fig. 3. 4. Zygæna viridi-atra, alis punctis fenestratis, anticarum sex, posticarum duobus, abdomine cingulo luteo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 158.

Sphinx

Spinx phegea. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 805. 35.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. E.
Esper. Ins. 2. tab. 17. fig. 1. 2. tab. 34. *var.*

Habitat in Quercu.

Larva fusca, capite pedibusque rufis, dorso plumis fasciculatis albidis.

5. Zygæna cyanea, alis anticis punctis sex rubris, posticis unico, abdomine cingulo rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 158. *Ephialtes.*

Sphinx Ephialtes. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 806. 36.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. F.
Esper. Ins. 2. tab. 17. fig. 3.

In Europæ australioris Medicagine occurrit.

Variat punctis albis; baseos tamen et cinguli semper aut rubris, aut flavis.

Larva pilosa flavescens, capite, pedibus, lineisque duabus nigris.

6. Zygæna cyanea, alis anticis punctis sex flavis: posticis flavis, margine cyaneo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 102. *Aeacus.*

Habitat in Austria.

Statura præcedentis. Corpus cyaneum nitidum cingulo abdominis flavo. Alæ cyaneæ punctis sex flavis 2.2.2. oblique positis: posticæ flavæ margine late cyaneo.

7. Zygæna atra, alis anticis cyaneis, punctis quinque aut sex sanguineis, subocellatis, posticis rubris limbo nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 159. *carniolica.*

Sphinx carniolica. *Scop. Ent. carn.* 478.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. G.
Esper. Ins. 2. tab. 17.

Habitat in Austria, et apud nos.

Variat abdomine immaculato et cingulo rubro.

fausta. 8. Zygæna alis concoloribus rubris; maculis nigris margine nigro connexis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 163.

Sphinx fausta. Linn. Syst. Nat. 2. p. 807. 42.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 20. fig. 7.
Fuesl. Magaz. tab. 1. fig. H.
Esper. Ins. 2. tab. 18. fig. 1.

Habitat in Europa australi.

Maculæ alarum anticæ subocellatæ. Alæ posticæ rubræ immaculatæ. Abdomen cyaneo-nigrum cingulo rubro.

infausta. 9. Zygæna alis fuscis, posticis interius sanguineis, antennis pectinatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 163.

Sphinx infausta. Linn. Syst. Nat. 2. p. 807. 43.
Esper. Ins. 2. tab. 35. fig. 4.

Habitat in Europa australi.

Statices. 10. Zygæna viridi-cærulea, alis posticis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 166.

Sphinx statices. Linn. Syst. Nat. 2. p. 808. 47.
Degeer. Ins. 2. tab. 3. fig. 8.

Phalæna pectinicornis spirilinguis viridi-cærulea, nitens, alis inferioribus fuscis, *Geoffr. Ins.* 2. p. 129. 40.
Esper. Ins. 2. tab. 18. fig. 2.

Habitat in Europæ Rumice Acetosa.

Larva nigricans, lineis dorsalibus duabus lunularum albarum.

Pruni. 11. Zygæna viridi-cærulea, alis posticis nigris *Fabr. Mantis.* 2. p. 107.

Habitat in Pruno spinosa.

Præcedenti affinis sed dimidio minor, et larva diversa.

Larva pilosa fusca, dorso carneo, linea maculorum atrarum.

12. Zygæna corpore nigro : alis viridi-cæruleis, anticis maculis quinque rubris nigro-cinctis: posticis fascia rubra lunata in medio, collare albo. *Villers. Entom. Linn.* 2. p. 114. tab. 4. fig. 20. *Lavendulæ.*

Esper. tom. 2. tab. 34.

Habitat in Lavendula.

13. Zygæna alis anticis viridibus, maculis quinque rubris subocellatis, sexta alba lunata, collare albo. *Villers. Entom. Linn.* 2. p. 114. tab. 4. fig. 21. *occitanica.*

Habitat in Occitaniæ montibus, et in nostro Regno.

Maculæ ut in Zygæna carniolica dispositæ. Abdomen nigrum, crassum, postice supra rubrum. Macula sexta versus marginem posticum arcuata, alba. Collare album.

150. BOMBYX *Fabr.*

Phalænæ *Sp. Linn. Geoffr.*

Palpi duo compressi, reflexi, pilosi, sub ore inserti.

Lingua spiralis, brevis, membranacea, supra palporum basin inserta.

Clypeus brevis, corneus, hirtus, linguæ basin superne tegens.

Antennæ filiformes, multiarticulatæ, apice acutæ.

Larva XVI poda, agilis, sæpius pilosa, subcylindrica.

Pupa quiescens, folliculata, cylindrica, apice acuminata.

Larvae victus e foliis plantarum: imaginis e nectare florum.

Antennæ semper filiformes sunt, maris autem sæpius pectinatæ.

* *Alis patulis.*

pavonia. 1. Bombyx alis patentibus rotundatis griseo nebulosis subfasciatis, ocello nictitante subfenestrato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 171.

Phalæna pavonia. Linn. Syst. Nat. 2. p. 810. 7.

minor. α. *Phalenæ* pectinicornis elinguis, alis planiusculis ferrugineo luteoque variis, singulis ocello, fasciaque fusca. *Geoffr. In.* 2. p. 100. 3. t. 12. fig. 1. 2. *mas.* fig. 3. *fem.*

Roesel. Ins. 1. *phal.* 2. tab 5.

Degeer. Ins. 1. tab. 19. fig. 1-12.

Esper. phal. 3. tab. 4.

Habitat in Carpino, Rubo, Pruno.

Mas alis inferioribus flavis: femina fascia nigricante tenuiori.

Larva flavescenti-viridis, fascia longitudinali nigra subtus: anulis atris cincta, tuberculis roseis.

media. β. Phalæna alis cinereo-fuscis ocellatis fascia latiore nigricante, pone fimbriam albidam linea alba profundiore crenata. *Villers. Linn. Entom.* tom. 1. p. 116.

Esper. phal. 3. tab. 3.

Mas et femina concolores.

major. tab. 8. fig. 4. γ. Phalæna pectinicornis elinguis, alis cinereo-fuscis planiusculis, singulis ocello, major. *Geoffr. Ins.* 2. p. 100. 1.

Roesel. Ins. 4. tab. 15. 16. 17.

Esper. Phal. 3. tab. 1. 2.

In arboribus variis occurrit.

Tau. 2. Bombyx alis patulis testaceis, ocello subviolaceo, pupilla hastata alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 172.

Phalaena Tau. Linn. Syst. Nat. 2. p. 811. 8.

Roesel.

Roesel. Ins. 4. tab. 7. fig. 3. 4.
Esper. Phal. 3. tab. 5.

Habitat in Betula, Salice caprea, Fago sylvatica.

Ocellus in alis anticis utrinque, in posticis subtus: pupilla hastata alba absque iride. Antennae maris valde pectinatae.

Larva viridis, striis obliquis lateralibus albis, dorso nodoso.

Pupa brunnea, pilosa. *Roes. Ins.* 3. tab. 68.

** *Alis reversis.*

3. Bombyx alis reversis testaceis dentatis: lunulis numerosis fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 110. *populifolia.*

Habitat in Populo alba.

Major Bomb. quercifolia. Os nigrum. Thorax testaceus linea dorsali nigra. Alae omnes testaceae lunulis numerosis distinctis fuscis. Posticae semitectae apice pellidiores.

4. Bombyx alis reversis dentatis ferrugineis, strigis undatis fuscis, ore tibiisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 173. *quercifolia.*

Phalaena quercifolia elinguis, alis reversis semitectis dentatis ferrugineis, margine postico nigro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 812. 18.

Phalaena pectinicornis elinguis, tota rufa, alarum margine serrato. *Geoffr. Ins.* 2. p. 110. 11.
46. Phalæna seticornis, alis luteis testaceo-undatis, fascia repanda, margine fusco alboque. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 262. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 868. 245. *bilineata.*

Clerk. phal. tab. 6. fig. 13.

Habitat in Lychnide dioica.

Larva virescens subimmaculata, interdum albo sublineata.

47. Phalæna seticornis, alis albidis: macula costali fusca, lunula atra. *Fabr. Mantis.* 2. p. 205. *centaureata.*

Habitat in Centaureæ scabiosæ floribus.

Parva. Alæ anticae albæ atomis aliquot fuscis. In medio costæ macula magna fusca, et in hac lunula atra. Posticæ albæ puncto medio nigro.

Larva viridis rubro-maculata.

48. Phalæna seticornis alis albidis: fascia lata fusca: puncto subocellari atro. *Fabr. Mantis.* 2. p. 264. *ocellata.*

Habitat in Galio sylvatico.

Fascia alæ integra in medio pallidior puncto atro.

Larva fusca lineolis lateralibus albis.

49. Phalæna seticornis, alis flavescentibus, striga nigra, postice pallidioribus, femina aptera nigro- *brumata.*

gro punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 263. *Linn. Syst. Nat.* 2. 874. 281.

Reaumur. Ins. 2. tab. 27. fig. 8. 9.

Roesel. Ins. 3. tab. 14. *Fem.*

—— tab. 40. fig. 6. *mas.*

Habitat in Pomonæ arboribus, quas misere devastat, octobri ova ponens.

Larva viridis pallide sublineata.

linariata. 50. Phalæna seticornis, alis anticis ferrugineo cinereoque fasciatis, medio fascia lata, apice maculis fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 207.

Habitat in Antirrhino Linaria.

Minuta. Alæ anticæ basi cinereæ fascia lata ferruginea, in medio fascia lata fusca puncto centrali atro; dein fascia ferruginea cinereae juncta, et in hac maculae duae fuscae. Posticae fusco cinereoque variae.

Larva flava maculis dorsalibus pedibusque rubris.

chenopodiata. 51. Phalæna seticornis, alis anticis testiceis, fasciis tribus griseis, puncto prominulo apicisque lineola supra fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 263. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 868. 246.

Kleemann. Ins. tab. 37.

Habitat in Europæ Chenopodio.

Larva nuda, virescens aut fusca, lineata, segmentis angulatis.

Pupa folliculata, flavescens.

Imago mas subpectinicornis.

duplicata. 52. Phalæna seticornis, alis griseis: fasciis duabus trilineatis fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 207.

Phalaena plagiata seticornis, alis anticis canis: fasciis tribus trilineatis nigricantibus repandis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 869. 248.

Habi-

Habitat in Europæ Hyperico.

Larva fusco ferrugineoque varia, linea laterali flavescente.

53. Phalæna seticornis, alis flavis nigro-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 264. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 862. 213. *maculata.*

Habitat in Europa.

54. Phalæna seticornis, alis pallidis: striga baseos fascia media punctoque fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 208. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 869. 251. *Clerk. phal.* tab. 5. fig. 7. *aversata.*

Habitat in Europa.

Fascia in medio cujusque alæ. Margo parum nigro-punctatus.

55. Phalæna seticornis, alis flavescentibus fusco-undatis: anticis puncto centrali nigro. *Fabr. Mantis.* 2. p. 210. *centrata.*

Phalaena remutata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 872. 266.

Habitat in Vicia sepium.

56. Phalæna seticornis alis virescentibus: anticis fasciis duabus purpureis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 265. *Linn. Fn. Svec.* 1302. *purpurata.*

Habitat in Europa.

57. Phalæna seticornis, alis fulvis, strigis undatis fusco-ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 265. *corrigata.*

Habitat in Italia ex Alliono.

Parva. Alæ omnes dilute fulvæ, strigis plurimis undatis obscurioribus. Subtus concolores puncto centrali nigro.

58. Phalæna seticornis, alis omnibus fusco virescentibus: strigis undatis albis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 211. *immorata*

Phalaena immorata seticornis, alis omnibus lute-

scentibus: fasciis obsoletis albidis, marginisque striga nigricante. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 871. 265.

Habitat in Lonicera Caprifolio.

Alæ omnes fusco-virentes strigis quatuor albis, ultima valde undata.

immutata. 59. Phalæna seticornis; alis omnibus niveis: strigis undatis obscurioribus; margine postico nigro-punctato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 266. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 871. 264.

Habitat in Europa.

urticata. 60. Phalæna seticornis, alis albis; fusco-fasciato-maculatis, thorace anoque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 267. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 873. 272.

Phalæna seticornis, spirilinguis, alis patentibus albo fuscoque nebulosis, ano flavo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 135. 54.

Reaum. Ins. 1. tab. 49. fig. 17. 18.

Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 14.

Habitat in Urtica, Pomonæ arboribus.

Larva 16-poda, nuda, abidal, dorso fusco; collari bipunctato, intra folium urticæ latens.

Pupa folliculata, brunnea.

verbascata. 61. Phalæna seticornis, alis flavescentibus: anticis strigis tribus punctoque medio fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 214.

Habitat in Verbasco Thapso.

Statura Ph. urticatae, at paullo minor. Alae omnes flavae: anticis strigis tribus punctoque medio fuscis. Margo fuscescens ciliis argenteis.

potamogata. 62. Phalæna seticornis, alis cinereis albo maculatis, anticis obsolete-reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 269. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 873. 275.

Reaum. Ins. 2. tab. 32. fig. 11.

Ha-

Habitat in Potamogetone natante, subiens metamorphosin intra folii segmentum, folio adscitum.

63. Phalæna seticornis, alis cinereis, omnibus conformiter albo maculato-reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 269. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 873. 274. *nymphæata.*

Habitat in Nymphæa, Lemna, frequens.

64. Phalæna seticornis, alis niveis; posticis fascia terminali nigra, punctis quatuor albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 269. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 274. 278. *lemnata.*

Reaum. Ins. 2. tab. 12. fig. 14. 15.

Habitat in plantis aquaticis, Lemna, ad paludes frequentissima.

*** *Alis forficatis.*

65. Phalæna palpis recurvatis, alis atris: posticis margine luteo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 216. *marginalis.*

Habitat in Europa australi.

Corpus totum atrum nitidum, solo margine alæ posticæ luteo.

66. Phalæna palpis recurvatis, alis politis lutescentibus, strigis repandis albis, basi apiceque glaucis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 270. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 881. 327. *farinalis.*

Clerk. Icon. tab. 2. fig. 14.

Habitat in Europæ farina.

Sedens caudam erigit.

67. Phalæna palpis porrectis longitudine antennarum pectinatarum, alis cinerascentibus; strigis tribus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 271. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 881. 330. *tentacularis.*

Degeer. Ins. 1. tab. 5. fig. 1.

Habitat in Taraxaco.

68. Phalæna palpis porrectis approximatis thorace lon- *proboscidalis.*

longioribus, alis griseis, strigis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 271. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 881. 331.
Clerk. phal. tab. 5. fig. 4.
Sulzers Hist. Ins. tab. 23. fig. 6.

Habitat in Europa. Apud nos frequens.

E majoribus hujus divisionis est. Fusca, fasciis tribus subferrugineis, quarum posterior punctis albidis obliteratis punctata.

rostralis. 69. Phalæna palpis porrectis thorace longioribus, alis subgriseis, punctis duobus muricatis, lineaque apicis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 271. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 881. 332.
Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 6.

Habitat in Europæ Carpino, Humulo.

Larva nuda, 14-poda, viridis, strigis obliquis lineisque lateralibus albis.

Pupa folliculata, brunnea, obtusa, antice carinata.

forficalis. 70. Phalæna alis glabris pallidis, strigis obliquis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 272. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 882. 334.

Phalæna seticornis spirilinguis, triangularis, alis deflexis flavis, lineis duabus obliquis ferrugineis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 166. 111.
Reaum. Ins. 1. tab. 16. fig. 13. 14.

Habitat in Europæ Brassica.

undalis. 71. Phalæna alis obscure cinereis, strigis tribus obliquis undatis niveis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 272.

Habitat in Italia ex Alliono.

Magnitudo præcedentis. Corpus fuscum. Alæ obscure cinereæ strigis tribus obliquis undatis niveis. Margo posticus itidem niveus sex parium punctorum fuscorum. Fabr.

72.

72. Phalæna alis glabris pallidis subfasciatis, subtus fusco-undatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 272. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 882. 335. *verticalis.*

Phalaena seticornis spirilinguis triangularis, alis deflexis albo-virescentibus, subtus lineis duabus transversis nigris. *Geoffr. Ins.* 2. p. 166. 112.
Reaum. Ins. 2. tab. 19. fig. 1-5.
Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 4.

Habitat in Europæ Urtica.

Larva 16-poda, pilosa, capite pedibusque flavis.

Pupa brunnea, segmentis tribus ultimis denticulo notatis.

73. Phalæna alis cinereis, anticis strigis tribus obliquis fulvis, antennis pubescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 272. *salicalis.*

Habitat in Salice.

Larva 14-poda, nuda, viridis, linea dorsali saturatiore.

Pupa nigra, nitida.

Imago statura obtusa fere Pyralidis. Strigæ alarum e flavo fulvoque compositæ.

74. Phalæna palpis recurvatis, alis cinereis, margine crassiori nigro subfasciato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 273. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 882. 336. *pinguinalis.*
Reaum. Ins. 3. tab. 20. fig. 5. 6. 7. 9. 10. 11.

Habitat in pinguibus, butyro, lardo, aliisque. Frequens in domibus, et culinis, rarius in ventriculo humano, inter vermes pessima.

Larva 16-poda, lævis, fusca, nitida.

Pupa nuda, brunnea, obscura.

75. Phalæna alis griseo-fuscis striatis, macula reniformi A. latino inscripta. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 273. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 882. 338. *secalis.*

Habitat intra culmos secalinos, intra vaginam eos exedens.

Larva viridis : lineis tribus longitudinalibus fuscis, capite brunneo.

sticticalis. 76. Phalæna alis griseis, striga marginali flava margineque nigro-ciliari. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 274. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 883. 340.

Habitat in Europa boreali, e Svecia missa a D. Thunbergio.

purpuralis. 77. Phalæna alis purpurascentibus, omnibus fasciis duabus luteis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 223. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 883. 342.

Habitat in Europa frequens.

Variat rarius alis fuscis flavo-maculatis.

argentalis. 78. Phalæna alis cinereo-fuscis, strigis anticarum tribus, posticarum duabus undatis argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 275.

Habitat in Italia ex Alliono.

Magnitudo Ph. purpuralis. Alæ omnes cinereo fuscoque variæ. Anticæ striga baseos parva, abbreviata, puncto parvo nigro, striga altera ante medium angulata, tertia pone medium undata. Posticæ strigis duabus, posteriore undata. Margo posticus omnium ciliaris argenteo fuscoque varius.

calabra. 79. Phalæna pectinicornis, alis patentibus luteis fascia duplici communi rosea : anticis versus basin fascia tertia lineari. *Specim. Ins.* Calabr. n. 199. fig. 23.

Undique in nostro Regno occurrit.

154. PYRALIS *Fabr.*

Phalænæ *Sp. Linn. Geoffr.*

Palpi duo reflexi, nudiusculi, basi cylindrici, medio dilatato-ovati, apice setacei, totum os tegentes.

Lingua spiralis, membranacea, involuta, supra palporum basin inserta.

Clypeus brevis, corneus, truncatus, vix basin linguæ tegens.

Antennæ setaceæ, simplices.

Larva XVI-poda, agilis, plerumque intra cylindrum e foliis plantarum contortis latens.

Pupa quiescens, cylindrica, antice acuminata, postice obtusa.

Victus larvæ e foliis plantarum: imaginis e nectare florum.

1. Pyralis alis denudatis albidis, strigis duabus punctoque medio obsolete fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 276. *mundana.*

Phalæna mundana. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 812. 17.

Habitat in Europæ Lichenibus.

Larva pilosa, brunnea.

2. Pyralis alis anticis viridibus: strigis duabus obliquis flavicantibus, posticis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 276. *prasinana.*

Phalæna seticornis spirilinguis, humeris latis, alis viridibus, linea duplici transversa albida. *Geoffr. Ins.* 2. p. 172. 124.

Roesel. Ins. 4. tab. 10.

Degeer. Ins. 1. tab. 3. fig. 1.

Habitat in Alno, Quercu Europæ.

Larva viridis, linea laterali flavicante, segmento secundo dorsi tuberculato.

Pupa viridis, linea dorsali atra.

fagana. 3. Pyralis alis viridibus, strigis tribus obliquis albis, antennis pedibusque fulvis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p 276.

Phalæna prasinana alis superioribus viridibus, strigis duabus obliquis flavis, margine postico, antennis pedibusque fulvis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 875. 285.

Roesel. Ins. 4. tab. 22.

Habitat in Fago sylvatica Europæ.

Variat alis margine sanguineo, ut in Figura Roeselii. Ceterum præcedenti affinis, sed distincta.

Larva viridis, linea laterali flava, cauda bifida.

Pupa intra folliculum gibbosum, ferrugineum.

viridana. 4. Pyralis alis rhombeis, anticis viridibus immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 277.

Phalæna viridana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 875. 286.

Phalæna seticornis spirilinguis, humeris latis, antennis flavescentibus, alis dilute virescentibus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 171. 123.

Reaumur. Ins. 2. tab. 18. fig. 6. 7.

Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 1.

Habitat in Europæ Quercu.

Larva nuda 16-poda, viridis, nigro punctata, pedibus posticis flavis.

Pupa brunnea, postice stylo bifido.

chlorana. 5. Pyralis alis rhombeis, anticis viridibus, margine albo. *Fabr Sp. Ins.* 2. p. 277.

Phalæna chlorana. Linn. Syst Nat. 2. p. 876. 287.

Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 3.

Habitat in Salicibus.

Larva virescens, albo-punctata, lateribus fusco-maculatis.

6.

6. Pyralis alis anticis testaceis, fascia grisea obliqua. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 278. *Rosana.*

Phalæna Rosana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 876. 293.
Reaum. Ins. 2. tab. 15. fig, 5-9.

Habitat in Rosa, Berberide.

7. Pyralis alis anticis testaceis, litura communi ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 278. *ameriana.*

Phalæna Ameriana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 877. 298.

Habitat in Salice.

8. Pyralis alis anticis fuscis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 279. *fuscana.*

Phalæna fuscana. Linn. Fn. Sv. 1311.

Habitat in Europa.

9. Pyralis alis anticis griseis: lineola media atra albæ adnata. *Fabr. Mantis.* 2. p. 226. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 878. 306. *Hartmanniana.*

Habitat in Europa.

Media, distincta lineola in medio disco atra, cui interne adjacet lineola alba; externe macula fusca.

10. Pyralis alis anticis aureis: fasciis duabus obliquis fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 227. *Pilleriana.*

Habitat in Stachy Germaniæ.

Magna. Alæ anticæ aureae fasciis duabus fuscis. Posticae fuscae.

Variat alis fere totis aureis absque fasciis.

11. Pyralis alis anticis testaceis: fascia obliqua fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2 p. 279. *Xylosteana.*

Phalaena Xylosteana alis superioribus testaceis, cruce communi ferruginea. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 876. 295.
Degeer Ins. 1. tab. 27. fig. 9.10.

Habitat in Lonicera Xylosteo.

ministrana. 12. Pyralis alis anticis testaceis, margine postico rufo, medio litura ferruginea, lineola alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 279.

Phalaena ministrana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 877. 300. *Clerk. Phal.* tab. 2. fig. 12.

Habitat in Europæ hortis.

Udmanniana. 13. Pyralis alis cinereis, macula brunnea communi transversa. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 279.

Phalaena Udmanniana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 880. 322.

Habitat in Rubo Idæo.

Solandrana. 14. Pyralis alis pallidis albo-subfasciatis: macula communi dorsali ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 280.

Phalaena solandriana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 878. 310. *Degeer. Ins.* 1. tab. 28. fig. 29. 30.

Habitat in Betula.

Larva cinerea, nigro-irrorata, capite primoque corporis segmento fuscis.

Zoegana. 15. Pyralis alis flavis, puncto medio lituraque postica ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 280.

Phalaena Zoegana. Linn. Syst. Nas. 2. p. 876. 289. *Clerk. Phal.* tab. 4. fig. 4.

β. *Phalaena hamana* alis superioribus flavis, puncto lituraque postica hamata ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 876. 290.

Habitat in Europa.

cruciana. 16. Pyralis alis ex albido cinereis: postice macula arcuata ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 280.

Phalaena cruciana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 880. 323.

Habitat in Europæ nemoribus.

Kaekeritziana. 17. Pyralis alis flavescentibus: puncto unico ferrugineo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 229. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 876. 291.

Ha-

Habitat in Europæ nemoribus.

Magna, alis anticis pallide flavis, puncto minuto medio ferrugineo. Posticae fuscae.

18. Pyralis alis fusco-griseis nitidis immaculatis: posticis fuscis, margine albicante. *Fabr. Mantis.* 2. p. 229. *Viburniana.*

Habitat in Viburno Lantana.

Magna. Caput et thorax fusca. Alae fusco-griseae, nitidulae, immaculatae: posticae nigricantes, margine albicante.

19. Pyralis alis fuscis, macula communi dorsali rhombea alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 281. *Brunnichana.*

*Phalaena Brunnichana. Linn. Syst. Nat.*2.p.880. 319.

Habitat in Europæ hortis.

20. Pyralis alis luteis, fasciis tribus arcuatis maculaque disci atra, punctis tribus argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 281. *arcuana.*

Phalaena arcuana alis luteis, fasciis tribus arcuatis, macula nigra tripunctata, lineolisque duabus argenteis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.877.296. *Clerk. phal.* tab. 10. fig. 8.

Habitat in Europæ coryletis.

21. Pyralis alis canis, macula marginali ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 282. *Schalleriana.*

Phalaena schalleriana alis canis, macula laterali ferruginea, apicem alæ attingente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 879. 315.

Habitat in Europa.

22. Pyralis alis anticis luteo-ferrugineis, macula marginali trigona alba. *Fabr. Sp. Ins.*2.p.283. *Holmiana.*

*Phalaena Holmiana. Linn. Syst.Nat.*2.p.878.308. *Clerk. phal.* tab. 10. fig. 7.

Ha-

Habitat in Pomonæ arboribus.

Rolandriana. 23. Pyralis alis anticis pallide testaceis: strigis obliquis ferrugineis; posticis duabus coeuntibus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 232.

Phalaena Rolandriana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 878. 309.

Habitat in Veratro albo.

Inter strigas ultimas ad marginem tenuiorem coeuntes macula ferruginea costa.

oporana. 24. Pyralis alis anticis ferrugineis fusco-maculatis reticulatisque. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 283.

Phalaena oporana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 876. 292.

Habitat in Pomonæ arboribus.

Forskahliana. 25. Pyralis alis anticis luteis, ferrugineo-reticulatis, medio litura fuscescente. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 285.

Phalaena Forskahliana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 878. 304.

Clerk. phal. tab. 10. fig. 2.

Habitat in Europæ Rosa.

Alae subtus laete flavae.

Loeflingiana. 26. Pyralis alis anticis flavis, luteo-reticulatis, duplici xx notatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 285.

Phalaena Loeflingiana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 878. 305.

Clerk. phal. tab. 10. fig. 6.

Habitat in Europæ hortis.

Præcedenti affinis, at major et alae subtus fuscae.

Fabriciana. 27. Pyralis alis anticis nigricantibus: anticis pari punctorum albidorum. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 286.

Phalaena Fabriciana. Linn. Syst. Nat. 2. p. 880. 324.

Habitat in Europæ Pruno spinosa.

pariana. 28. Pyralis alis fuscis strigis duabus atris margineque

neque brunneo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 236.

Phalaena pariana alis brunneis, fascia glauca strigaque antica posticaque atris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 880. 320.

Habitat in Europæ hortis.

Magnitudo et statura Pyr. Fabricianae, at puncta alba desunt, vix unum alterumve ad costam.

29. Pyralis alis nebulosis, postice macula rubra aurea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 286. *pomana.*

Phalaena Pomonella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 892. 401.

Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 13.

Reaum. Ins. 2. tab. 40. fig. 9. 10.

Habitat inter Europæ poma.

Larva 16-poda, nuda, rufa: capite nigro.

Pupa folliculata, brunnea.

30. Pyralis alis fuscis, arcu dorsali albo apiceque strigis argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2.p.287. *dorsana.*

Tinea alis nigris, superioribus macula quadrata alba, ex quatuor lineolis albis transversis composita. *Geoffr. Ins.* 2. p. 189. 16.

Habitat in Europæ hortis.

31. Pyralis alis flavescentibus: apice strigis ferrugineis argenteisque; puncto triplici atro; *Fabr. Mantis.* 2. p. 238. *strigana.*

Habitat in Hyperico quadrangulo.

Variat alis fuscis et flavescentibus; semper tamen strigis punctisque apicis.

32. Pyralis alis anticis fuscis, apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 287. *cynosbana.*

*Phalæna cynosbatella. Linn. Syst.Nat.*2.p.887.368.

Degeer. Ins. 1. tab. 34. fig. 4. 5.

Habitat in Rosæ gemmis.

Larva

Larva 16-poda, utrinque attenuata, ferruginea, capite nigro.

Pupa folliculata, brunnea.

Ala terminatur puncto atro.

resinana. 33. Pyralis alis fuscis argenteo-subfasciatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 288.

Phalaena resinella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 892. 406.
Degeer. Ins. 1. tab. 33. fig. 12. 13.
Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 16.

Habitat intra Resinæ glomerem exsudantem e vulnere ramorum Pini.

Larva 16-poda, nuda, lutea, capite brunneo.

Pupa folliculata, fusca.

Heracliana. 34. Pyralis alis depressis griseis, anticis subtus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 288.

Phalæna Heracliana elinguis recurvicornis, alis griseis, puncto fusco, thorace flavo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 880. 326.
Reaum. Ins. 2. tab. 6. fig. 1-4.
Degeer. Ins. 1. tab. 29. fig. 6. 7.

Habitat in umbellis plantarum umbelliferarum, in primis Heraclii, contortis destructisque floribus caules ex alis foliorum penetrans. *Linn.*

Larva viridis, nigro-punctata, lineis dorsalibus tribus obscurioribus.

155. TINEA *Geoffr. Fabr.*
Phalænæ *Sp. Linn.*

Palpi quatuor, inæquales:
anteriores porrecti cylindrici; sub ore inserti:
posteriores breviores, bifidi, utrinque basi linguæ inserti.

Lingua spiralis, exserta, membranacea, inter palpos posteriores inserta.

Cly-

Clypeus brevis, corneus, rotundatus, linguæ basin tegens.

Antennæ setaceæ.

Larva XVI-poda, agilis, intra cucullum sæpius latens.

Pupa quiescens, subcylindrica, antice acuminata.

Larvæ victus e foliis plantarum, rebus culinariis, vestimentis, pellibus, aliisque.

Frons prominula, alæque convolutæ fere in cylindrum habitum hujus specierum præseferunt.

1. Tinea alis griseis, postice emarginatis, dorso canaliculato fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 289. *cerella.*

Phalaena cereana alis griseis, area dorsali complanata exasperato-carinatis, scutelli apice albo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 874. 282.
Reaum. Ins. 3. tab. 19. fig. 14. 15.

Habitat in Apum alvearibus, ceram depascens.

2. Tinea alis oblongis cinereis antice albidis, postice pallidis, striga undata nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 289. *sociella.*

Phalaena sociella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 883. 345.
Clerk. phal. tab. 3. fig. 11.

Habitat in Apis lapidariæ favis.

3. Tinea alis anticis niveis, punctis 50-nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 290. *evonymella.*

Phalaena evonymella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 885. 350.

Tinea alis superioribus albis, punctis nigris, inferioribus fuscis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 183. 4.
Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 8.
Reaum. Ins. 2. tab. 13. fig. 12. 13.

Habitat in Evonymo, Pado, Sorbo.

Larva gregaria, nuda, flava, nigro-punctata, sub tentorio communi.

Pupa

Pupa folliculata, brunnea.

padella. 4. Tinea alis anticis plumbeis, punctis 20. nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 290.

Phalaena padella. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 885. 351.
Reaum. Ins. 2. tab. 12. fig. 5-9.
Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 7.

Habitat in Pomonæ arboribus.

Larva gregaria, nuda, grisea, segmentis utrinque puncto atro, sub tentorio communi.

Pupa folliculata, flavicans.

linetella. 5. Tinea alis albidis fusco-lineatis, apice strigis duabus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 291.

Habitat in Italia.

Palpi valde porrecti. Margo posticus ciliaris.

lutarella. 6. Tinea alis supra luteis immaculatis: anticis subtus limbo fusco. *Fabr. Mantis.* 2. p. 242. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 886. 355.

Habitat in Europæ Pino.

Larva pilosa cærulescens nigro-punctata, fasciisque abbreviatis flavis albisque.

Variat interdum margine alae posticae aut supra aut utrinque fusco.

mesomella. 7. Tinea alis anticis pallidis, margine flavo, punctisque duobus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 292.

Phalaena mesomella. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 886. 356.
Clerk. phal. tab. 4. fig. 14.

Habitat in Europæ gramine.

Punctum parvum ad marginem exteriorem, et alterum ad marginem interiorem oppositum.

guttella. 8. Tinea alis atris: anticis punctis albis numerosis. *Fabr. Sp. Ins. App.* 509.

Habitat in Europæ Sedo acri.

Antennae pectinatae.

9. Ti-

9. Tinea alis fusco-nebulosis, striga albida margineque postico albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 292. *Oxyacantheila.*

Phalaena oxyacanthella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 886. 357.

Habitat in Cratægo Oxyacantha.

10. Tinea alis anticis flavis, maculis duabus albissimis, anteriore oblonga, posteriore ovata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 292. *Pinetella.*

Phalaena Pinetella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 886. 358. *Clerk. phal.* tab. 4. fig. 15.

Habitat in Europæ Pinetis.

11. Tinea alis anticis cinereis, linea albissima, postice ramosa, apice striis obliquis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 292. *pratella.*

Phalaena pratella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 886. 360. *Clerk. phal.* tab. 3. fig. 14.

Habitat in Europæ pratis graminosis.

12. Tinea alis cinereis, linea albissima, margine postico nigro-punctato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 292. *pascuella.*

Phalaena pascuella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 886. 359.

Habitat in Europæ pascuis.

13. Tinea alis cinereis, linea unica albissima abbreviata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 293. *culmella.*

Phalaena culmella alis superioribus albidis: excavato-striatis: punctis nigris septem ciliisque nitentibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 886. 361. *Reaum. Ins.* 1. tab. 17. fig. 13. 14.

Habitat in Europæ graminosis frequens.

14. Tinea argentea, antennis fusco-anulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 293. *argentella.*

Phalaena argentella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 895. 421.

Habitat in Rubo, Urtica.

Larva gregaria, glabra, fusca.

Pupa brunnea, folliculata, folliculo niveo.

carnella. 15 Tinea alis anticis flavis, lateribus sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 293.

Phalaena carnella. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 887. 363. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 23. fig. 12.

Habitat in Germaniæ pratis.

salicella. 16. Tinea alis cærulescenti-cinereis, latere dorsali punctis albis, thorace cristato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 294.

Phalæna salicella. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 887. 367. *Roesel. Ins.* 1. *Pap.* 4. tab. 9.

Habitat in Europæ Salice.

Larva nuda, 16-poda, fascia albo-punctata.

Pupa antice nigra, postice brunnea.

pusiella. 17. Tinea alis cærulescenti-cinereis: punctis, vitta media maculisque rhombeis contiguis atris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 245.

Phalaena pusiella alis superioribus albis: punctis lineaque communi longitudinali dentata atra; inferioribus nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 884. 347.

Habitat in Europa.

foenella. 18. Tinea alis fuscis, maculis albissimis, anteriore falcata, posteriori reniformi. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 294.

Phalaena foenella. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 888. 369. *Clerk. phal.* tab. 2. fig. 13.

Habitat in Europæ plantis.

cratægella. 19. Tinea alis anticis albidis: fasciis duabus tertiaque terminali nigricantibus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 245. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 885. 353.

Habitat in Europæ Cratægo.

Magnitudo Tin. tapezellae.

tapezella. 20. Tinea alis nigris, postice albis, capite niveo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 295.

Pha-

Phalaena tapezella. *Linn. Syst.Nat.*2. p.888.371. *Reaum. Ins.* 3. tab. 20. fig. 2-4.

ß. *Tinea* fusca, capite fusco, alis pone albidis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 188. 14.

Habitat in Europæ tapetibus, pellibus, intra cylindros meatus rodens.

21. Tinea alis canis, medio puncto nigro, capite griseo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 295. *pellionella.*

Phalaena pellionella. *Linn. Syst. Nat.*2.p.888.372. *Roesel. Ins.* 1. *Pap.* 4. tab. 17.

Habitat in Europæ vestimentis pilosis.

Larva albicans linea dorsali rubra intra cucullum latitans.

Pupa flavescens.

22. Tinea alis cinereis, costa alba, apicibus adscendentibus plumosis. *Fabr. Sp. Ins.*2. p.295. *vestianella*

Phalaena vestianella. *Linn. Syst. Nat.*2.p.888.370.

Habitat in vestimentis, quæ misere destruit.

23. Tinea alis cinereis, thorace utrinque puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 295. *sarcitella.*

Phalaena sarcitella. *Linn. Syst.Nat.*2.p.888.373. *Roesel. Ins.* 1. *Pap.* 4. tab. 15.

Habitat in vestimentis, pellibus, intra cucullum latens.

24. Tinea alis canis postice purpurascentibus, striga alba, scutello nigro, apice candido. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 296. *mellonella.*

Phalaena mellonella. *Linn. Syst. Nat.*2.p.888.375. *Roesel. Ins.* 3. tab. 41.

Habitat in Apum alvearibus, angiportus favos penetrantes struens.

Larva nuda, 16-poda, grisea, capite brunneo.

Pupa folliculata, brunnea.

cucullatella. 25. Tinea alis argenteis, arcu dorsali fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 296.
Phalaena cucullatella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 889. 376. *Roesel. Ins.* 1. *Pap.* 4. tab. 11.
Habitat in Europæ Sorbo intra folliculum conicum pilosum.
Larva pilosa, 14-poda, fusca, dorso albo-maculato.
Pupa folliculata, obtusa, fusca.

tessella. 26. Tinea alis nigris, fasciis duabus albis remotissimis tessellatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 296.
Phalaena tessella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 889. 381.
Habitat in Europa.

bicostella. 27. Tinea alis cinereis, vitta fusca, palpis porrectis, antennis pilosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 297.
Phalaena bicostella alis lanceolatis, cinereo-albidis, costa longitudinali fusca, margine niveo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 890. 387.
Clerk. phal. tab. 3. fig. 15.
Habitat in Europæ hortis.

parenthesella. 28. Tinea alis anticis testaceis, linea longitudinali alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 297.
Phalæna parenthesella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 890 384.
Habitat in Europa.

punctella. 29. Tinea alis anticis linearibus testaceis, punctis quatuor fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 297.
Phalaena punctella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 890. 386.
Habitat in Europæ pomariis, sedens apicibus alarum innititur.

cinctella. 30. Tinea alis nigris, anticis striga argentea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 298.
Phalaena cinctella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 891. 390.
Habitat in Europæ fruticibus.

Se-

Sedens sese circumgyrat saepius circa idem punctum.

31. Tinea alis nigricantibus, fasciis duabus, posteriore obsoletiore, capiteque albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 298. *L.*

Phalæna leucatella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 891. 391.

Habitat in Europa.

32. Tinea grisea nigro-punctata, alis pallido-fasciatis: punctis trium parium fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 298. *dodecella.*

Phalaena dodecella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 892. 404. *Degeer. Ins.* 1. tab. 22. fig. 22. 23.

Habitat intra Pini turiones.

Larva 16-poda, lævis, ferruginea.

Pupa folliculata, conica, ferruginea.

Imago palpis reflexis corniformibus.

33. Tinea alis fuscis: atomis albidis numerosis irroratis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 248. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 892. 405. *Cembrella.*

Habitat in Europæ Pino sylvestri.

34. Tinea alis fusco-cinereis, punctis duobus dorsalibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 299. *fuscella.*

Phalaena fuscella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 893. 409.

Habitat in Europæ plantis, etiam in domibus.

35. Tinea alis fusco-cinereis nitidulis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 299. *cinerella.*

Phalaena cinerella alis fusco cinereis immaculatis, nitidulis, palpis corniformibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 891. 392.

Habitat in Europæ plantis.

36. Tinea alis nigris, macula baseos fasciaque media interrupta sulphureis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 299. *bractella.*

Phalaena bractella alis nigris, macula marginali anticeque luteo-aureis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 894. 415.

Clerk. Phal. tab. 12. fig. 4.

Habitat in Europæ plantis.

Antennæ nigræ ante apicem albæ.

trigonella. 37. Tinea alis fuscis, macula communi dorsali duplici alba trigona. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 299.

Phalæna trigonella. Linn. Syst. Nat. p. 891. 393.

Habitat in Europæ plantis.

gemmella. 38. Tinea alis nigro, albo, argenteoque nebulosis, capite albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 299.

Phalæna gemmella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 894. 414. *Clerk. phal.* tab. 10. fig. 10.

Habitat intra Quercus folia, subcutanea.

minutella. 39. Tinea alis atris, maculis duabus, ferrugineis suboppositis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 300.

Phalaena minutella alis nigricantibus, maculis transversis ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 893. 410.

Habitat in Europæ hortis.

Maculæ duæ marginales fere oppositæ flavæ in medio alæ. Caput hirtum, ferrugineum.

Petiverella. 40. Tinea alis subgriseis, linea dorsali flava apiceque punctis tribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 300.

Phalaena Petiverella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 895. 423. *Clerk. phal.* tab. 12. fig. 11.

Habitat in Europæ floribus.

Listerella. 41. Tinea antennis mediocribus albo-anulatis, alis griseo-fuscis: punctis apicis nigris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 250. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 896. 432.

Habitat in Europa.

Alæ anticæ griseo fuscæ. Puncta aliquot nigra ad marginem posticum.

Geoffroyella. 42. Tinea alis flavescentibus argenteo-striatis, ma-

maculis duabus sulphureis marginalibus, antennis mediocribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 301.
Phalaena Geoffroyella. *Linn.Syst.Nat.*2.p.896.430.
Habitat in Europa australi.

43. Tinea alis auratis, fasciis duabus punctisque tribus argenteis. *Fabr. Sp. Ins.*2. p. 302. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 897. 436. *Goedartella*.
Clerk. phal. tab. 12. fig. 14.
Habitat in Alnetis, in Betulæ gemmis.

44. Tinea alis nigris, fasciis tribus argenteis transverse divaricatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 302. *Merianella*.
Phalaena merianella. *Linn.Syst.Nat.* 2.p.897.438.
Tinea nigro-aurata lineis argenteis transversis tribus, antennis extremo albis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 198. 43.
Reaum. Ins. 1. tab. 17. fig. 12.
Habitat in Europæ Pruno, Pado.

45. Tinea alis nigris, fasciis quatuor argenteis arcuatis; secunda recta. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 302. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 897. 439. *Wilchella*.
Tinea nigro-aurata, lineis argenteis transversis quatuor, antennis nigris. *Geoffr.Ins.*2.p.199.43.β.
Reaum. Ins. 3. tab. 4. fig. 8.
Habitat in Europæ Ulmo.

46. Tinea alis flavis, fasciis quatuor argenteis, tertia superne bifida. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 302. *Lyonetella*.
Phalaena Lyonetella. *Linn.Syst.Nat.*2.p.897.440.
Habitat in Europæ nemoribus.
Fascia ultima marginalis.

47. Tinea alis albis, lineolis duabus argenteis posticeque undatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 303. *Bonnetella*.
Phalaena Bonnetella. *Linn. Syst.Nat.*2.p.897.441.
Habitat in Europæ populetis.

Schæfferella. 48. Tinea alis nigris, disco aureo, striga lineis duabus posticis, punctisque tribus argenteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 303.
Phalæna schaefferella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 898. 443.
Habitat in Fagi foliis subcutanea.
Caput argenteo-nitidum.

Scopolella. 49. Tinea alis nigris: punctis albis sparsis, antennis albo-anulatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 251. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 896. 434.
Habitat in Europæ hortis.
Alae nigrae punctis albis.

Roesella. 50. Tinea alis nigro-auratis, punctis novem argenteis convexis submarginalibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 303.
Phalaena Roesella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 898. 445. *Degeer. Ins.* 1. tab. 30. fig. 10-12.
Habitat in Mali foliis subcutanea, nitidissima.
Larva 14 poda flava, capite testaceo.
Pupa nuda, oblonga, brunnea.

Leuvenhœkella. 51. Tinea alis auratis: striga baseos punctisque quatuor oppositis argenteis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 252.
Tinea Leuvenhœkella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 897. 437.
Habitat in Europæ hortis.
Parva. Antennæ nigræ ante apicem albae. Apex alae nigricans.

Linneella. 52. Tinea alis fusco-auratis, punctis quatuor argenteis elevatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 304.
Tinea flavo-aurata, punctis quatuor argenteis, antennarumque apice albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 200 45.
Phalæna Linneella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 898. 446.

Clerk.

Clerk. phal. tab. 12. fig. 8.

Habitat in Pomonæ arboribus.

53. Tinea alis auratis: maculis septem argenteis; secunda tertiaque connatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 304. *Rajella.*

Phalaena Rajella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 898. 447. *Degeer. Ins.* 1. tab. 31. fig. 11. 12.

Habitat in Alni foliis subcutanea.

Larva pallida, capite utrinque puncto testaceo.

Pupa oblonga mucrone dentato intra folliculum extus excrementis tectum.

54. Tinea alis aureo-argenteis, apice obtuso ustulato subocellato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 305. *Harrisella.*

Phalæna Harrisella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 899. 449.

Habitat in Europa.

55. Tinea alis argenteis, postice subcaudatis, fusco-striatis, punctoque atro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 305. *Clerkella.*

Phalaena Clerkella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 899. 450.

Habitat in Europæ nemoribus.

56. Tinea alis albidis: striis longitudinalibus variis strigisque duabus fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 886. 362. *Cyrill. Spec. Ent. Neap.* tab. 1. fig. 7. *rorella.*

Habitat in Italia, et apud nos circa lacum Agnani.

Palpi setacei thorace longiores. Alae anticae strigis duabus fuscis; altera in medio repanda: altera posteriore rectiuscula; striis insuper variis longitudinalibus. Margo posticus ciliis argenteis.

156. ALUCITA *Fabr.*
Phalænæ *Sp. Linn.*
Tineæ *Sp. Geoffr.*

Palpi duo reflexi, porrecti, cylindrici, nudi ad medium usque bifidi: lacinia interiori acutissima.
Lingua spiralis, porrecta ad basin palporum inserta.
Clypeus porrectus, rotundatus, basin linguæ tegens.
Antennae setaceæ.
Larva XVI-poda, agilis, sæpius intra cucullum latens.
Pupa quiescens, subcylindrica, antice acuminata.
Victus larvæ e foliis plantarum.

xylostella. 1. Alucita alis cinereo fuscis, vitta dorsali communi sinuata alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 306.
Phalæna Xylostella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 890. 389.
Tinea cinerea, dorso vitta longitudinali alba. *Geoffr. Ins.* 2. p. 195. 35.
Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 10.
Habitat in Lonicera Xylosteo, Cheiranthi floribus.

ephippella. 2. Alucita alis pallide auratis, vitta dorsali nivea, fascia aurea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 306.
Habitat in Europæ hortis.

flavella. 3. Alucita alis fusco aureis: vitta abbreviata maculaque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 307.
Habitat in ligno antiquo Quercus.
Vitta alæ anticae ad marginem interiorem.
Larvae tres annos ante metamorphosin vivunt.

granella. 4. Alucita alis albo nigroque variis, capite niveo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 307.
Phalæna granella. Linn Syst. Nat 2 p. 889. 377.
Tinea tota fusco nebulosa, capite albido. *Geoffr. Ins.* 2. p. 186. 11.

Roesel.

Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 12.

Habitat in frumentorum granariis semina rodens, glomeransque, hieme parietes adscendens.

Larva 16-poda, nuda alba, capite brunneo.

Pupa folliculata, attenuata, brunnea.

5. Alucita alis pallidis: puncto nigro, apice adscendentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 308. *Lappella.*

Phalaena Lappella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 889. 378. *Clerk. phal.* tab. 11. fig. 15.

Habitat in Arctii capitulis intra semina.

6. Alucita alis anticis albidis; maculis duabus communibus nigricantibus, apice emarginatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 255. *asperella.*

Phalaena asperella alis albidis: macula communi fusca, apicibus nigro-punctatis retusis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 891. 397.

Habitat in Europa.

Media. Alae anticae albidae apice late emarginata emarginatura fusca. In medio dorsi maculae duae communes fuscae. Posticae cinereae.

7. Alucita alis subcaudatis testaceis, linea postica fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 308. *caudella.*

Phalaena caudella alis testaceis; caudali linea fusca, palpis porrectis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 894. 417.

Habitat in Europa australiori.

8. Alucita antennis longissimis albis, alis fuscis, angulo ani albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 308. *Robertella.*

Phalaena Robertella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 896. 429.

Habitat in Europæ Pomona.

9. Alucita alis atro aureis, fascia flava, antennis longis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 309. *Degeerella.*

Phalana Degeerella. Linn. Syst. Nat. 2. p. 895. 426.

Degeer.

Degeer. Ins. 1. tab. 32. fig. 13.

Habitat apud nos frequens.

Variat antennis longitudine corporis, et triplo longioribus.

Podaella. 10. Alucita antennis mediocribus alis nigris, fascia alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 309.

Phalena podaella. Linn. Syst. Nat. 2. p.896.428.

Habitat in Europa.

Sulzella. 11. Alucita antennis longioribus nigro-aureis: fascia aurea. *Fabr. Mantis.* 2. p. 257. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 896. 427.

Habitat in Europa.

Aluc. Degeerellae affinis. Antennæ maris usque ad basin incrassatae mediocres: feminae longissimae.

Reaumurella. 12. Alucita alis nigris extrorsum deauratis, antennis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.309.

Phalaena Reumurella. Linn. Syst. Nat. 2. p.895.425.

Habitat in Salice.

157. PTEROPHORUS *Geoffr. Degeer. Fabr.*

Phalænæ *Sp. Linn.*

Palpi duo reflexi, tenuissimi, nudi, apice subulati, acuti.

Lingua spiralis, exserta, membranacea: supra palporum basin inserta.

Clypeus porrectus, membranaceus, truncatus, linguæ basin tegens.

Antennae setaceæ.

Larva XVI-poda, agilis, ovata, pilosa.

Pupa quiescens, nuda, subcylindrica, apice subulata.

Victus

Victus larvæ e foliis plantarum : imaginis vix ullus.

Singularis alarum structura Genus distinguit. Fissæ enim sunt, et quasi digitatæ.

1. Pterophorus alis patentibus linearibus indivisis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 310. *monodactylus.*

Phalaena monodactyla. Linn. Syst. Nat. 2. p. 899. 453. *Reaum. Ins.* 1. tab. 20. fig. 12-16.

Habitat in Europæ hortis.

2. Pterophorus alis fissis fuscis, strigis albis; anticis bifidis, posticis tripartitis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 310. *didactylus.*

Pterophorus fuscus, alis superioribus apice bipartitis, inferioribus tripartitis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 92. 2.

Phalaena didactyla. Linn. Syst. Nat. 2. p. 899. 454.

Habitat in Convolvulo.

Larva 16-poda, viridis, fasciculato-pilosa.

Pupa elongata lineis duabus dorsalibus tuberculorum quadrispinosorum.

3. Pterophorus alis fissis pallidis, lineis albis: anticis bifidis, posticis tripartitis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 311. *tridactylus.*

Phalaena tridactyla. Linn. Syst. Nat. 2. p. 899. 455.

Habitat in Europæ hortis.

4. Pterophorus alis patentibus fissis, cinereo-nebulosis, posticis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 311. *tesseradactylus.*

Phalaena tesseradactyla. Linn. Syst. Nat. 2. p. 900. 456.

Habitat in Europæ pratis.

5. Pterophorus alis patentibus fissis testaceis, puncto fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 311. *pterodactylus.*

Phalaena pterodactyla. Linn. Syst. Nat. 2. p. 900. 458.

Habitat in Europæ Convolvulo.

Larva subpilosa cærulea, linea dorsali purpurea.

6. Pte-

pentadactylus. tab. 8. fig. 8.

6. Pterophorus alis niveis, anticis bifidis, posticis tripartitis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 311. *Geoffr. Ins.* 2. p. 91. 1. tab. 11. fig. 6.

Phalaena pentadactyla alis patentibus fissis quinquepartitis niveis, digito quinto distincto. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 900. 459.

Roesel. Ins. 1. *Pap.* 4. tab. 5.

Habitat in Europa frequens.

Larva 16-poda pilosa, viridis nigro-punctata, lineaque dorsali alba.

Pupa pilosa, viridis, nigro-punctata.

hexadactylus.

7. Pterophorus alis fissis cinereis, singulis sexpartitis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 312.

Pterophorus cinereus, fusco maculatus, alis superioribus octopartitis, inferioribus quadripartitis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 92. 3.

Phalaena hexadactyla. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 900. 460. *Reaum. Ins.* 1. tab. 19. fig. 19-21.

Habitat in Lonicera Xylosteo.

CLASSIS

CLASSIS VII.

RYNGOTA.

OS rostro ; vagina articulata :

Os rostratum absque maxillis, mandibulis, palpisque.

Rostrum inflexum, cylindricum ; vagina univalvi, articulata, obtusa, setisque plerumque tribus, filiformibus, æqualibus, acutis.

Labium porrectum, corneum, acutum, rigidum, rostri basin superne tegens.

Antennae breves, sæpius filiformes, tenuissimæ.

Pleraque Insecta hemiptera Linnæi hæc Classis includit, excepto Pulice, in quo characteres propriam classem constituentes deprehenduntur, solumque rostrum in causa fuit, cur in hac admisisset Cl. Fabricius. Degeerus propriam Classem Pulici assignat, nec improprie, estque undecima *Suctoria* dicta.

158. FULGORA *Linn. Fabr.*

Cicadæ *Sp. Degeer.*

Rostrum elongatum inflexum, filiforme, obtusum : constans *vagina* univalvi, cornea, cylindrica : *setis* tribus intra vaginam retractilibus, acutis.

Labium porrectum, corneum, superne rostrum tegens.

Anten-

Antennae breves, crassæ, in capitis fovea recondendæ, capitatæ.

Stipes anulatus, retractilis, basin capituli vaginans.

Capitulum oblongum, apice excavato retusum, seta filiformi longitudine antennarum.

Larva hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, aptera.

Pupa larvæ simillima, at rudimentis alarum.

Victus e succo plantarum, quem rostro haurit.

Rostrum inflexum. Antennæ capitatæ. Frons producta, inanis.

europaea. tab. 9. fig. 1. 1. Fulgora fronte conica, corpore viridi, alis hyalinis reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 315. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 704. 9.
Sulzers. Hist. Ins. tab. 9. fig. 5.

Apud nos frequens.

Caput et thorax lineis tribus elevatis: subtus vero quinque. Tibiae posticae serratae. Plantae rufae.

159 MEMBRACIS *Fabr.*

Cicadæ *Sp. Linn.*

Rostrum inflexum, obtusum: constans *vagina* porrecta, univalvi superne canaliculata, triarticulata, sub setis inserta: *setis* tribus, æqualibus, conniventibus, subulatis intra vaginam.

Labium elongatum, corneum, apice membranaceum, subulatum, setarum basin tegens.

Antennæ tenuissimæ, breves, subulatæ, fronti insertæ.

Larva hexapoda, currens, imagini simillima, aptera.

Pupa

Pupa larvæ simillima, alarum rudimentis.

Victus omnium e succo plantarum.

Thorax gibbus, postice attenuato-productus, abdomen adæquans.

1. Membracis thorace biaurito, capitis clypeo antrorsum dilatato, rotundato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 317. *aurita*.

Cicada aurita. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 706. 7. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 9. fig. 7.

Habitat in Quercu, Corylo.

2. Membracis thorace bicorni nigro, postice subulato longitudine abdominis, alis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 317. *cornuta*. tab. 9. fig. 2.

Cicada cornuta. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 705. 6. *Degeer. Ins.* 3. tab. 11. fig. 22. 23.

Habitat in Carduis, Salicibus.

3. Membracis thorace inermi fusco, postice producto, abdomine dimidio breviore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 318. *Genistæ*.

Cicada thorace inermi pone producto. *Geoffr. Ins.* 1. p. 424. 19.

Habitat in Genista tinctoria.

160. TETTIGONIA *Fabr.*

Cicadæ *Sp. Linn.*

Rostrum porrectum, inflexum: constans *vagina* convoluta, univalvi, biarticulata, setas continente, sub capitis apice inserta: *setis* tribus æqualibus, apice subulatis, capitis apici insertis.

Labium breve, membranaceum, basin setarum tegens.

Antennæ setaceæ, fronti insertæ.

Larva hexapoda, currens, aptera, imagini simillima.
Pupa larvæ simillima, alarum rudimentis.
Victus e succo plantarum, quem rostro haurit.
Antennæ subulatæ. Alæ deflexæ. Laminæ ad femora postica.

Huc reducuntur Cicadæ manniferæ, non saltantes *Linn.*

hæmatodes. 1. Tettigonia nigra immaculata, abdominis incisuris sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 320.
Cicada hæmatodes. Linn. Syst. Nat. 2. p. 707. 14.
Habitat in Europa australi.
Corpus medium, gibbosum. Thorax immaculatus. Alæ hyalinæ. Abdomen supra nigrum, incisuris margine coccineis, subtus testaceum. Femora testacea, nigro-striata; antica crassa, subtus aculeis tribus.

plebeja. tab. 9. fig. 3. 2. Tettigonia scutelli apice bidentato, elytris anastomosibus quatuor, lineisque sex ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 707. 15. *Scop. Ent. Carn.* 345.
Aldrov. Ins. 307.
Matthiol. in Diosc. 264.
In nostro Regno vulgatissima.
Maxima. Scutelli basis notata maculis duabus nigris. Alæ superiores in disco anastomosibus quatuor notatæ, productis a nervis, postice in lineas sex excurrentibus. Femora antica crassiora, bidentata.

Orni. tab. 9. fig. 4. 3. Tettigonia nigra flavo-maculata, alis albis, basi flavis, maculis duabus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 320.
Cicada orni elytris intra marginem tenuiorem punctis sex concatenatis, anastomosibusque interiori-

rioribus fuscis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 707. 16. *Scop. Ent. Carn.* 346.
Roesel. Ins. 1. *Gryll.* tab. 25.
Cum præcedenti in nostro Regno frequens.

4. Tettigonia violacea, alis apice fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 322. *violacea.*
Cicada violacea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 708. 21.
Habitat in Europa australi.
Femora antica dentibus tribus armata.

161. CICADA *Linn. Fabr. Degeer.*

Rostrum breve, inflexum: constans *vagina* brevissima, univalvi, membranacea, triarticulata, sub setarum basi inserta: *setis* tribus porrectis, subulatis, vagina longioribus, inæqualibus, supra basin vaginæ insertis.
Labium porrectum, membranaceum, basin setarum superne tegens.
Antennæ tenuissimæ, subulatæ sub oculis insertæ.
Larva hexapoda, currens, aptera, imagini simillima.
Pupa larvæ simillima, sed alarum rudimentis.
Victus omnium e succo plantarum.
Rostrum inflexum. Pedes postici saltatorii. Alæ deflexæ.

1. Cicada flava, vitta ferruginea longitudinali duplici repando-dentata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 324. *vittata.*
Linn. Syst. Nat. 2. p. 710. 36.
Habitat in Europæ hortis.

2. Cicada nigra, elytris latere albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 324. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 709. 29. *lateralis.*
Habitat in Europæ pratis.

3. Cicada nigra, oculis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 325. *leucophthalma.*

p. 325. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 709. 26.
Habitat in Europæ plantis.

leuco-cephala. 4. Cicada nigra capite thoracisque basi flavescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 325. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 709. 28.

interrupta. 5. Cicada elytris flavis, linea nigra duplici interrupta longitudinali. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 325. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 710. 35.
Degeer. Ins. 3. tab. 12. fig. 6.
Habitat in Europæ plantis frequens.

flavicollis. 6. Cicada nigra, capitis margine postico thoraceque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 325. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 709. 33.
Habitat in Europæ graminibus.

viridis. 7. Cicada elytris viridibus, capite flavo, punctis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 326. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 711. 46.
Habitat in Europæ plantis.
Variat rarius elytris cærulescentibus.

lanio. 8. Cicada viridis, capite thoraceque carneis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 326. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 710. 37.
Habitat in Europæ plantis.

turca. 9. Cicada atra, abdomine flavo, alis apice fuscis, lunula hyalina. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 326.
Habitat in Europæ plantis.

nervosa. 10. Cicada alis fuscis, nervis albo nigroque punctatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 327.
Cicada nervosa fusca, alis hyalinis fusco-maculatis, nervis punctatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 709. 25.
Habitat in Europæ plantis.
Variat elytris fascia media fusca.

punctata. 11. Cicada elytris flavescentibus fusco-punctatis, *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 327.

Cica-

Cicada fusco-pallida, elytris membranaceis venosis, scutello macula duplici triangulari. *Geoffr. Ins.* 1. p. 417. 4.
Habitat in Europæ nemoribus.

12. Cicada flava, alis albis apice fusco-striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 327. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 712. 50.
Habitat in Rosæ foliis.

13. Cicada grisea, elytris punctis apiceque fuscis, alis albis apice fuscis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 272.
Habitat in Europa.

Statura et magnitudo Cic. Rosæ. Caput et thorax griseo immaculata. Elytra grisea fusco-maculata, apiceque fusca nervis albo nigroque punctatis. Alæ albæ immaculatæ apice fuscescentes. Abdomen atrum corniculo parvo inflexo, caudaque bifida sub ano inserta. Pedes flavi.

14. Cicada flava, elytris fulvo-pictis, maculis quatuor nigris posticeque auratis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 328. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 711. 48.
Habitat in Europæ plantis.

15. Cicada alis viridi-luteis; apicibus nigricantibus inauratis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 711. 49.
Habitat in Europæ Ulmis.

16. Cicada flavescens, elytris sanguineo apice fusco-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 328.
Habitat in Europæ Quercu.

162. CERCOPIS *Fabr.*
Cicadæ *Sp. Linn.*

Rostrum inflexum: constans *vagina* porrecta, univalvi, triarticulata, sub setarum basi inserta: *setis* tribus subulatis, in vaginæ dorso latentibus, sub capitis apice insertis.

Labium abbreviatum, membranaceum, truncatum emarginatum, basin setarum tegens.

Antennæ subulatæ, tenuissimæ sub oculis insertæ.

Larva hexapoda, currens agilis, aptera, imagini simillima.

Pupa larvæ simillima, alarum tantum rudimentis.

Victus omnium e succo plantarum.

sanguinolenta. 1. Cercopis atra, elytris maculis duabus fasciaque sanguineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 329.

tab. 9. fig. 5. *Cicada sanguinolenta*. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 708. 22.

Cicada nigra, elytris maculis sex rubris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 418. 6. tab. 8. fig. 5.

Habitat in Europæ plantis.

spumaria. 2. Cercopis fusca, elytris maculis binis albis lateralibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 329.

Cicada spumaria. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 708. 24.

Cicada fusca, elytris fascia duplici albida interrupta transversa. *Geoffr. Ins.* 1. p. 415. 2.

Degeer. Ins. 3. tab. 11. fig. 1-21.

Roes. Ins. 2. *Gryll.* tab. 23.

Habitat in Europæ plantis variis, latitans intra spumam.

lineata. 3. Cercopis flavescens, coleoptris striis tribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 330.

Habitat in Germania.

Media. *Elytra flava stria longitudinali suturaque nigris*.

coleoptrata. 4. Cercopis elytris totis coriaceis, alas obtegentibus, griseis fusco irroratis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 330.

Habitat in Germaniæ plantis.

Media. *Elytra lata, coriacea, grisea atomis plurimis, punctisque distinctis fuscis*.

rustica. 5. Cercopis grisea immaculata, alis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 330.

Ha-

Habitat in Europæ plantis.

6. Cercopis cinerea, elytris fascia obliqua fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 330. *unifasciata.*

Habitat in Italia.

Corpus cinereum fascia elytrorum obliqua fusca pone medium. Abdomen supra atrum.

7. Cercopis flavescens, elytris fuscis, fasciis duabus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 330. *bifasciata.*

Cicada bifasciata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 706. 10.

Cicada trifasciata nigro-fusca, fasciis tribus transversis, albis, capite subtus flavo. *Degeer. Ins.* 3. p. 186. 6. tab. 11. fig. 25.

Habitat in Europæ plantis.

8. Cercopis nebulosa, vertice punctis duobus abdomineque basi atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 331. *Populi.*

Cicada Populi subtus flavescens, fronte punctis duobus nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 709. 32.

Habitat in Europæ plantis.

163. NOTONECTA *Linn. Geoffr. Fabr.* Nepæ *Sp. Degeer.*

Rostrum arcuatum, inflexum, constans *vagina* porrecta, cornea, univalvi, triarticulata, setas continente: *setis* tribus setaceis, subulatis, inæqualibus, ad basin vaginæ insertis.

Labium rigidum, conicum, elongatum, subulatum, rostri basin tegens.

Antennae breves, sub oculis insertæ.

Larva hexapoda, agilis, natans, aptera, imagini simillima.

Pupa larvæ simillima, alarum rudimentis.

Victus omnium e succo animalculorum aquatilium.

Rostrum inflexum. Pedes postici natatorii (ciliati Linn.)

glauca. 1. Notonecta elytris griseis: margine fusco-punctato, apice bifidis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 331. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 712. 1.

Notonecta capite luteo, elytris fusco croceoque variegatis, scutello atro. *Geoffr. Ins.* 1. p. 476. 1. tab. 9. fig. 6.

Roes. Ins. 3. tab. 27.

Habitat in Europæ aquis, piscibus molesta.

minutissima. 2. Notonecta grisea, capite fusco, elytris truncatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 332. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 713. 3.

Notonecta cinerea anelytra. *Geoffr. Ins.* 1. p. 477. 2.

Habitat in Europæ aquis.

Larvae Not. glaucae simillima, at perfecta.

164. SIGARA *Fabr.*

Notonectæ *Sp. Linn.*

Corixa *Geoffr.*

Os porrectum, corneum, rostro brevi subinflexo: constans *vagina* univalvi, subarcuata, conica, cornea, lateribus spinosa, transversim striata, totum os obtegente: *setis* tribus setaceis, subulatis, distantibus, inæqualibus, sub capitis apice insertis.

Labium nullum.

Antennæ brevissimæ, filiformes, sub oculis insertæ.

Larva hexapoda, agilis, natans, aptera, imagini simillima.

Pupa imagini simillima, alarum rudimentis.

Victus e rapina animalculorum aquaticorum.

striata. 1. Sigara elytris pallidis: lineolis transversis undulatis numerosissimis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 332.

No-

Notonecta striata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 712. 2.
Corixa. *Geoffr. Ins.* 1. p. 478. 1. tab. 9. fig. 7.
Roesel. Ins. 3. tab. 29.
Habitat in Europæ aquis frequens.
Magnitudine variat.
2. Sigara elytris totis coriaceis fuscis, margine exteriori flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 332. *coleoptrata*.
Habitat in Kiliæ aquis.

165. NEPA *Linn. Degeer. Fabr.*

Rostrum breve, arcuatum, inflexum: constans *vagina* univalvi, cornea, subulata, triarticulata: *setis* tribus subulatis, inæqualibus, intermedia longiore, intra vaginam latitantibus.
Labium nullum.
Antennæ breves, palmato-divisæ, sub oculis insertæ.
Larva hexapoda, agilis, natans, aptera, imagigini simillima.
Pupa larvæ simillima, sed alarum tantum rudimentis.
Victus e succo animalium aquaticorum.
Rostrum inflexum. Pedes antici cheliferi.
1. Nepa cauda biseta corpore dimidio breviore, corpore ovato. *Fabr. Mantis.* 2. p. 277. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 714. 5. *cinerea*.
Nepa scorpio aquaticus grisea, corpore ovato depresso, thorace inæquali. *Degeer. Ins.* 3. p. 361. 1. tab. 18. fig. 1.
Roes. Ins. 3. tab. 22. fig. 6. 7. 8.
Habitat in Europæ aquis.
Antennæ palmato-bifidæ. *Abdomen supra rubrum*.
2. Nepa cauda biseta, corpore lineari. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 334. *linearis*.

Nepa

Nepa linearis, manibus spina laterali pollicatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 714. 7.

Nepa corpore lineari. *Geoffr. Ins.* 1. p. 480. tab. 10. fig. 1.

Roes. Ins. 3. tab. 23.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 10. fig. 4.

Habitat in Europæ aquis.

166. NAUCORIS *Geoffr. Fabr.*
Nepæ *Sp. Linn.*

Rostrum breve, inflexum: constans *vagina* univalvi cornea, subulata, triarticulata: *setis* tribus filiformibus, vagina longioribus, apice subulatis, intermedia longiori, supra basin vaginæ insertis.

Labium corneum, porrectum, rotundatum, rostri basin tegens.

Antennæ brevissimæ, filiformes, sub oculis insertæ.

Larva hexapoda, agilis, natans, aptera, imagini simillima.

Pupa larvæ simillima, sed alarum tantum rudimentis.

Victus omnium e succo animalium aquaticorum.

Alæ quatuor cruciatæ. Pedes VI.: primi cheliformes.

cimicoides. 1. Naucoris abdominis margine serrato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 334. *Geoffr. Ins.* 1. p. 474. 1. tab. 9. fig. 5.

Nepa cimicoides. Linn. Syst. Nat. 2. p. 714. 6.

Roes. Ins. 3. tab. 28.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 10. fig. 3.

Habitat in Europæ aquis.

167.

167. ACANTHIA *Fabr.*
Cimicis *Sp. Linn.*

Rostrum elongatum, inflexum: constans *vagina* univalvi, recta, cornea, triarticulata, sub capitis apice inserta: *setis* tribus filiformibus, inæqualibus.

Labium nullum.

Antennæ porrectæ, filiformes, ante oculos insertæ.

Larva hexapoda, agilis, currens, aptera, imagini simillima.

Pupa larvæ simillima, sed alarum rudimentis.

Victus omnium e succo animalium, plantarumque.

1. Acanthia aptera. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 335. *lectularia.*
Cimex lectularius. Linn. Syst. Nat. 2. p. 715. 1.
Habitat in Europæ domibus.
Animal fœtidum, nocturnum, sanguisugum. Pellitur nidore carbonum, oleo terebinthinae accenso, oleo tabaci, vitrioli, mentha arvensi, Geranio robertiano, sambuco, cannabis herba, seminibusque.

2. Acanthia nigra, elytris coriaceis, abdomine longioribus, apice hyalino-striatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 335. *Zosteræ.*
Habitat in maris litoribus, velocissime supra Fucos et Zosteras cursitans.

3. Acanthia aptera, elytris coriaceis connatis abbreviatis cinereis, ano setoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 336. *pedestris.*
Habitat in Italia.
Forte alius speciei Pupa.

4. Acanthia elytris reticulato-punctatis, antennis clavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 336. *clavicornis.*

Cimex

Cimex clavicornis. *Linn. Syst. Nat.* 2.p.717.16.
Habitat in Europæ hortis.

littoralis. 5. Acanthia elytris sordidis, albo-punctatis, corpore nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 336.
Cimex littoralis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 717. 14.
Habitat in Europæ littoribus.

corticalis. 6. Acanthia membranacea, abdominis margine imbricatim secto, corpore nigro. *Fabr. Sp.Ins.* 2. p. 337.
Cimex corticalis. *Linn. Syst. Nat.*2. p. 718. 17.
Habitat in Europæ arboribus sylvaticis.

sylvestris. 7. Acanthia atra, elytris albis: arcu apicis nigro. *Fabr. Mantis.* 2. p. 279.
Cimex sylvestris oblongus niger, alis elytrisque albo fuscoque variis, pedibus rufis. *Linn.Syst. Nat.* 2. p. 731. 111.
Habitat in Europæ sylvis.
Parva. Antennæ ferruginea articulorum apicibus nigris. Caput et thorax atra, nitida, immaculata. Elytra alba apice nigra macula magna flava. Margo interior flavescens macula nigra. Pedes ferruginei.

Cardui. 8. Acanthia scutello lineis tribus elevatis, antennis apice nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 338.
Cimex Cardui. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 718. 21. *Degeer. Ins.* 3. tab. 16. fig. 1.
Habitat in Cardui capitulis.

Pyri. 9. Acanthia thorace trialato, scutello foliato, elytris reticulatis basi gibbis. *Fabr.Sp.Ins.*2.p.338.
Cimex antennis clavatis, thorace elytrisque corpore multo latioribus, diaphanis, reticulatis: fascia duplici transversa. *Geoffr. Ins.*1.p.461.57.
Habitat in foliorum Pyri communis pagina inferiori, ea maculans. 168.

168. CIMEX *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Rostrum elongatum, inflexum: constans *vagina* univalvi, porrecta, cornea, setas includente, quadriarticulata: *setis* tribus conniventibus, subulatis, subæqualibus.

Labium elongatum, subulatum, anulatum, setas superne tegens.

Antennæ porrectæ, filiformes, ante oculos ad latera rostri insertæ.

Larva hexapoda, agilis, currens, aptera, imagini simillima.

Pupa larvæ simillima, sed alarum rudimentis.

Victus e succo animalium, plantarumque.

Rostrum inflexum. Pedes cursorii. Dorsum planum thorace marginato. Alæ planæ cruciatæ.

* *Scutellati scutello longitudine abdominis.*

1. Cimex scutellaris ruber, thorace lineis quinque, scutello tribus nigris, abdomine flavo: punctis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 341. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 716. 6. *Spec. Ins. Cal.* n. 218. *Sulzers Hist. Ins.* tab. 10. fig. 6. *nigro-lineatus.* tab. 9. fig. 7.

Habitat in Europa australiori.

In nostris speciminibus thoracis lineæ sex: scutelli quatuor.

2. Cimex scutellaris supra rufus, thorace punctis decem, scutello lineis quatuor nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 341. *semipunctatus.* tab. 9. fig. 6.

Apud nos frequentissimus.

In thorace puncta octo, lineæque duæ laterales lunatæ.

3. Cimex scutellaris rufus: atomis numerosissimis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 342. *Pedemontanus.*

Ha-

Habitat in Italia.

Caput obscure fuscum, immaculatum. Thorax et scutellum fusca atomis sive punctis parvis numerosissimis sparsis albis. Pedes nigri.

mauruus. 4. Cimex scutellaris cinereus, scutello basi punctis duobus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 342. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 716. 5.
Sulzers. Ins. tab. 4. fig. d.

Habitat in Oriente, inque Europa.

albo-lineatus. 5. Cimex scutellaris griseus albo-striatus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 342.

Habitat in Italia.

Minor. Caput griseum, stria media albida. Thorax griseus striis quinque fere obsoletis, inprimis intermediis duabus. Scutellum griseum striis quinque marginibusque albis. Abdomen fuscum, margine griseo, punctis aliquot nigris. Pedes fusci.

scarabaeoides. 6. Cimex scutellaris corpore atro æneo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 342. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 716. 4.

Habitat in Ranunculi floribus.

fuliginosus. 7. Cimex scutellaris, scutello fuliginoso: lituris quinque nigris, postica alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 343. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 716. 8.

Habitat in Europa, Oriente.

tuberculatus. 8. Cimex scutellaris obscurus, scutello scabro ante apicem tuberculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 343.

Habitat in Italia.

Corpus fuscum obscurum paullo ferrugineo mixtum. Thorax fascia media impressa inæquali. Scutellum magnum scabrum, et ante apicem tuberculo magno elevato. Pedes nigricantes genubus pallidis tibiisque serratis.

** *Spi-*

** *Spinosi, thorace utrinque spina armato.*

9. Cimex thorace acute spinoso, griseus, antennis rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 344. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 718. 23. *bidens.*

Degeer. Ins. 3. tab. 13. fig. 9.

Habitat in Europa.

Puncta aliquot rufa in pectore. Abdomen subtus macula nigra.

10. Cimex thorace obtuse spinoso, fuscus, scutello apice albido, abdominis margine maculato, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 344. *sanguinipes.*

Habitat in Italia.

Antennæ nigræ. Caput et thorax obtuse spinosus, fusca. Scutellum fuscum macula parva utrinque ad basin flava, apiceque album. Abdomen subtus flavum, fusco-maculatum, margine albo nigroque vario. Pedes rufi.

11. Cimex thorace obtuse spinoso griseus, pedibus rubris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 344. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 719. 24. *rufipes.*

Cimex ovatus fuscus, thorace angulato spinoso, scutelli apice pedibusque rubris. *Degeer. Ins.* 3. p. 253. 2.

Habitat in Europa frequens.

12. Cimex thorace spinoso oblongus, supra rufescens, subtus flavus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 345. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 719. 25. *Spec. Ins. Cal.* n. 214. *ictericus.*

Habitat in America, et in Ulteriori Calabria.

13. Cimex thorace subspinoso supra nigricans; thoracis margine scutellique apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 345. *albipes.*

Ha-

Habitat in Italia.

Corpus supra nigricans, obscurum, subtus pallidum. Antennae albo nigroque variae. Thoracis margo albidus. Scutellum apice album. Abdominis margo albo nigroque varius. Pedes pallidi.

haemorrhoidalis. 14. Cimex thorace obtuse spinoso, subvirescens, antennis nigris, sterno porrecto. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 347. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 720. 35.

Cimex subovatus viridis, angulis thoracis acutis rubris, apice nigris, abdomine subtus acuto. *Geoffr. Ins.* 1. 465. 63.

Habitat in Europæ graminosis.

marginatus. 15. Cimex thorace obtuse spinoso, abdomine marginato acuto, antennis rufis. *Fabr. Sp. In.* 2. p. 349.

Cimex marginatus oblongo-ovatus, griseus, thorace obtuse spinoso, antennis medio rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 719. 28.

Cimex oblongus fuscus immaculatus, thorace utrinque obtuse angulato, capite prope antennas externe denticulato. *Geoffr. Ins.* 1. p. 446. 20.

Habitat in Europæ plantis.

spiniger. 16. Cimex thorace obtuse spinoso dentatoque, capite quadrispinoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 350.

Habitat in Italia.

Statura praecedentis, sed dimidio minor. Antennae rufae primo articulo apice spinoso cinereo, ultimo nigro. Caput cinereum antice spinis utrinque duabus erectis, acutis. Thorax griseo fuscus margine elevato in spinam obtusam postice bidentatam. Scutellum griseum apice puncto albo. Elytra grisea basi albida. Alae fuscae. Abdomen griseum margine prominente acuto albo-maculato. Fabr.

*** Ova-

*** *Ovati, thorace mutico.*

17. Cimex ovatus viridis, capite thoraceque antice flavescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 353. *torquatus.*

Habitat in Italia.

18. Cimex ovatus viridis immaculatus, antennis apice albo fuscoque anulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 354. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 49. *prasinus.*

Habitat in Europæ sylvis.

19. Cimex ovatus supra viridis, subtus ferrugineus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 354. *dissimilis.*

Habitat in Europa.

Præcedenti affinis. Subtus totus ferrugineus, pedibus virescentibus.

20. Cimex subrotundus viridis, margine undique scutelloque apice flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 354. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 48. *juniperinus.*

Degeer. Ins. 3. tab. 13. fig. 1, 2.

Habitat in Europæ juniperetis.

21. Cimex subrotundus griseus, margine undique sanguineo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 355. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 721. 46. *dumosus.*

Habitat in Europa.

22. Cimex ovatus flavescens, elytris apice puncto ocellari atro, abdomine lineis tribus albis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 293. *tristriatus.*

Habitat in Italia.

Parvus. Caput et thorax flavescentia, immaculata. Elytra basi flavescentia apice rufescentia puncto subocellari atro; color autem rufescens in medium extenditur. Subtus flavescens abdomine lineis tribus albis. Pedes flavescentes.

23. Cimex ovatus griseus, abdominis lateribus albo nigroque variis, ventre antice spinoso. *griseus.*

Fabr. Sp. Ins. 2. p. 356. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 721. 43.

Cimex Betulae ovatus viridis, sive rubro-griseus scutello macula nigra, antennis griseis apice nigris, abdominis lateribus flavo nigroque variis. *Degeer. Ins.* 3. p. 261. 8. tab. 14. fig. 9.

Habitat in Europa.

Antennae nigrae, flavo anulatae. Corpus supra obscure griseum, subtus pallidius punctis fuscis irroratum. Alae albae fusco punctatae.

interstinctus. 24. Cimex ovatus griseus, abdominis margine nigro-maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 356. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 721. 44.

Habitat in Europæ cultis.

Baccarum. 25. Cimex ovatus subfulvus, abdominis margine fusco-maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 356. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 721. 45.

Cimex verbasci ovatus, griseo fuscus, antennis albo nigroque maculatis, scutelli apice glauco, abdomine supra nigro, margine flavo-maculato. *Degeer. Ins.* 3. p. 257. 4. tab. 14. fig. 5.

Habitat in Europæ baccis frequens.

ornatus. 26. Cimex ovatus, nigro rubroque varius, capite alisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 357. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 723. 56.

Habitat in Europa.

bipunctatus. 27. Cimex ovatus obscure rufus, scutello punctis duobus, apiceque albis, abdominis margine nigro punctato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 358.

Habitat in Italia.

Magnitudo Cim. oleracei. Caput fuscum, antennis apice nigris. Thorax et elytra obscure rufa. Scutellum punctis duobus elevatis ab basin api-

apiceque albis. Corpus subtus griseum margine abdominis tenuissime albo nigro-punctato. Pedes pallidi.

28. Cimex ovatus niger, elytris nigro alboque variis, alis albis, *Fabr. Sp.Ins.* 2. p. 358. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 55. *bicolor.*

Cimex ovatus niger, thoracis lateribus elytrorumque maculis quatuor albis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 470. 73.

Habitat in Europæ hortis.

29. Cimex ovatus cæruleo-æneus, thorace lineola, scutello apice, elytrisque puncto albo rubrove. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 359. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 53. *oleraceus.*

Degeer. Ins. 3. tab. 15. fig. 22.

Habitat in Europæ tetradynamis.

30. Cimex ovatus niger, margine undique albo, elytris puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 359. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 54. *biguttatus.*

Habitat in Europæ plantis.

31. Cimex ovatus cæruleus immaculatus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 359. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 50. *cæruleus.*

Habitat in Europæ Thesio.

32. Cimex ovatus ater, plantis rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 359. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 722. 51. *Morio.*

Habitat in Europæ plantis oleraceis.

33. Cimex ovatus ater, clypeo orbiculato, thorace retuso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 360. *tristis.*

Habitat in Europæ plantis.

34. Cimex subrotundus griseus, capite scutellique basi nigro-æneis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 360. *melanocephalus.*

Habitat in Italia.

35. Cimex ovalis antice attenuatus exalbidus fusco-striatus, antennis apice rufis. *Fabr. Sp. Ins.* *acuminatus.*

2. p. 360. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 723. 59.

Cimex rostratus ovatus griseus punctatus, fasciis longitudinalibus fuscis, capite magno triangulari longitudine thoracis. *Degeer. Ins.* 3. p.271. 16. tab. 14. fig. 12. 13.

Habitat in Europæ plantis.

**** *Oblongi.*

militaris. 36. Cimex oblongus rufus, nigro-maculatus, alis exalbidis, striga baseos atra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 362.

Habitat in Oriente.

Simillimus Cim. equestri, at duplo fere major. Caput rubrum. Thorax ruber, lineis duabus dorsalibus, flexuosis, nigris. Scutellum nigrum. Elytra rubra, macula transversa et puncto parvo utrinque ad apicem scutelli nigris. Alæ exalbidæ, fascia baseos nigra, quæ terminatur lineola nivea.

equestris. 37. Cimex oblongus, rubro nigroque maculatus, thorace antice posticeque atro, alis atris, albo-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.362. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 726. 77.

Habitat in Asclepiade Vincetoxico.

Pectus atrum, immaculatum. Margo alarum albicat.

saxatilis. 38. Cimex oblongus niger thoracis margine laterali lineaque media rubris, elytris maculis tribus rubris, alis immaculatis. *Fabr. Mantis.* 2. p.298. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.727. 81. *Spec. Ins. Cal.* n. 210.

Cimex saxatilis. Scop. carn. 371.

Habitat in Europa australiori.

Corpus subtus rubro nigroque varium. Pedes nigri.

39.

39. Cimex oblongus rubro nigroque varius, alis fuscis immaculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 362. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 726. 76. *Hyoscyami.*

Cimex oblongus ruber nigro-maculatus, elytrorum parte membranacea fusca, immaculata. *Degeer. Ins.* 3. p. 274. 18. tab. 14. fig. 14. 15.

Habitat in Europæ Hyoscyamo.

40. Cimex oblongus rubro nigroque varius, alis fuscis puncto baseos albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 363. *familiaris.*

Habitat in Europæ plantis.

Statura et magnitudo Cim. Hyoscyami. Caput, rostrum, antennæ nigra. Thorax rufus margine antico maculisque duabus longitudinalibus atris. Scutellum nigrum, apice rufum. Elytra rufa macula magna atra. Alæ fuscæ puncto baseos inter elytra albo. Corpus subtus rubrum punctis lateralibus maculisque transversalibus in medio nigris.

41. Cimex oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris puncto nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 364. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 727. 79. *ægyptius.*

Habitat in Ægypto.

42. Cimex oblongus niger, elytris rufis, puncto medio atro, alis atris, punctis duobus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 365. *punctato-guttatus.*

Habitat in Italia.

Parvus. Caput nigrum, immaculatum. Thorax niger, antice rufus. Scutellum nigrum, immaculatum. Elytra late rufa puncto medio marginis crassioris atro. Alæ albæ puncto medio apicisque albo. Corpus subtus nigrum. Pedes nigri.

43. Cimex oblongus rubro nigroque varius, elytrisque *apterus.*

trisque rubris, punctis duobus nigris, alis nullis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 366. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 727. 78.

Sulzers. Hist. Ins. tab. 10. fig. 14.

Habitat in Europæ malva sylvestri.

nugax. 44. Cimex oblongus fuscus, abdominis margine maculato, tibiis anticis femoribusque posticis basi pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 366.

Habitat in Italia.

Corpus medium, fuscum. Antennæ albo nigroque variæ. Rostrum basi fuscum. Abdominis basis albo fuscoque variegata. Pedes fusci. Tibiæ anticæ pallidæ apice fuscæ. Femora postica pallida apice fusca.

calcaratus. 45. Cimex oblongus fuscus, abdomine supra sanguineo, femoribus posticis sexdentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 367.

Cimex calcaratus oblongus niger, capite linea rubra, femoribus posticis subtus sexdentatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 732. 114.

Degeer. Ins. 3. tab. 14. fig. 23. 24.

Habitat in Europa.

Pini. 46. Cimex oblongus ater, elytris fuscis, macula rhombea atra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 367. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 729. 96.

Cimex oblongus niger, thorace postice cinereo, elytris cinereis, macula nigra, alisque nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 449. 28.

Degeer. Ins. 3. tab. 14. fig. 22.

Habitat in Europa.

sylvaticus. 47. Cimex oblongus ater, elytris fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 367.

Habitat in Europæ nemoribus.

48.

48. Cimex oblongus ater, alis macula rhombea flava. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 367. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 729. 98. *Rolandri.*
Habitat in Europæ pinetis.

49. Cimex oblongus niger, elytris griseis, alis albis, puncto nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 368. *Urticæ.*
Habitat in Urtica.

50. Cimex oblongus niger, elytris griseis, apice macula nigra: puncto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 368. *lynceus.*
Habitat in Europa.

51. Cimex oblongus griseus nigro-punctatus, antennis clavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 369. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 729. 92. *crassicornis.*
Habitat in Europa.

52. Cimex oblongus niger, elytris cinereis, alis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 369. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 729. 95. *arenarius.*
Habitat in Europa frequens.

53. Cimex oblongus niger, pedibus antennisque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 369. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 733. 121. *Coryli.*
Habitat in Europæ Corylo.

54. Cimex oblongus flavescens, elytris macula ferruginea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 370. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 728. 87. *campestris.*
Habitat in Europæ campis.

55. Cimex oblongus flavescens, elytris viridibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 370. *pratensis.*

Cimex pratensis, oblongns griseus, scutello macula cordata flava, elytris apice puncto fusco. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 728. 86.
Habitat in Europæ pratis frequens.

Populi. 56. Cimex oblongus albo fuscoque nebulosus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 374. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 731. 109.
Habitat in Europæ Populo tremula.

sexguttatus. 57. Cimex oblongus niger, scutello maculisque tribus elytrorum flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 375.
Habitat in Europa.

leucocephalus. 58. Cimex oblongus niger, capite pedibusque fulvis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 370. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 723. 60.
Cimex rotundato-ovatus, capite genubusque ferrugineis, pedibus saltatoriis. *Geoffr. Ins.* 1. p. 472. 76.
Habitat in Europa.

triguttatus. 59. Cimex oblongus niger, elytris alisque apice puncto nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 371.
Cimex triguttatus oblongus niger, elytris testaceis, punctis tribus niveis, interiore minori. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 729. 94.
Habitat in Europa australiori.

saltatorius. 60. Cimex oblongus niger, elytris striatis, alis postice flavo maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 371. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 729. 93.
Habitat in Europa ad litora maris.

ater. 61. Cimex oblongus ater, antennis apice capillaribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 371. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 725. 72.
Habitat in Europa.

tyrannus. 62. Cimex oblongus ater, rostro femoribusque sanguineis, antennis apice capillaribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 371.
Habitat in Italia.
Praecedenti affinis, at rostrum sanguineum. Pedes rufi

rufi femoribus imprimis anticis nigro-anulatis. Plantae nigrae.

63. Cimex oblongus ater, capite scutello maculisque duabus elytrorum coccineis, antennis apice capillaribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 371. *Schach.*

Habitat in Italia.

Statura praecedentis. Corpus coccineum antennis nigris. Thorax ater nitidus, immaculatus. Scutellum coccineum. Elytra atra macula magna transversali coccinea in medio, alia minori ad apicem. Pedes nigri.

64. Cimex oblongus niger, antennis apice capillaribus, elytris fasciis tribus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 372. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 725. 67. *trifasciatus.*

Habitat in Europa.

65. Cimex oblongus niger, scutello elytrorumque apicibus coccineis, antennis apice capillaribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 372. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 726. 73. *gothicus.*

***** *Antennis setaceis.*

66. Cimex oblongus exalbidus, lateribus albidis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 372. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 730. 101. *lævigatus.*

Cimex oblongus albidus oculis nigris. *Geoffr. Ins.* 1. p. 457. 46.

Habitat in Europæ pratis frequens.

67. Cimex oblongus viridis immaculatus, alis hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 373. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 727. 83. *pabulinus.*

Habitat in Europæ pratis.

68. Cimex oblongus viridis, plantis antennarumque apicibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 373. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 730. 102. *virens.*

Ha-

Habitat in Europa.

Præcedenti duplo major.

dolabratus. 69. Cimex oblongus, elytris ferrugineis latere albidis, antennis nigris, linea thoracis alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.373. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.730. 103.

Habitat in Europæ Festuca natante.

ferus. 70. Cimex oblongus griseus immaculatus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.373. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.731. 108.

Habitat in Europæ sylvis.

marginellus. 71. Cimex oblongus niger, thoracis lineis tribus, elytris margine omni albis, punctoque apicis coccineo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 374.

Habitat in Italia.

Statura praecedentis. Caput atrum, immaculatum. Thorax ater lineis tribus albis. Elytra atra margine omni exteriori et interiori albis. Punctum coccineum elytra terminat.

striatus. 72. Cimex oblongus niger, elytris flavo fuscoque striatis, apice pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 374. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.730. 105.

Cimex oblongus niger, thorace fasciis tribus flavis, scutello nigro, elytris lineis flavis, apice fulvo. *Geoffr. Ins.* 1. p. 454. 38.

Habitat in Ulmi campestris foliis.

Abietis. 73. Cimex oblongus maculato-fulvus, pedibus rufis, femoribus crassis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 375. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 732. 115.

Cimex grossipes. Degeer. Ins. 3. tab. 15. fig. 20. 21.

Habitat in Europæ Abiete.

Ulmi. 74. Cimex oblongus, supra rubiginosus, elytris striis sanguineis, alis postice albo fuscoque variis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 375. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 731. 110.

Ha-

Habitat in Europæ Ulmo.

****** *Lineares corpore angusto.*

75. Cimex linearis niger, pedibus anticis brevissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 375. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 732. 117. *lacustris.*

Cimex Najas. Degeer. Ins. 3. tab. 16. fig. 7.

Habitat in Europæ aquis, in rivulis frequens.

76. Cimex linearis teretiusculus niger, thorace medio punctis duobus globosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 376. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 732. 118. *stagnorum.*

Cimex Acus aquaticus linearis niger, capite tereti longissimo, pedibus omnibus æqualibus. *Degeer. Ins.* 3. p. 322. 40. tab. 15. fig. 24. 25. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 10. fig. 17.

Habitat in lacubus frequens.

77. Cimex linearis niger, pedibus pallidis, pectore bispinoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 376. *pallipes.*

Habitat in Italia.

Corpus statura præcedentium: totum nigrum pedibus solis pallidis. Spina valida prominens utrinque sub thorace. Abdominis margo parum pallescit.

78. Cimex linearis exalbidus, pedibus omnibus longissimis, femoribus clavatis, antennis bicaudatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 377. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 733. 120. *tipularius.*

Habitat in Europæ Muscis.

79. Cimex linearis griseus, pedibus pallidis, anticis brevissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 377. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 732. 119. *vagabundus.*

Cimex culiciformis linearis fuscus, albo-maculatus, antennis pedibusque quatuor posticis longissimis, anterioribus brevissimis. *Degeer. Ins.* 3. p. 323. 41. tab. 17. fig. 1. 2.

Ha-

Habitat in Europæ Muscis.

169. REDUVIUS *Fabr.*
Cimicis *Sp. Linn.*

Rostrum breve, arcuatum, inflexum: constans *vagina* cornea, apice setacea, setas continente, biarticulata: *setis* tribus conniventibus, subulatis, inæqualibus, intermedia longiore.

Labium vix ullum.

Antennae porrectæ, setaceæ supra oculos insertæ.

Larva hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, sed aptera, sæpiusque quisquiliis obtecta.

Pupa larvæ simillima, sed alarum rudimentis.

Victus e succo animalium.

personatus. 1. Reduvius antennis apice capillaribus, corpore subvilloso fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 377.

Cimex personatus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 724. 64. *Geoffr. Ins.* 1. tab. 9. fig. 3.

Cimex quisquilius oblongus obscure fuscus, antennis setaceis capillaceis, rostro brevi arcuato. *Degeer. Ins.* 3. p. 281. 25. tab. 15. fig. 7.

Habitat in Europæ quisquiliis.

Larva horrida personata consumit Acanthiam lectulariam.

stridulus. 2. Reduvius glaber niger, elytris fuscis nigromaculatis, margine rufo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 309.

Habitat Monspelii, primo vere agilis, antennas continuo motitans, thoracis attritu stridens.

Parvus. Antennae nigræ triarticulatæ. Thorax niger, nitidus, striga transversa valde impressa. Scutellum triangulum fuscum. Elytra intus fusco cinerea punctis tribus atris, extus rufa. Alæ fuscæ macula atra. Corpus nigrum, abdomi-

dominis segmento 2. 3. 4. rufis. Pedes nigri, anterioribus incrassatis.

3. Reduvius antennis apice capillaribus, corpore nigro subtus sanguineo maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 379. *annulatus*. tab. 9. fig. 8.

*Cimex annulatus. Linn. Syst. Nat.*2. p. 725.71. *Sulzers. Hist. Ins.* tab. 10. fig. 13.

Habitat in Europæ Corylo.

4. Reduvius rufus, capite, pectore, abdominisque striis macularibus rufis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 310. *cruentus*.

Habitat Monspelii.

Statura et magnitudo Red. annulati. Caput nigrum, gula rostrique basi rubris. Antennæ nigræ. Thorax rufus lobo antico nigro punctis duobus magnis rubris. Elytra rufa, immaculata. Alæ obscuræ. Pectus nigrum. Abdomen rufum lineis tribus punctorum nigrorum margineque nigro vario. Pedes rufi, puncto femorum, genubus tarsisque rufis.

5. Reduvius niger, thorace abdominisque marginibus rubro-maculatis, elytris rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 381. *iracundus*.

Habitat in Germania australiori.

6. Reduvius fuscus, antennarum anulis, tibiis, abdominisque punctis lateralibus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 382. *albipes*.

Habitat in Europa.

Antenna nigræ anulis tribus albis, primo majore. Corpus fuscum, supra immaculatum, subtus punctis lateralibus albis. Pedes nigri: femoribus basi, tibiisque totis albis.

7. Reduvius thorace elytrisque obscure ferrugineis, *tessellatus*.

neis, abdomine atro: margine albo vario. *Fabr. Mantis.* 2. p. 313.

Habitat Monspelii.

Caput nigrum rubro-punctatum. Antennae nigræ. Thorax lobo antico nigro testaceo-maculato, postico obscure ferrugineo, margine postico acuto albido. Scutellum nigrum linea dorsali alba. Elytra obscure ferruginea, immaculata. Alæ obscuræ. Corpus subtus fuscum abdomine atro nitido margine albo vario. Pedes rufi femoribus intus nigris.

170. PULEX *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Rostrum elongatum, inflexum: constans *vagina* cylindrica, bivalvi, valvulis canaliculatis, quinquearticulatis: *seta* unica filiformi, acuta, canaliculata, vagina sublongiore.

Laminæ duæ ovatæ, vagina breviores, ad basin lateralem vaginæ insertæ.

Labium abbreviatum, rotundatum, aculeis reflexis ciliatum, vix basin rostri tegens.

Antennae porrectæ, extrorsum crassiores.

Larva apoda, cylindrica, agilis, spinis duabus cylindricis, subcaudalibus.

Pupa quiescens, immobilis, imagini simillima.

Victus e succo sanguineque animalium, et quisquiliis.

Pedes saltatorii. Abdomen compressum.

Singulare Insectum. Differt ab aliis hujus Classis Generibus vagina bivalvi: ab Antliatis vagina articulata, et defectu proboscidis palporumque. Metamorphosi autem ad Ulonata accedit.

1. Pu-

1. Pulex rostro corpore breviore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 383. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1021. 1. *irritans.*

Habitat ubique in Europa, in America, sanguisugus.

Leporibus valde molestus. Pellitur Satureja, Pulegio, Persicaria, Cotula, Alno.

Mas minor sub femina jungitur.

171. APHIS. *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Rostrum elongatum, inflexum: constans *vagina* porrecta, involuta, quinquearticulata, continente *setam* unicam, filiformem, longiorem, retractilem, supra vaginæ ipsius basin insertam.

Labium breve, fornicatum, integrum,

Antennæ porrectæ, setaceæ, fronti insertæ.

Larva aptera agilis currens, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

Victus omnium e succo plantarum.

Rostrum inflexum. Abdomen bicorne. Alæ erectæ.

Aphides æstate viviparæ, autumno oviparæ. Aliæ apteræ, aliæ alatæ absque sexus discrimine in eadem specie, uti Aphis *Lychnidis dioicæ, Salicis capreæ, cet.*

Species definiuntur ab earum domicilio in plantis diversis.

172. CHERMES *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Psylla *Geoffr.*

Rostrum elongatum, inflexum; vagina pectorali.

Vagina membranacea, obtusa, triarticulata, pectori inter femora antica inserta.

Setae

Setæ tres setaceæ, inæquales, capitis apici insertæ, intra vaginam pectoralem latentes.

Labium conicum, acutum, compressum, corneum, basin setarum superne tegens.

Antennae breves, cylindricæ, apice seta armatæ.

Larva hexapoda, aptera, sæpe villosa imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima, alarum tantum rudimentis.

Victus e succo plantarum.

Rostrum pectorale. Pedes postici saltatorii. Alæ deflexæ.

Species definiuntur pariter a Plantis, in quibus habitant.

173. COCCUS *Linn. Geoffr. Fabr.*

Rostrum breve, inflexum, vagina setisque pectoralibus.

Vagina membranacea, triarticulata, pectori inter femora antica inserta.

Seta tres subæquales, ad basin vaginæ pectori insertæ.

Labium nullum.

Antennæ breves, filiformes, cylindricæ.

Larva hexapoda, currens, aptera, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, imagini simillima.

Victus e succo plantarum.

Rostrum pectorale. Abdomen postice setosum maribus.

Feminæ tardæ, apteræ, gravidæ plantis adhærent fere immobiles. Mares alis duabus erectis, compressis.

Hujus

Hujus species in diversis plantis habitant, earumque aliquæ pretiosæ sunt propter usus œconomicos, et præsertim colores, quos præbent. Uti Ex. Gr.

Coccus *Ilicis* quercus cocciferæ. Tinctorius.

Coccus *Ficus* Ficus religiosæ, et indicæ. Gummi laccam in India orientali producens.

Coccus *Arbuti* radicis Uvæ ursi. Tinctorius.

Coccus *polonicus* radicis Scleranthi perennis. Tinctorius.

Coccus *Cacti* Cacti coccinelliferi. Vulgo *Cocciniglia*.

174. THRIPS. *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Os rima longitudinali, intra cujus labia vix distinguitur *Rostrum*.

Antennæ porrectæ, filiformes.

Larva hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, aptera.

Pupa hexapoda, agilis, currens, imagini simillima, solis alarum rudimentis.

Victus omnium e polline florum.

Rostrum obsoletum. Alæ incumbentes abdomine reflexili.

In floribus frequenter hujus species vere observantur, optimeque descriptæ sunt a D. Degeero, qui Larvas Pupasque observavit, iconibusque illustravit. Moles minima horum Insectorum obscurum reddit eorum rostrum, quamvis se vidisse asseveret prædictus Auctor, in Tom. 3. pag. 6. et sequ.

1. Thrips elytris glaucis, corpore atro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 396. *Physapus.*

Habitat in Europæ floribus compositis, agilis, cursitans.

juniperina. 2. Thrips elytris niveis, corpore fusco. *Fabr. ib.*
Habitat in Juniperi Gallis.

Ulmi. 3. Thrips nigra, alis niveis ciliatis, ano acuminato. *Fabr. ib.*
Habitat in Ulmi corticibus gregaria.

minutissima. 4. Thrips elytris corporeque glaucis, oculis fuscis. *Fabr. ib.*
Habitat in Europæ floribus.

Urticae. 5. Thrips flava, elytris albidis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 397.
Habitat in pagina inferiori foliorum Urticæ, Vitis, Coryli solitaria.

fasciata. 6. Thrips elytris albo nigroque fasciatis, corpore fusco *Fabr. ib.*
Habitat in Europæ floribus compositis.



CLASSIS

CLASSIS VIII.

ANTLIATA.

OS haustello : vagina inarticulata ; absque mandibulis maxillisque.

Haustellum plerumque exsertum, vaginatum, cylindricum, intra rimam oris longitudinalem insertum.

Vagina in quibusdam univalvis, in aliis bivalvis setas includens, acuta, haud articulata.

Setae sæpius tres, setaceæ ; acutæ, inæquales ; intermedia paullo longiore.

Proboscis in quibusdam brevis, membranacea, stipite cylindrico, retractili, dorso canaliculato, capitulo bilabiato sub haustello inserta.

Palpi interdum duo ad basin proboscidis inserti.

Antennae breves, plerumque cylindricæ, sæpius seta armatae.

Character essentialis hujus Classis consistit in haustelli præsentia, quod in aliquibus Generibus cum proboscide os constituit ; in aliis vero solum existit. Hujus Classis Insecta sunt diptera, et loco alarum posticarum halteribus munita observantur.

175. OESTRUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Haustellum retractum intra labia vesiculosa, tumida, connata, poro parvo ad exserendum haustellum pertusa.

Vagina membranacea palato inserta, setas includens.

Setae tres membranaceæ, flexiles, breves, labii apici insertæ.

Palpi nulli.

Antennæ breves, setariæ, fronti insertæ.

Larva apoda, brevis, crassa, mollis, anulata, intra animalium corpora latens.

Pupa ovata, apoda, immobilis, cute dura, crassa, brunnea tecta.

Victus larvæ e succo animalium: Imaginis vix ullus.

Bovis. 1. Oestrus thorace flavo, fascia nigra, alis albis fusco fasciatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 398.

Oestrus Bovis alis maculatis, thorace flavo fascia fusca, abdomine flavo apice nigro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 969. 1.

Degeer. Ins. 6. tab. 15. fig. 22.

Habitat intra Boum dorsum, ulcera cachoetica caussans.

Tarandi. 2. Oestrus alis immaculatis, thorace flavo fascia nigra, abdomine fulvo apice nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 398. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 969. 2.

Habitat intra Cervi Tarandi dorsum, sæpe ipsis lethalis.

Equi. 3. Oestrus alis immaculatis, thorace ferrugineo, abdomine nigro, pilis flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 321.

α. *Oestrus nasalis. Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 399.

β. *Oe-*

β. Oestrus haemorrhoidalis. Fabr. Sp. Ins. 2. p. 399.
Merae varietates sunt, et tantum loco diversae.
Altera in equorum faucibus habitat, altera in eorumdem intestino recto.

4. Oestrus alis subpunctatis, abdomine nigro alboque versicolore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 399. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 399. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 970. 5. *Ovis.*

Habitat in Ovium sinu frontis.
Praecedentibus paullo minor.

176. TIPULA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Bibio *Geoffr.*

Proboscis brevissima, vix exserta, membranacea: dorso canaliculato setam recipiens: stipite cylindrico retractili, capitulo bilabiato, æquali.
Haustellum breve, nudum, absque vagina.
Seta unica in canali proboscidis.
Palpi duo porrecti, incurvi, filiformes, ad basin proboscidis inserti.
Antennae filiformes.
Larva apoda, cylindrica, mollis: capite truncato, dentato.
Pupa immobilis, cylindrica: antice bicornis, postice dentata.
Victus larvæ e radicibus plantarum: imaginis e quisquiliis.

* *Alis patentibus.*

1. Tipula antennis pectinatis, alis macula nigra, abdomine basi rufo, medio flavo-fasciato, apice atro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 399. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 970. 1. *pectinicornis.*

Degeer. Ins. 6. tab. 25. fig. 3.

Habitat in Europæ humidis.

rivosa. 2. Tipula alis hyalinis: rivulis maculaque nivea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 400. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 971. 2.

Tipula alis albis fusco-variegatis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 554. 2.

Degeer. Ins. 6. tab. 19. fig. 1.

Habitat in Europa frequens.

4-maculata. 3. Tipula alis fusco-venosis: margine maculisque quatuor fuscis, abdomine supra flavescente. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 400. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 971. 3.

Habitat in Europæ pratis.

crocata. tab. 9. fig. 9. 4. Tipula alis macula fusca, abdomine atro, fasciis fulvis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 401. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 971. 4.

Tipula corpore nigro, fulvo flavoque variegato. *Geoffr. Ins.* 2. p. 553. 7. tab. 19. fig. 1.

Habitat in Europa frequens.

hortorum. 5. Tipula alis hyalinis: maculis sparsis obsoletis, *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 401. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 971. 6.

Tipula griseo-fusca, antennis filiformibus rufis, alis fusco, alboque maculatis. *Degeer. Ins.* 6. p. 344. 6.

Habitat in Europæ plantis oleraceis.

oleracea. 6. Tipula alis hyalinis, costa marginali fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 401. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 971. 5.

Tipula pratensis. *Degeer. Ins.* 6. tab. 18. fig. 12. 13.

Habitat ad radices plantarum, oleribus infesta.

variegata. 7. Tipula nigra, abdominis basi lateribusque rubris, flavo-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 402.

Ti-

Tipula variegata alis hyalinis, macula pallida obsoleta, corpore nigro luteoque variegato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 971. 7.

Habitat in Europæ hortis.

8. Tipula atra, alis albis, fasciis duabus punctoque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 402. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 972. 8. *contaminata.*

Habitat in Europæ humidis.

9. Tipula alis cinerascentibus: lunula marginali alba, corpore flavescente. *Fabr. Mantis.* 2. p. 322. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 972. 9. *lunata.*

Habitat in Europæ pratis.

10. Tipula thorace variegato, abdomine fusco, lateribus flavo maculatis, fronte fulva. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 403. *pratensis.*

Tipula pratensis alis subcinereis, vasis fuscis punctoque marginali obscuro, fronte fulva. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 972. 10.

Habitat in Europæ pratis, graminum radices destruens.

11. Tipula flavescens, dorso fusco, alis hyalinis, macula marginali nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 403. *dorsalis.*

Habitat in Germania, et in Italia.

12. Tipula fusco-cinerea, alis albis: costa nervisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 403. *plumbea.*

Habitat in Italia.

Antennæ nigræ. Pedes nigri femoribus basi testaceis.

13. Tipula alis hyalinis, puncto marginali fusco, abdomine flavo, lineis tribus fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 403. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 972. 12. *cornicina.*

Tipula alis subfuscis, thorace flavo, characteribus nigris, abdomine luteo, punctorum nigrorum lineis tribus longitudinalibus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 556. 5.

Roesel. Ins. 2. Musc. tab. 1.

Habitat in Europa, plantarum radices exedens.

atrata. 14. Tipula alis glaucis, puncto marginali corporeque atro, abdominis segmento primo pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 403. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 972. 14.

Tipula ichneumonea. Degeer. Ins.6. tab.19.fig.10.

Habitat in Europa.

Femina abdomine recurvo, subulato, acutissimo.

nigra. 15. Tipula alis fuscis, corpore atro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.972. 13.

Habitat in Europæ plantis.

bimaculata. 16. Tipula alis hyalinis, maculis duabus fuscis, abdominis medio maculato, ferrugineo, antennis plumosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 972. 15.

Habitat in Europa.

Mas abdomine immaculato.

annulata. 17. Tipula alis fusco-variegatis, femoribus annulo albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 404. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 973. 16.

Habitat in Europa.

6 punctata. 18. Tipula alis albis, punctis tribus marginalibus fuscis, thorace compresso fulvo, linea dorsali nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 405.

Habitat in Italia.

Caput nigrum, postice attenuatum. Abdomen fuscum ano rufo. Pedes fusci femoribus basi testaceis.

tripunctata. 19. Tipula alis hyalinis, punctis tribus marginalibus fuscis, corpore flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 405.

Habitat in Italia.

Statura et magnitudo sequentis. Distincta alarum punctis.

20.

20. Tipula alis immaculatis, corpore flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 405. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 973. 19. *flavescens.*

Habitat in Europæ campis.

21. Tipula alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo fusco. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 405. *Linn. Syst. Nat.* 2. p 973. 21. *regelationis.*

Habitat in Europæ terrestribus.

** *Alis incumbentibus.*

22. Tipula thorace virescente, alis albis puncto fusco, antennis plumosis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 324. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 974. 26. *plumosa.*

Tipula annularis. Degeer. Ins. 6. tab. 19. fig. 14. 15.

Habitat in Europæ paludosis.

23. Tipula pedibus anticis maximis motatoriis, annulo albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 406. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 974. 29. *moritatrix.*

Habitat in Europa frequens.

24. Tipula pedibus anticis motatoriis omnibus pallidis, alis fascia fuscescente. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 407. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 975. 32. *flexilis.*

Habitat in Europæ aquosis.

Corpus minimum nigricans; Antennæ plumosæ.

25. Tipula pedibus anticis maximis motatoriis, apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 407. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 975. 30. *vibratoria.*

Habitat in Europæ paludosis.

26. Tipula albida, antennis villosis, oculis atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 974. 24. *Arundineti.*

Habitat in Arundinetis choreas agens.

27. Tipula virescens, alis immaculatis, pedibus anticis longissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 974. 27. *littoralis,*

Reaum.

Reaum. Ins. 5. tab. 6. fig. 12. 13. 14

Habitat in Europæ maritimis.

monilis. 28. Tipula pedibus albis, annulis novem nigris, alis albo cinereoque variis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 975. 33.

Habitat in Europæ hortis.

macrocephala. 29. Tipula virescens, oculis thoracisque tergo nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 975. 36.

Habitat ad Europæ paludes, et loca humida.

Minima, agilis.

pusilla. 30. Tipula viridis, thoracis tergo maculis tribus nigris, antennis maris plumosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 975. 37.

Habitat ad Europæ fossulas, choreas agens.

Magnitudo pediculi.

brevicornis. 31. Tipula nigra glabra, alis margine nigricantibus, abdomine fusco, tibiis anticis spinosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 408. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 976. 42.

β. *Tipula ferruginata* atra glabra, alis fuscis, abdomine fusco ferrugineo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 976. 40.

Habitat in Europæ hortis, umbrosis.

Quiescit alis expansis abdomineque extenso.

Variat insuper tibiis anticis posticisque ferrugineis.

hortulana. 32. Tipula alis hyalinis, margine exteriori nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 409.

Tipula hortulana alis albis, margine exteriore nigro, thorace abdomineque rubro. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 977. 46.

β. *Tipula Marci* nigra glabra, alis nigricantibus, femoribus anticis introrsum sulcatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 976. 38.

Ha-

Habitat in Asparagi, et Pomonæ floribus.

Variat thorace abdomineque rubris et nigris, quas sæpius copula junctas observavit Cl. Fabricius.

33. Tipula nigra glabra, alis albis, puncto nigro, antennis brevibus, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 409. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 976. 41. *Degeer. Ins.* 6. tab. 27. fig. 12. 13. 17. *Johannis.*

Habitat in Europæ umbrosis.

34. Tipula atra oblonga hirta, alis costa nigricante. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 410. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 976. 44. *febrilis.*

Habitat in Europæ locis suffocatis.

35. Tipula cinerea alis albis, margine villoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 977. 51. *juniperina.*

Degeer. Ins. 6. tab. 25. fig. 7-13.

Habitat in Juniperi Triglochide, quam caussat.

36. Tipula hirsuta, alis deflexis ovatis, ciliatis, albo nigroque tessellatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 977. 48. *hirta.*

Degeer. Ins. 6. tab. 27. fig. 10. 11.

Habitat in Arctio Lappa.

Alæ apice albæ.

37. Tipula alis deflexis cinereis, ovato-lanceolatis ciliatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 977. 47. *phalænoides.*

Degeer. Ins. 6. tab. 27. fig. 6.

Habitat ad Europæ sterquilinia.

38. Tipula atra, alis iucumbentibus subciliatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 411. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 977. 49. *Persicariae.*

Habitat sub Persicariæ foliis revolutis rubris.

39. Tipula pallida, capite atro, abdomine rufescen- *palustris.*

scente. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 412. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 978. 54.

Habitat in Europæ paludosis.

longicornis. 40. Tipula antennis corpore incarnato longioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 412. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 978. 55.

Habitat in Europæ humidis.

pulicaris. 41. Tipula nigra, thoracis lateribus, scutello abdomineque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 412. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 979. 60.

Habitat ad Europæ fossas.

pennicornis. 42. Tipula antennis bipectinatis, corpore atro, halteribus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 412. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 979. 61.

Habitat in Aristolochiæ Clematitis floribus, fœcundationem promovens.

Pulice Minor.

177. BIBIO *Fabr.*

Muscæ *Sp. Linn.*

Proboscis membranacea, exserta, dorso canaliculato pro setis, capitulo bilabiato.

Haustellum vagina univalvi, cornea, reflexa, apice truncata, setas superne tegente.

Setae tres setaceæ, subæquales in canali proboscidis.

Palpi duo porrecti, filiformes ad basin lateralem proboscidis inserti.

Antennæ breves, cylindricæ basi connatæ.

Metamorphosis et *victus* ignorantur.

Caput globosum. Alæ extensæ.

plebeja. 1. Bibio cinereo hirta, abdomine conico, segmentis margine albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 413.

Mu-

Musca plebeja antennis filatis subulatis, corpore cinereo hirto, abdominis incisuris margine albis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 979. 1.

Habitat in Europa.

Variat thorace flavescente, abdomineque ferrugineo.

2. Bibio atra, abdomine conico, segmentis margine albis, alis maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 413. *marginata.*

Habitat in Italia.

Statura et magnitudo praecedentis. Alae maculis imprimis ad marginem crassiorem nigris.

3. Bibio villosa, albo-canescens, alis hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 413. *anilis.*

Musca anilis antennis filatis hirtis muticis, corpore villoso albo-canescente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 982. 20.

Habitat in Europa.

Abdomen conicum.

4. Bibio fusca, alis nigris albo-variegatis, scutello piceo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 413. *nigrita.*

Nemotelus tigrinus antennis acutis, corpore lato hirto, rufescente-atro, albo-maculato, alis albis nigro-maculatis. *Degeer. Ins.* 6. p. 206. 4. tab. 29. fig. 11.

Habitat in America, et in Italia.

5. Bibio hirta atra, alis nigris, apice hyalinis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 414. *morio.*

Musca Morio antennis filatis subulatis, corpore hirto atro, alis dimidiato-nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 981. 9.

Nemotelus morio. Degeer. Ins. 6. tab. 11. fig. 13.

Habitat in Europa.

6. Bibio hirta atra albo fasciata, alis nigris, margine tenuiore sinuato, hyalino. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 414. *Maura.*

Mu-

Musca maura antennis filatis subulatis, corpore hirto atro albo-fasciato, alis nigro-variis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 981. 11.

Nemotelus maurus. Degeer. Ins.6. tab. 11. fig.11.

Habitat in Europa.

Æthiops. tab. 9. fig. 10. 7. Bibio hirta atra, alis nigris, apice albis, punctis duobus, ano argenteo. *Fabr.Sp.Ins.*2.p.415.

Habitat in Italia.

Statura praecedentis. Caput et thorax nigra immaculata. Alae basi nigrae albo-punctatae apice albae punctis duobus distinctis nigris. Abdomen atrum albo-subfasciatum, anoque laete argenteo nitido.

Hottentotta. 8. Bibio hirta flavescens, alis hyalinis, costa fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 415.

*Musca hottentotta. Linn. Syst. Nat.*2. p. 981.13.

Nemotelus hottentottus. Degeer. Ins.6. tab.11.fig.7.

Habitat in Europa frequens.

Sabæus. 9. Bibio hirta atra, abdomine segmentorum marginibus albidis, alis albis basi exteriore nigris. *Fabr.Sp. Ins.* 2. p.416.

Habitat in Italia.

Magnitudo et statura praecedentis. Corpus hirtum atrum: halteres apice terminantur puncto flavo. Abdomen segmentorum marginibus parum albicantibus. Alæ albæ margine exteriori ultra medium nigro. Pedes nigri.

178. STRATIOMYS *Geoffr. Degeer. Fabr.*

Muscæ *Sp. Linn.*

Proboscis brevis, exserta, stipite recurvo, dorso canaliculato pro seta, capitulo incrassato, bilabiato.

Hau-

Haustellum absque vagina, constans *seta* unica, porrecta, medio dorsali proboscidis inserta, et in ejus canali recondita.

Palpi duo breves, subcapitati, medio laterali proboscidis inserti.

Antennæ porrectæ, basi connatæ, acuminatæ.

Larva aquatica, apoda, anulata, subcylindrica, postice attenuata, apice spiraculo pertusa, barbata.

Pupa immobilis, cylindrica, cute larvæ indurata tecta.

Victus larvæ ex animalculis aquaticis: imaginis e quisquiliis.

Thoracis apex aculeatus. Alæ incumbentes. Abdomen rotundum.

1. Stratiomys scutello bidentato luteo, abdomine nigro, fasciis lateralibus luteis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 416. *Chamæleon.*

Stratiomys fusca thorace subhirsuto ferrugineo, abdomine glabro plano ovato, lunulis sex luteis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 479. 1. tab. 17. fig. 4.

Musca Chamæleon. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 979. 3. *Roesel. Ins.* 2. *Musc.* tab. 5.

Habitat Larva in Europæ aquis dulcibus: Imago in floribus.

2. Stratiomys scutello bidentato, thorace rufo, utrinque spinoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 417. *Ephippium.*

Habitat in Europa.

3. Stratiomys scutello bidentato, abdomine atro, strigis lateralibus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 417. *Degeer. Ins.* 6. tab. 9. fig. 1. *microleon.*

Habitat in Europa.

4. Stratiomys scutello bidentato, abdomine atro, sub- *strigata.*

subtus strigis albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 417.
Habitat in Italia.

Præcedenti affinis. Antennæ basi connatæ, atræ. Caput et thorax cinereo pubescentia. Dentes scutelli flavi. Abdomen atrum, subtus strigis tribus albis.

hydroleon. 5. Stratiomys scutello bidentato nigro, abdomine viridi nigro angulato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 417.
Stratiomys fusca, abdomine viridi, fascia longitudinali nigra. *Geoffr. Ins.* 2. p. 481. 4.
Degeer. Ins. 6. tab. 9. fig. 4.
Habitat in Europæ aquis.

trilineata. 6. Stratiomys scutello bidentato, corpore viridi, thorace lineis, abdomine fasciis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 418.
Musca trilineata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 980. 6.
Habitat in Europæ aquosis.

hypoleon. 7. Stratiomys scutello bidentato flavo, corpore nigro flavo-variegato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 418.
Musca hypoleon antennis filatis acuminato-setaceis, thorace bidentato, margine striisque duabus flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 980. 7.
Habitat in Europa australiori.

mutica. 8. Stratiomys scutello inermi atra, abdomine niveo, apice atro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 419.
Musca uliginosa antennis clavatis mucronatis, abdominis dorso albo: segmentis duobus penultimis striga nigra. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 983. 22.
Habitat in Europa.

179. RHAGIO *Fabr.*
Muscæ *Sp. Linn.*

Proboscis membranacea, exserta dorso canaliculato

to pro setis stipite brevissimo, capituloque dilatato, adscendente, bilabiato.

Haustellum breve absque vagina, constans *setis* tribus filiformibus, inæqualibus, ad basin dorsalem proboscidis insertis.

Palpi duo porrecti, pilosi, filiformes, basi laterali proboscidis inserti.

Antennæ breves, filiformes.

Metamorphosis et victus ignorantur.

Thorax gibbus. Corpus elongatum. Abdomen subconicum.

1. Rhagio cinereus, abdomine flavescente, trifariam nigropunctato, alis nebulosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 419. *scolopaceus*. tab. 10. fig. 10.

Musca scolopacea. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.982.16.

Nemotelus scolopaceus antennis filatis setigeris, thorace nigro, abdomine flavescente supra nigro-punctato, pedibus flavis, alis fusco-maculatis. *Degeer. Ins.* 6. p. 162. 1. tab. 9. fig. 6.

Habitat in Europa.

2. Rhagio cinereus, abdomine flavescente, trifariam nigro punctato, alis immaculatis, thorace unicolore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 419. *tringarius*.

Musca tringaria. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 982.18.

Habitat in Europæ nemoribus.

Præcedenti affinis.

3. Rhagio cinereus, abdomine trifariam nigropunctaro, alis immaculatis, thorace maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 419. *Vermileo*.

Musca Vermileo. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 982.17.

Nemotelus Vermileo. *Degeer. Ins.* 6. tab.10.fig.9.

Habitat in Galliæ arena mobili.

4. Rhagio ater immaculatus, alis hyalinis, ma- *atratus*.

cula marginali nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 421.
Habitat in Italia.
Pedes nigri.

180. SYRPHUS *Fabr.*
Muscæ *Sp. Linn.*

Proboscis porrecta, exserta, membranacea, dorso pro setis canaliculata: stipite elongato, capitulo bilabiato.

Haustellum porrectum absque vagina, constans *setis* quatuor inæqualibus, basi dorsali proboscidis insertis.

Palpi duo filiformes, basi setarum exteriorum adhærentes.

Antennæ breves, subclavatæ, setigeræ.

Larva apoda, annulata, subcylindrica, postice attenuata.

Pupa immobilis, ovata, cute dura membranacea tecta.

Victus larvæ et imaginis e quisquiliis.

Corpore tomentoso, aut glabro a Musca pilosa distinguitur.

* *Antennis seta plumata.*

bombylans. 1. Syrphus antennis plumatis tomentosus niger, abdomine postice rufo. *Fabr. Sp. In.* 2. p. 421.
Musca bombylans. Linn. Syst. Nat. 2. p. 983. 25.
Habitat in Europæ nemoribus.

mystacea. 2. Syrphus antennis plumatis tomentosus niger, thorace abdominisque apice flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 421.
Musca mystacea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 983. 26.
Musca Bombylius. Degeer. Ins. 6. tab. 8. fig. 2.
Habitat in Europæ nemoribus.

3. Syr-

3. Syrphus antennis plumatis tomentosus, thorace antice flavo, abdominis apice albo, alis apice ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 422. *apiarius.*

Habitat in Italia.

Praecedenti affinis. Antennae plumatae, frons nigra. Thorax antice hirtus flavus, postice niger. Abdomen nigrum apice hirtum, album. Alae obscurae, basi ferrugineae.

** *Antennis seta nuda.*

4. Syrphus antennis setariis tomentosus, thorace lineis quatuor, abdomine fasciis tribus interruptis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 423. *pendulus.*

Musca pendula. Linn. Syst. Nat. 2. p. 984. 28.

Habitat in Europæ aquis stagnantibus.

Larva tubo filiformi respiratorio suspendenda.

5. Syrphus antennis setariis tomentosus, thorace nigro-fasciato, abdomine flavo, segmentorum marginibus lineaque dorsali atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 423. *floreus.* tab. 9. fig. 11.

Musca florea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 984. 29.

Musca antennis setariis tomentosa nigra, capite thoraceque pilis viridi-flavis, abdomine fasciis quatuor luteis; prima majore interrupta. *Degeer. Ins.* 6. p. 100. 2. tab. 6. fig. 2.

Habitat in Europæ floribus.

6. Syrphus antennis setariis tomentosus, abdomine ferrugineo, dorso nigro, alis crassioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 423. *subcoleoptratus.*

Conops subcoleoptrata antennis setariis, abdomine subferrugineo, alis præmorsis externe crassioribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1006. 13.

Habitat in Angliæ nemoribus, et minor in Italia.

7. Syrphus antennis setariis tomentosus, abdomine *nemorum.*

mine atro, cingulis tribus albis primo segmento lateribus luteo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 424.
Musca nemorum. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 984. 30.
Musca horticola. *Degeer. Ins.* 6. tab. 8. fig. 12.
Habitat in floribus frequens.

arbustorum. 8. Syrphus antennis setariis tomentosus, abdomine nigro, segmento primo secundoque latere ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 424.
Musca arbustorum. *Linn. yst. Nat.* 2. p. 984. 31.
Habitat in Europæ arbustis.

tenax. 9. Syrphus antennis setariis tomentosus, thorace griseo, abdomine fusco, tibiis posticis compresso-gibbis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 425.
Musca tenax. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 984. 32.
Habitat in fimetis, cloacis, aquis putrescentibus.
Larva tenacissima vix prelo destruenda.

lucorum. 10. Syrphus antennis setariis tomentosus, thorace griseo, abdomine atro, segmento primo toto albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 426.
Musca lucorum. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 985. 36.

clavipes. 11. Syrphus antennis setariis tomentosus cinereus, thorace fascia nigra, abdominis apice fulvo, femoribus posticis arcuatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 427.
Habitat in Italia.
Corpus magnum, elongatum. Abdomen cylindricum. Alæ albidæ. Pedes nigri.

bicinctus. 12. Syrphus antennis setariis elongatis niger, thorace lateribus punctis, abdomineque cingulis duobus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 427.
Musca bicincta. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 985. 38.
Degeer. Ins. 6. tab. 7. fig. 16.
Habitat in Europæ floribus.

arcuatus. 13. Syrphus antennis setariis elongatis niger, tho-

thorace maculis lateralibus, abdomine cingulis quatuor arcuatis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 427.

Musca arcuata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 985. 39.

Degeer. Ins. 6. tab. 7. fig. 14.

Habitat in Europæ floribus.

Scutellum flavum macula nigra: Antennae capite longiores.

14. Syrphus antennis setariis elongatis tomentosus, thorace immaculato, abdomine nigro griseoque mutabili. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 428. *mutabilis.*

Musca mutabilis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 985. 40.

Habitat in Europa boreali.

15. Syrphus antennis setariis elongatis tomentosus, thorace cærulescente, abdomine obscure violaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 428. *devius.*

Musca devia. Linn. Syst. Nat. 2. p. 985. 41.

Habitat in Europa.

16. Syrphus antennis setariis nudus, thorace æneo, abdomine ferrugineo, apice nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 428. *segnis.*

Musca segnis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 988. 57.

Musca oblonga, thorace æneo, abdomine anterius flavo, posterius nigro. *Geoffr. Ins.* 2. p. 526. 62.

Degeer. Ins. 6. tab. 7. fig. 10.

Habitat in Europæ nemoribus.

Variat abdomine antice ferrugineo nigro maculato.

17. Syrphus antennis setariis tomentosus, thorace subæneo, femoribus posticis clavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 429. *femoratus.*

Musca femorata. Linn. Syst. Nat. 2. p. 988. 58.

Habitat in Europa.

Abdomen mox nigrum, mox pube ferruginea.

conopseus. 18. Syrphus antennis setariis nudus niger, thorace lineis lateralibus, abdomine fasciis tribus flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 429.

Musca conopsoides antennis clavatis mucronatis basi coadunatis, corpore atro, abdomine cingulis tribus flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 982. 21.

Habitat in Europæ nemoribus.

ichneumoneus. 19. Syrphus antennis setariis elongatis cylindricis niger, fronte thoracis postico pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 429.

Musca ichneumonea. Linn. Syst. Nat. 2. p. 986. 42.

Habitat in Europa.

diophthalmus. 20. Syrphus antennis setariis nudus, thorace maculato, abdomine cingulis sex flavis, femoribus posticis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 430.

Musca diophthalma. Linn. Syst. Nat. 2. p. 986. 43.

Habitat in Europæ floribus.

vespiformis. 21. Syrphus antennis setariis nudus, thorace maculato, abdomine cingulis sex flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 430.

Musca vespiformis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 986. 44. *Degeer. Ins.* 6. tab. 7. fig. 13.

Habitat in Europæ floribus.

festivus. 22. Syrphus antennis setariis nudus, thorace lineis lateralibus, abdomine cingulis quatuor flavis, interruptis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 430.

Musca festiva. Linn. Syst. Nat. 2. p. 986. 45.

Habitat in Europæ floribus frequens.

coemeteriorum. 23. Syrphus antennis setariis nigro-æneus, abdomine depresso atro nitido, alis nigricantibus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 339.

Musca coemeteriorum. Fabr. Sp. Ins. 2. p. 443. 39. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 992. 82.

Ha-

Habitat in Europa.

24. Syrphus antennis setariis subtomentosus niger, abdomine basi pellucido, cingulisque duobus albidis interruptis. *Fabr. Sp. Ins.* 2.p.431. *glaucius.*

Musca glaucia. Linn. Syst. Nat. 2. p. 986.47.

Habitat in Europæ floribus.

25. Syrphus antennis setariis subtomentosus ater, abdominis primo segmento maculis duabus pellucidis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 431. *noctilucus.*

Musca noctiluca. Linn. Syst. Nat. 2. p.986. 48.

Habitat in Europæ floribus.

26. Syrphus antennis setariis subtomentosus fuscus, abdomine subgloboso atro, cingulis quatuor albis, squamis halterum buccatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 432. *gibbosus.*

Musca gibbosa. Linn. Syst. Nat. 2. p. 987.49.

Habitat in Europæ floribus.

27. Syrphus antennis setariis nudiusculus, thorace immaculato, abdomine cingulis quatuor flavis, primo interrupto. *Fabr. Sp.Ins.*2.p.432. *Ribesii.*

Musca Ribesii. Linn. Syst. Nat. 2. p. 987. 50.

Musca abdomine ovato nigro, lunularum pari cingulisque tribus flavescentibus. *Geoffr. Ins.* 2. p. 511. 37.

Degeer. Ins. 6. tab. 6. fig. 8.

Habitat inter Aphides Ribis.

28. Syrphus antennis setariis niger nudiusculus, thorace immaculato, abdomine bis tribus lunulis albis recurvatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p 432. *Pyrastri.*

Musca Pyrastri. Linn. Syst. Nat. 2. p. 987.51.

Musca thorace nigro viridi, abdomine atro ovato, tribus paribus lunularum albicantium. *Geoffr. Ins.* 2. p. 517. 46.

Musca Rosæ. *Degeer. Ins.* 6. tab. 6. fig. 18.
Habitat inter Aphides Pyri.

Menthastri. 29. Syrphus antennis setariis nudus niger, thorace maculato, abdomine cingulis quatuor scutelloque flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 433.
Musca menthastri. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 987. 53.
Musca thorace nigro viridi, apice flavo, abdomine nigro, fasciis luteis transversis æqualibus. *Geoffr. Ins* 2. p. 514. 41.
Habitat inter Aphides larva: Syrphus in floribus mellisugus.

mellinus. 30. Syrphus antennis setariis nudus, thorace subæneo immaculato, abdomine maculis octo lutescentibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 433.
Musca mellina. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 988. 55.
Habitat inter Europæ Aphides.
Plures extant hujus varietates.

scriptus. 31. Syrphus antennis setariis nudus, thorace lineis, abdomineque lineari fasciis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 434.
Musca scripta. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 987. 54. *Roes. Ins.* 2. *Musc.* tab. 6.
Habitat inter Aphides larva, in floribus Syrphus.

pipiens. 32. Syrphus antennis setariis nudus, abdomine utrinque albo-maculato, femoribus posticis clavatis dentatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 434.
Musca pipiens. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 988. 56. *Degeer. Ins.* 6. tab. 7. fig. 8.
Habitat in Europæ floribus.

181. MUSCA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*
Proboscis exserta, basi fracta, dorso canaliculato pro seta, stipite corneo, porrecto, capitulo vesiculoso, bilabiato. *Han-*

Haustellum breve absque vagina, constans seta unica brevi, proboscidis basi fractæ inserta.

Palpi duo compressi, porrecti, extrorsum crassiores, basi laterali proboscidis inserti.

Antennæ breves clavatæ, seta instructæ.

Larva apoda, anulata, mollis, subcylindrica, postice attenuata.

Pupa immobilis, ovata, cute dura, coriacea tecta.

Victus larvæ e cadaveribus, animalculis, stercore: imaginis e quisquiliis.

* *Antennis seta plumata.*

1. Musca antennis plumatis fusca, abdomine pellucido, cingulis tribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 435. *inanis.* tab. 9. fig. 12.

Musca inanis. Linn. Syst. Nat. 2. p. 989. 61.

Musca apivora antennis plumatis pilosa, capite flavo, thorace nigro, abdomine fasciis flavis nigrisque, alis flavescentibus fusco-maculatis. *Degeer. Ins.* 6. p. 56. 3. tab. 3. fig. 4.

Nemotelus niger, abdomine niveo, fasciis duabus nigris. *Geoffr. Ins.* 2. p. 543. 1. tab. 18. fig. 4.

Habitat in Europæ nemoribus.

2. Musca antennis plumatis nigra, abdominis segmento primo pellucido albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 435. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 989. 62. *pellucens.*

Volucella abdomine antice albo, postice nigro, alis albis, nigra macula. *Geoffr. Ins.* 2. p. 540. 1. tab. 18. fig. 3.

Habitat in Europæ umbrosis.

3. Musca antennis plumatis pilosa nigra, fronte aurea, alis basi ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 435. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 989. 63. *meridiana.*

Habi-

Habitat in Europæ nemoribus frequens.

carnaria. 4. Musca antennis plumatis pilosa nigra, thorace lineis pallidioribus, abdomine nitido tessellato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.436. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 990. 68.

Musca vivipara major. *Degeer. Ins.* 6. tab. 3. fig. 5. *Roes. Ins.* 2. *Musc.* tab. 9. fig. 10.

Habitat in Europæ cadaveribus.

Ano fulvo a domestica differt.

lardaria. 5. Musca antennis plumatis nigra, thorace abdomineque tessellatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.436.

Habitat in Europa.

Minor Musca carnaria, cui simillima. Thorax et abdomen obscure tessellata. Abdomen magis globosum, obtusum. Pedes nigri.

maculata. 6. Musca antennis plumatis cinerea, thorace abdomineque maculis numerosis atris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 342.

Musca maculata antennis plumatis pilosa nigra, thorace nigro-lineato, abdomine atro maculato, ano bipunctato. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 990. 70.

Habitat in Europæ floribus.

Musca domestica paullo major. Caput cinereum proboscide antennisque atris. Thorax cinereus maculis longitudinalibus atris. Abdomen ovatum, cinereum, nitidulum maculis plurimis, punctisque duobus ultimi segmenti atris. Subtus in medio lineæ duæ nigræ. Alae albidae, immaculatae. Pedes nigri.

domestica. 7. Musca antennis plumatis, thorace lineato, abdomine tessellato, subtus basi pallido. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 436. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 990. 69.

Habitat larva in stercore equino: Imago in domibus.

8. Mu-

8. Musca antennis plumatis pilosa viridi-nitens. pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.437. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 989. 64. *Caesar.*

β. *Musca caesarina. Scop. Ent. Carn.* 873.

Habitat in Europæ cadaveribus.

Varietas β. multo minor, sed simillima.

9. Musca antennis plumatis, thorace cupreo nitido, abdomine viridi-æneo, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 438. *cornicina.*

Habitat in Italia.

Vix a Musca Cæsare distincta. Labium lateribus argento nitet. Thorax cupreus immaculatus.

10. Musca antennis plumatis nitens, thorace cæruleo, abdomine viridi. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 989. 65. *cadaverina.*

Habitat in Europæ cadaveribus.

11. Musca antennis plumatis, thorace nigro, abdomine viridi æneo, pedibus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 438. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.989.66. *mortuorum.*

Habitat in Europæ cadaveribus.

Variat dimidio minor, estque italica.

12. Musca antennis plumatis, thorace nigro, abdomine cæruleo-nitente, fronte fulva. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 439. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 989. 67. *vomitoria.*

Habitat in Europæ cadaveribus.

13. Musca antennis plumatis, thorace lineato, abdomine subferrugineo nigro-maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 439. *vulpina.*

Musca antennis plumatis pilosa nigro-cinerea maculis nigris, thorace lineis quatuor nigris. *Degeer. Ins.* 6. p. 84. 13. tab. 3. fig. 22.

Habitat in Europa.

14. Musca antennis plumatis nigra, abdomine *corvina.*

testa-

testaceo, linea dorsali nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 440.

Habitat in Germania, inque Italia.

Magnitudo præcedentis: Caput nigrum orbita oculorum antice argentea, postice testacea. Thorax pilosus, niger. Abdomen testaceum linea dorsali nigra, quæ basi apiceque extenditur: scutellum testaceum ano nigro. Pedes nigri.

plebeja. 15. Musca antennis plumatis nigra, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 440.

Habitat in Europa.

Magnitudo sequentis. Thorax, et abdomen pilosa nigra. Scutellum testaceum. Pedes rufi, plantis nigris.

rustica. 16. Musca antennis plumatis grisea, femoribus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 440.

Habitat in Europa.

** *Antennis seta nuda.*

fera. 17. Musca antennis setariis nigra, abdominis lateribus testaceo diaphanis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 441. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 991. 74.

Musca nigra, abdomine hemisphærico luteo, fascia longitudinali nigra. *Geoffr. Ins.* 2. p. 509. 33.

Habitat in Europa frequens.

lurida. 18. Musca antennis setariis pilosa, thorace fusco; abdomine atro: lateribus basi testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 441.

Habitat in Europa.

Antennæ ferrugineæ, clava nigra. Os albidum. Thorax pilosus fuscus, scutello flavescente.

grossa. 19. Musca antennis setariis nigra, alis basi ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 441. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 991. 75.

De-

Degeer. Ins. 6 tab. 1. fig. 1.

Habitat in Europæ stercore bovino.

20. Musca antennis setariis pilosa atra nitens, alarum basi, squama, halteribusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 442. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 991. 77. *tremula.*

Habitat in Europa.

Minor Musca fera, magisque oblonga abdomine nitido.

21. Musca antennis setariis, thorace sublineato, abdomine subrotundo ferrugineo: linea longitudinali punctorum nigrorum. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 442. *rotundata.*

Musca nigra, abdomine hemisphærico rufo, punctorum nigrorum ordine longitudinali. *Geoffr. Ins.* 2. p. 509. 32.

Degeer. Ins. 6. tab. 1. fig. 11.

Habitat in Europa frequens.

22. Musca antennis setariis nigricans, scutelli apice subtestaceo, abdomine tessellato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 442. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 992. 78. *larvarum.*

Musca major larvarum. Degeer. Ins. 6. tab. 1. fig. 7.

Habitat in lepidopterorum larvis, in radicibus Brassicæ oleraceæ, unde radix strumosa et capita laxa.

23. Musca antennis setariis nigra, abdomine cinereo nigro fasciato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 443. *radicum.*

Musca radicum antennis setariis pilosa, abdomine cinereo, linea dorsali cingulisque quatuor nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 992. 79.

Habitat in Raphani radicibus.

24. Musca antennis setariis nigra, abdomine cylindrico, segmento secundo tertioque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 449. *brassicaria.*

Mu-

Musca cylindrica antennis setariis pilosa cinereo-nigra, abdomine cylindrico elongato medio rufo. *Degeer. Ins.* 6. p. 30. 9. tab. 1. fig. 12.
Habitat in Brassicæ radicibus.
Variat rarius abdomine ferrugineo linea dorsali baseos nigra.

canicularis. 25. Musca antennis setariis nigricans, abdominis segmento secundo tertioque latere diaphanis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 443. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 992. 80.
Habitat in Europa, sub canicula vespere et meridie sub arboribus choreas agens.

pluvialis. 26. Musca antennis setariis cinerea, thorace maculis quinque nigris, abdomine maculis obsoletis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 443. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 992. 83.
Habitat in Europa, ante pluviam choreas agens.

subsultans. 27. Musca antennis setariis tota atra, alis hyalinis, femoribus posticis saltatoriis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 444. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 993. 84.
Habitat in Europa, saliendo volitans.

roralis. 28. Musca antennis setariis aterrima, alis apice subalbicantibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 444. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 993. 85.
Habitat in Europa.

fenestralis. 29. Musca antennis setariis glabra atra, abdomine supra rugoso, strigis albis, alis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 444. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 981. 14.
Habitat in Europæ fenestris.
Parva. Pedes nigri, postici elongati. Strigæ abdominis albæ certo abdominis situ disparent.

meditabunda. 30. Musca antennis setariis pilosa obscura, abdomine cinereo, punctis quatuor fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 444.

Ha-

Habitat in Italia.

Media. Os albicat. Thorax pilosus, obscurus; immaculatus. Abdomen ovatum, cinereum punctis quatuor dorsalibus fuscis. Pedes nigri tibiis rufescentibus.

31. Musca antennis setariis cinerea, alarum costa pilis brevissimis serrata, abdomine pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 445. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 993. 86. *serrata.*

Musca latrinarum. Degeer. Ins. 6. tab. 1. fig. 15.

Habitat in Europæ latrinis.

32. Musca antennis setariis nigra, abdomine pallidiore, oculis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 445. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 993. 87. *cellaris.*

Habitat in Cellis vinariis.

33. Musca antennis setariis atra, abdomine cinerascente, alis basi subflavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 445. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 993. 88. *meteorica.*

Habitat in Europa, ingruente pluvia choreas agens.

34. Musca antennis setariis nigra, halteribus, plantis posticis, abdomineque virescenti-pallidis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 445. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 994. 90. *Frit.*

Habitat in Hordei glumis, grana destruens.

35. Musca antennis setariis atra, alarum costa nigra, alis ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 445. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 993. 89. *putris.*

Habitat in fimetis, caseo, pinguedine, aliisque. Larva saliens.

36. Musca antennis setariis glabra ænea, thorace viridi, abdomine oblongo cupreo, halteribus nudis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 446. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 994. 92. *cupraria.*

Mu-

Musca oblonga, capite viridi, thorace aureo, abdomine cupreo, alis macula fusca. *Geoffr. Ins.* 2. p. 525. 61.

Nemotelus cuprarius. *Degeer. Ins.*6. tab.12.fig.4.

Habitat in Europæ floribus.

aurata. 37. Musca antennis setariis nitida, thorace æneo, abdomine obtuso aureo. *Fabr.Mantis.*2.p.347.

Habitat in Europa.

Affinis Musc. Cupraria, at latior magisque obtusa. Caput nigrum. Thorax viridi æneus, nitidus. Abdomen obtusum, planum, aureum. Alæ obscuræ.

polita. 38. Musca antennis setariis nitida, thorace cæruleo, abdomine æneo, halteribus nudis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 446.

Musca polita antennis setariis glabra ænea, capite viridi, thorace abdomineque cæruleis, halteribus nudis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 994.93.

Habitat in Europa.

viduata. 39. Musca antennis setariis nigro-ænea, abdomine æneo, squamis halterum ciliatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 446. *Linn. Syst. Nat.* 2. p.994.94.

pubera. 40. Musca antennis setariis nigra, abdominis ultimo segmento incurvato, pube utrinque reflexa. *Fabr. Sp. Ins.*2. p.446. *Linn. Syst.Nat.* 2. p. 994. 95.

Habitat in Europa.

petronella. 41. Musca antennis setariis livida, fronte rubra, pedibus elongatis testaceis, geniculis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 447.

Musca petronella antennis setariis pilosa glabra livida, fronte rubra, cauda incurvata, pedibus elongatis testaceis. *Linn. Syst.Nat.*2.p.994.96.

Ha-

Habitat in Europa, supra aquas quietas cursitans.

42. Musca antennis setariis æneo viridis, cauda uncinata, pedibus elongatis lividis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 447. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 995. 97. *ungulata*

Musca thorace abdomineque viridi nitente, pedibus ferrugineis, alis trinerviis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 523. 56.

Nemotelus æneus. *Degeer. Ins.* 6. tab. 11. fig. 19. 20.

Habitat ad Europæ aquas frequens.

Pedes antici palmati sunt.

43. Musca antennis setariis æneo-viridis, cauda uncinata, alis macula nigra, apice albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 447. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 995. 98. *nobilitata*.

Habitat in Europa.

44. Musca antennis setariis nigra, alis fuscis, fasciis tribus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 448. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 995. 99. *arrogans*.

Habitat in Europa.

45. Musca antennis setariis pilosa grisea, abdomine cinereo, segmentorum marginibus nigricantibus. *Fabr. Mantis.* 2. p. 349. *latro*.

Habitat in Europa.

Thorax valde pilosus obscure griseus. Abdomen pilosum. Pedes testacei apice nigri. Alæ obscuræ.

46. Musca antennis setariis, thorace griseo, abdomine ferrugineo, alis punctis tribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 449. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 995. 103. *cucularia*.

Habitat in Europa.

Antennarum seta simplex, nivea.

47. Musca antennis setariis rufo-ferruginea, alis puncto obscuriore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 449. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 104. *scybalaria*.

Habitat in Europæ stercore.

stercoraria. 48. Musca antennis setariis grisea hirta, alis puncto obscuro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 449. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 105.
Habitat in Europæ stercore.

fimetaria. 49. Musca antennis subplumatis livens glabra, alis puncto obscuriore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 449. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 106.
Habitat in Europæ fimetis.

rufifrons. 50. Musca antennis setariis cinerea, capite ferrugineo, punctis duobus nigris, alarum costa nigra. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 449.
Habitat in Italia.
Caput rufum ore vesiculoso albo, punctisque duobus verticis nigris. Antennæ rufæ seta alba. Pedes ferruginei.

reticulata. 51. Musca antennis setariis pilosa cinerea, alis obsolete reticulatis, costa albo nigroque punctata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 450.
Habitat in Italia.
Caput cum antennis rufum ore niveo.

parietina. 52. Musca antennis setariis cinerea, alis fuscis albo-punctatis maculatisque, fronte testacea. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 450. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 107.
Habitat in Europæ floribus.

umbrarum. 53. Musca antennis setariis cinerea, abdomine nigro-fasciato, alis fuscis albo-maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 450. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 108.
Habitat in Europæ floribus.

vibrans. 54. Musca antennis setariis, alis hyalinis apice nigris, capite rubro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 450. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 112.
Habitat in Europæ arboretis alas continuo vibrans.

55.

55. Musca antennis setariis, alis apice puncto laterali nigro, abdomine cylindrico. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 451. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 997. 113. *cynipsea.*

Habitat in Europæ hortis.

Odorem fragrantem spargunt. Femora antica subtus denticulata sunt.

56. Musca antennis setariis atra, alis nigris apice albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 451. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 996. 109. *grossificationis.*

Habitat in Europæ frutetis.

57. Musca antennis setariis flavescens, abdomine atro, alis punctis duobus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 451. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 997. 114. *combinata.*

Habitat in Europæ frutetis.

Magnitudo dupla Pediculi.

58. Musca antennis setariis flava, antennis apice puncto nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 452. *flava.*

Musca flava antennis setariis flava nuda, oculis viridissimis. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 997. 115.

Habitat in Europæ floribus.

Vix pediculo major. Duplo major ex Italia.

59. Musca antennis setariis flava, abdomine punctis nigris quatuor. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 453. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 997. 116. *4-punctata.*

Habitat in Europa.

Magnitudo muscæ flavæ.

60. Musca antennis setariis, alis unguiculatis albis, puncto centrali nigricante. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 453. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 997. 117. *æstuans.*

Habitat in Europa.

61. Musca antennis setariis, alis albis, thorace virescente, abdomine cinereo, lineis quatuor punctorum nigrorum. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 453. *Serratulæ.*

Linn. Syst. Nat. 2. p. 997. 118.

Habitat in Europæ Carduis.

germinationis. 62. Musca antennis setariis, alis albis, margine maculisque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 453. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 998. 122.

Habitat primo vere sub arborum foliis.

Urticæ. 63. Musca antennis setariis, alis albis, puncto terminali, fasciisqne tribus distinctis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 453. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 998. 123.

Habitat in Europæ Urtica.

Cerasi. 64. Musca antennis setariis, alis albis, fasciis fuscis inæqualibus, posticis exterius connexis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 453. *Linn. Syst. Nat. Nat.* 2. p. 998. 124.

Musca antennis setariis pilosa rufa, pedibus flavo-testaceis, oculis viridibus, scutello luteo, alis albis, fasciis inæqualibus flexuosis fuscis. *Degeer. Ins.* 6. p. 50. 19.

Habitat in cerasorum nucleis.

Cardui. 65. Musca antennis setariis nigra, alis albis, fascia flexuosa fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 454.

Musca Cardui antennis setariis, alis albis, linea geminata fusca S literæ figura, oculis viridibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 998. 126.

Habitat in Cardui floribus.

solstitialis. 66. Musca antennis setariis, alis albis, fasciis quatuor connexis nigris: scutello flavo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 454. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 999. 127.

Musca Arctii antennis setariis pilosa viridi-flava, oculis aureis, alis fasciis quaternis transversalibus pallide fuscis. *Degeer. Ins.* 6. p. 42. 16. tab. 2. fig. 10. 11.

Ha-

Habitat in Cardui floribus.

67. Musca antennis filatis apice setigeris, thorace viridi, abdomine cæruleo dilatato. *Schrank. Enum. Ins. Austr.* 899. *formosa.*

Musca formosa. Scop. Carn. 910. *Spec. Ins. Cal.* n. 228.

Habitat in ulteriori Calabria.

Corpus nigrum cærulescens. Thorax et abdomen post mortem cærulea. Oculi nigri. Pedes nigri geniculis rufis.

68. Musca antennis setariis, thorace viridi nitidissimo, abdomine lucido lanceolato, æneo-violaceo. *Scop. Carn.* 914. *iridata.*

Habitat in ulteriori Calabria.

Antennæ nigræ. Oculi fascia iridiformi. Thorax subovatus. Abdomen subtus nigricans. Pedes nigricantes. Alæ hyalinæ, linea fusca marginali.

69. Musca antennis setariis, thorace æneo, abdomine pellucido flavo; fasciis nigris alterne angustioribus. *Scop. Carn.* 929. *Spec. Ins. Cal.* n. 230. *cannabina.*

Habitat in Cannabi frequentissima.

Oculi rufi. Antennæ rufescentes. Scutellum luteum. Abdomen lanceolatum, compressum, fasciis nigris: binis ultimis solitariis, ceteris binatis alterne angustioribus. Linea nigra a basi ad secundum par fasciarum per medium decurrens. Pedes flavescentes.

70. Musca antennis setariis ferruginea, scutello pedibusque flavis, abdomine supra lineis duabus transversis interruptis nigris. Nobis. *Oleæ.*

Habitat in Drupis Oleæ, fructus pulpam consumens, ipsumque cariosum reddens. Unde in

quibusdam annis ante maturationem omnes decidunt Olivæ, inutilesque redduntur. Vera pestis Olivetorum. Conf. Memoria Rev. Canonici Giovene Melphictensis data Neap.an.1792.

Parva. Corpus ferrugineum. Frons, thoracis puncta duo utrinque, scutellum, halteres, pedesque lutea. Thorax supra nigricans, lineis duabus longitudinalibus obscurioribus. Abdomen supra lineis duabus transversis nigris interruptis. Alæ hyalinæ puncto terminali nigro. Anus stylo clavato in feminis.

Variat lineis abdominalibus, quæ quandoque referunt quatuor maculas nigras, quandoque crucem.

182. TABANUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Proboscis recta, exserta, membranacea, dorso canaliculato pro haustello: stipite brevi, capitulo ovato, bilabiato.

Haustellum porrectum, exsertum, longitudine proboscidis.

Vagina univalvis, concava, canalem proboscidis superne et ad latera claudens:

Setæ quinque æquales, compressæ, basi proboscidis dorsali insertæ.

Palpi duo æquales clavato-acuminati, ad latera setarum proboscidi inserti.

Antennæ breves, approximatæ, emarginato-acuminatæ.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e sanguine animalium hausto.

Oculi transversales. Abdomen ovale.

haustellatus. 1. Tabanus oculis fuscescentibus, abdomine atro, margi-

margine fulvo-pubescente, haustello corpore dimidio breviore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 455.

Habitat in Hispania, et apud nos.

Thorax pubescens fuscus. Abdomen atrum nitidum margine fulvo-pubescente.

2. Tabanus oculis virescentibus, abdominis dorso maculis albis trigonis longitudinalibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 455. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1000. 4. *bovinus.* tab. 9. fig. 13.

Tabanus thorace cinereo, abdomine flavescente, segmentis singulis triangulo albo. *Geoffr. Ins.* 2. p. 459. 1.

Degeer. Ins. 6. tab. 12. fig. 10. 11.

Habitat in Europa pecoribus infestus.

3. Tabanus alis hyalinis, abdomine fusco, ordine triplici albido maculoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 456. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1000. 5. *autumnalis.*

Habitat in Europa.

4. Tabanus oculis viridibus, abdominis segmentis margine luteis, pedibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 456. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1000. 7. *tarandinus.* tab. 9. fig. 14.

Habitat in Europa boreali, Tarandorum cornua tenella pungens, vulnerans, deformans.

5. Tabanus oculis fascia purpurea, corpore cinereo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 457. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1001. 12. *Bromius.*

Tabanus maculatus antennis lunulatis, oculis viridibus, fascia purpurascente unica, corpore griseo-cinereo nigroque variegato. *Degeer. Ins.* 6. p. 221. 3.

Habitat in Europa frequens.

Oculorum colores cum vita pereunt, aqua calida iterum reviviscunt.

6. Tabanus oculis fuscis cinereus, abdomine obscu- *italicus.*

scuro, basi pallido pellucido. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 457.

Habitat in Italia.

Statura præcedentis. Pedes pallide-ferruginei, apice nigri.

rusticus. 7. Tabanus oculis glaucis cinereus, fronte punctis duobus atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 458. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1000. 11.

Habitat in Europa.

tropicus. 8. Tabanus oculis fasciis ternis purpurascentibus, abdominis lateribus ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p 458. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1001. 14.

Tabanus fuscus, antennis lunulatis, oculis viridibus, fasciis ternis purpureis, pedibus fuscis, abdominis lateribus macula magna rufa. *Degeer. Ins.* 6. p. 220. 2. tab. 12. fig. 15.

Habitat in Europa, pecoribus molestus.

pluvialis. 9. Tabanus oculis fasciis quaternis undatis, alis fusco-punctatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 459. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1001. 16.

Tabanus antennis subulatis, oculis viridibus, fasciis quinis undatis purpureis, corpore fusco-cinereo, alis fusco-maculatis. *Degeer. Ins.* 6. p. 223. 5. tab. 13. fig. 1. 2.

Habitat in Europa.

cœcutiens. 10. Tabanus oculis viridibus nigro punctatis, alis maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 459. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1001. 17.

Tabanus fuscus, abdominis lateribus pedibusque flavis, alis maculis fuscis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 463. 8. *Degeer. Ins.* 6. tab. 13. fig. 3.

Habitat in Europa.

lugubris. 11. Tabanus oculis corporeque nigris, alis fuscis,

scis, macula alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 460. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1001. 18.

Habitat in Europa.

183. RHINGIA *Scop. Fabr.*
Conopis *Sp. Linn.*

Proboscis recta, porrecta, membranacea, dorso canaliculato pro setis: stipite retractili, capitulo ovato, bilabiato.

Haustellum rectum porrectum, vagina univalvi, cornea, fornicata, apice acuminata, setas proboscidemque continente, totumque os obtegente.

Setæ quatuor subulatæ, corneæ, subæquales.

Palpi duo breves, filiformes, sub apice setarum lateralium inserti.

Antennæ breves, approximatæ, compressæ, extrorsum crassiores, setigeræ.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e rapina Antliatorum, Glossatorum.

1. Rhingia thorace sublineato; rostro abdomine pedibusque testaceis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 460. *Mantis.* 2. p. 357. *Scop. Carn.* 972. *rostrata.*

Conops rostrata antennis setariis nigra, abdomine ovato flavo lævi, rostro conico. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1004. 1.

Musca rostrata. Degeer. Ins. 6. tab. 7. fig. 21. 22.

2. Rhingia thorace lineato, abdomine nigro: maculis lateralibus flavis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 357. *lineata.*

Habitat Hafniæ.

Statura Syrphi, at labium elongatum, corneum, proboscidem involvens, flavum, apice emarginatum,

natum, nigrum. Antennæ breves, clavatæ, nigræ, clava ferruginea seta nigra. Thorax niger lineis quatuor albis scutelloque testaceo. Abdomen nigrum utrinque maculis tribus ultimoque segmento flavis. Alæ albidæ. Pedes flavi femoribus cingulo albo.

184. ASILUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Proboscis nulla.

Haustellum rectum, porrectum, basi gibbum: constans *vagina* bivalvi, cornea, basi gibba, setas continente.

Setæ tres porrectæ, filiformes, acutæ, inæquales.

Palpi duo, breves, filiformes, pilosi, ad basin lateralem haustelli inserti.

Antennæ breves, approximatæ, filiformes.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e rapina inprimis Antliatorum, Glossatorum.

crabroniformis. 1. Asilus abdomine tomentoso antice segmentis tribus nigris, postice flavo inflexo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 461. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1007. 4.

Asilus ferrugineus abdominis articulis tribus prioribus atris, posterioribus quatuor flavis. *Geoffr. Ins.* 2. p. 468. 3. tab. 17. fig. 3.

Degeer. Ins. 6. tab. 14. fig. 3.

Habitat in Europa frequens.

ephippium. 2. Asilus hirsutus ater, thorace basi albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 461.

Asilus dorsalis hirsutus niger, antennis muticis, thorace postice villis viridi flavis. *Degeer. Ins.* 6. p. 239. 2. tab. 13. fig. 9.

Habitat in Germania.

3. Asi-

3. Asilus hirsutus niger, abdomine postice albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 461. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1007. 6. *gibbosus.*

Asilus Bombylius hirsutus niger, antennis muticis, abdomine postice albido-griseo, capite villis griseis. *Degeer. Ins.* 6. p. 238. 1. tab. 13. fig. 6. 7.

Habitat in Europa.

4. Asilus hirsutus ater, barba albida. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 462. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1007. 7. *ater.*

Asilus totus niger subhirsutus, alis atris. *Geoffr. Ins.* 2. p. 469. 5.

Habitat in Europa.

5. Asilus ater, alis nigris, fronte alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 462. *diadema.*

Habitat in Italia. tab. 5. fig. 15.

Statura praecedentis, a quo differt fronte sub antennis alba, barba vero nigra, alisque nigris.

6. Asilus hirsutus niger, thorace postice cinereo, abdomine supra hirsuto fulvo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 462. *flavus.*

Asilus flavus niger hirsutus, thorace postice flavo, abdomine supra fulvo, plantis ferrugineis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1007. 8.

Degeer. Ins. 6. tab. 13. fig. 10.

Habitat in Europa.

Barba capitis albida.

7. Asilus hirsutus ater, abdomine violaceo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 462. *violaceus.*

Habitat in Germania.

8. Asilus niger, abdomine supra fulvo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 462. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1007. 9. *fulvus.*

Asilus rufus. Degeer. Ins. 6. tab. 13. fig. 15.

Ha-

Habitat in Europa.

Abdominis segmenta omnia excepto primo et ultimo dorso fulvo.

punctatus. 9. Asilus hirtus, thorace cinereo pubescente, abdomine atro, punctis tribus marginalibus albis, maculisque duabus dorsalibus rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 463.

Habitat in Italia.

Magnitudo præcedentis. Caput fronte barbaque cinereis. Antennæ nigræ. Pedes atri. Alae fusco-ferrugineae.

marginatus. 10. Asilus halteribus abdominisque incisuris flavis, femoribus nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 463. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1008. 10.
Degeer. Ins. 6. tab. 14. fig. 1.

Habitat in Europa.

forcipatus. 11. Asilus hirtus cinereus, ano pedibusque nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 463.

Asilus forcipatus hirtus subcinereus, lateribus flavis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1008. 13.

Asilus cinereus. Degeer. Ins. 6. tab. 14. fig. 9.

Habitat in Europa.

cingulatus. 12. Asilus cinereus, tibiis rufis nigro-anulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 464.

Habitat in Italia.

Corpus minus As. forcipato. Pedes nigri femoribus rufis annulis duobus nigris.

tipuloides. 13. Asilus cinereus nudus, pedibus ferrugineis, plantis nigris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 464.

Asilus tipuloides cinereus nudus, thoracis lineis dorsalibus tribus nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1008. 14.

Habitat in Europa.

14.

14. Asilus niger, thorace fugaci aureo-maculato, abdomine utrinque maculis quinque albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.465. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1008. 11. *teutonus.*

Habitat in Germania.

Pedes rufi apicibus nigris.

15. Asilus cinereus, abdomine atro, segmentorum marginibus albis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p.465. *cinctus.*

Habitat in Germania.

Parvus. Caput et thorax obscure cinerea halteribus flavis. Abdomen atrum nitidum segmentorum marginibus albis. Pedes nigri.

16. Asilus ater nudus, pedibus halteribusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 465. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1008. 15. *oelandicus.*

Asilus cylindricus glaber niger, antennis setigeris, abdomine elongato cylindrico, apice clavato, pedibus flavis, alis corpore brevioribus. *Degeer. Ins.* 6. p. 249. 10. tab. 14. fig. 13.

Habitat in Europa.

Variat alis nigris et hyalinis, et interdum pedibus nigris.

17. Asilus ater glaber, femoribus posticis longitudine abdominis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 466. *culiciformis.*

Habitat in Anglia.

185. CONOPS *Linn. Degeer. Fabr.*
Asili *Sp. Geoffr.*

Proboscis porrecta, elongata: stipite corneo ultra basin geniculato, dorso canaliculato pro seta, capitulo ovato, bilabiato.

Haustellum vagina univalvi, valvula concava, proboscidis canalem claudente: *seta* unica cylin-

lindrica, acuta, longitudine proboscidis, ejusque geniculo inserta.

Palpi duo brevissimi, filiformes, lateribus geniculi proboscidis adhærentes.

Antennæ approximatæ, clavato-acuminatæ.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e succo animalium hausto.

Proboscis geniculata, setiformis, longa. Abdomen clavatum inflexum.

vesicularis. 1. Conops nigricans, occipite vesiculari, abdomine flavescente basi nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 466.

Conops vesicularis antennis clavatis mucronatis subferrugineis subconnexis, occipite vesiculari, abdomine glauco-flavescente. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1005. 4.

Habitat in Europæ nemoribus.

aculeata. 2. Conops atra, abdominis incisuris thoracisque punctis duobus anticis flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 466. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1005. 6.

Conops 4-fasciata nigra, antennis nigris, abdomine fasciis quatuor transversis apiceque flavis, pedibus rufis. *Degeer. Ins.* 6. p. 261. 1. tab. 15. fig. 1.

macrocephala. 3. Conops nigra, abdomine segmentis quatuor margine flavis, antennis pedibusque rufis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 466.

Conops macrocephala antennis clavatis mucronatis, luteis, abdomine subcylindrico glabro, segmentis quatuor margine flavescentibus. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1005. 5.

Habitat in Europæ nemoribus.

flavipes. 4. Conops nigra glabra, abdomine cylindrico, seg-

segmentis tribus margine flavis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 467. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1005. 7.

Habitat in Europa.

5. Conops nigra fronte flava antennis pedibusque ferrugineis, abdomine petiolato, alis dimidio fuscis. *Degeer. Ins.* 6. p. 265. 4. tab. 15. fig. 9. *ichneumoniformis.* tab. 9. fig. 16.

In nostris Collibus occurrit, sed rara.

Habitu Ichneumonem refert. Frons flava linea in medio ramosa nigra. Alæ secundum longitudinem externe fuscae, interne hyalinae.

186. STOMOXYS *Geoffr. Fabr.*
Conopis *Sp. Linn.*

Proboscis nulla.

Haustellum porrectum, elongatum, ultra basin geniculatum: constans *vagina* univalvi, cornea, convoluta, basi compressa, apice fissa, setas continente.

Setae duae æquales, filiformes, acutissimæ, superiori crassiori inferiorem vaginante.

Palpi duo breves, filiformes, basi haustelli inserti.

Antennae breves, approximatæ, inflexæ, apice crassiores, obtusæ, setariæ.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e sanguine animalium hausto.

Haustellum porrectum, setiforme, geniculatum.

1. Stomoxys antennis subplumatis grisea, pedibus atris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 467. *calcitrans.*

Stomoxys. Geoffr. Ins. 2. p. 539. 1. tab. 18. fig. 2.

Conops calcitrans antennis subplumatis cinerea glabra ovata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1004. 2.

Musca

Musca pungens. *Degeer. Ins.* 6. tab. 4. fig. 12.
Habitat ad pedes Boum, unde eorum continuus calcitratus: ingruente pluvia strenue pungit.
Simillima Muscae domesticae, *at rostrum hujus Generis*.

irritans. 2. Stomoxys cinerea subpilosa, abdomine nigro-maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 468.
Conops irritans antennis setariis cinerea subpilosa, ovata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1004. 3.
Habitat in Europa pecorum dorso copiose insidens.

pungens. 3. Stomoxys cinerea, femoribus nigris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 362.
Habitat in Europa, pecorum dorso inhians.
Statura Stom. irritantis, *sed multo minor. Corpus totum parum pilosum*, *obscure cinereum*, *alis albidis*, *immaculatis*.
Variat interdum abdomine obscuriore.

187. MYOPA *Fabr.*

Conopis *Sp. Linn.*
Asili *Sp. Geoffr.*
Sicus *Scop.*

Proboscis nulla.
Haustellum porrectum, elongatum, basi medioque geniculatum: constans *vagina* bivalvi valvulis æqualibus: *seta* unica rigida, subulata, geniculo vaginæ inserta.
Palpi duo breves, pilosi, extrorsum crassiores, haustelli basi laterali inserti.
Antennæ incurvæ clavato-acuminatæ, setigeræ.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis, e succo animalium hausto.

ferruginea. 1. Myopa abdomine cylindrico incurvo, fronte lutescente. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 468.

Conops

Conops ferruginea. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1005.8.
Sicus ferrugineus. *Scop. carn.* 1004.
Habitat in Europæ nemoribus.

2. Myopa ferruginea, thoracis dorso nigro. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 468. *testacea*.

Conops testacea antennis setariis testacea, abdomine subovato hamoso, facie vesiculari alba, alis hyalinis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1006. 11.
Habitat in Europa.
Praecedente major. *Os vesiculosum flavescens*. *Halteres flavi*.

3. Myopa ferruginea, abdomine hamoso griseo, facie vesiculari alba, alis nebulosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 469. *buccata*.

Conops buccata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1006.12.
Sicus buccatus. *Scop. carn.* 1005.
Habitat in Europæ nemoribus.

188. CULEX *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Proboscis nulla.
Haustellum rectum, porrectum: constans *vagina* exserta univalvi, flexili, setas continente.
Setae quinque subæquales, acutæ.
Palpi duo, æquales, filiformes, pilosi, triarticulati, ad latera haustelli inserti.
Antennae filiformes, sæpius pectinatæ.
Larva aquatica, apoda, thorace incrassato, abdomine cylindrico, respiratorio cylindrico ani.
Pupa quiescens, incurvata, ovata, respiratoriis duobus corniformibus dorsi.
Victus larvæ ex insectis aquaticis minutissimis: imaginis e sanguine mammalium hausto.

Maris palpi porrecti longitudine rostri : feminæ vero abbreviati.

pipiens. 1. Culex cinereus, abdomine anulis fuscis octo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 469. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1002. 1.

Geoffr. Ins. 2. tab. 19 fig. 4.

Roesel. Ins. 3. *Suppl.* tab. 15.

Habitat in Europæ aquosis paludosis. In locis australioribus major, magis venenatus.

Insectum pipiens, continuo susurro puncturaque molestissimum.

Mas antennis pectinatis.

bifurcatus. 2. Culex fuscus, thorace sublineato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 469.

Culex bifurcatus fuscus, rostro bifurco. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1002. 3.

Habitat in Europæ paludosis.

pulicaris. 3. Culex fuscus, alis albis, maculis tribus obscuris. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 470. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1003. 4.

Habitat in Europa.

Insectum reptans, mordens punctum fuscum relinquens.

reptans. 4. Culex niger, alis hyalinis, pedibus nigris, anulo albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 470. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1003. 5.

Habitat in Europa frequentissimus; tempore vespertino reptatu molestissimus.

equinus. 5. Culex abdomine fusco, fronte alba. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 470. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1003. 6.

Habitat in Europa inter crines Equorum cursitans.

189. EMPIS *Linn. Degeer. Fabr.*

Proboscis elongata, exserta, inflexa, haustelliformis : stipite cylindrico canaliculato pro haustello, capitulo elongato, bilabiato.

Haustellum proboscide brevius, inflexum.

Vagina univalvis, cornea, cylindrica, apice fissa, setas continens.

Setae tres, rigidæ, filiformes, inæquales.

Palpi duo breves, pilosi, reflexi, filiformes, triarticulati, ad proboscidis basin inserti.

Antennae approximatæ, breves, filiformes setariæ.

Metamorphosis ignota.

Victus imaginis e succo animalium, e rapina inprimis antliatorum.

In quibusdam speciebus proboscidis capitulum obsoletum.

Haustellum inflexum. Caput globosum.

1. Empis nigra, alis subrotundis fusco-ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 471. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1003. 1. *borealis*.

Degeer. Ins. 6. tab. 14. fig. 17.

Habitat in Europa vespere choreas instituens.

2. Empis nigra, pedibus posticis elongatis pennatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 471. *pennipes* tab. 9. fig. 17.

Empis pennipes antennis filatis nigra, pedibus posticis longis, alterius sexus pennatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1003. 2.

Habitat in Europa, frequens in Geranii sylvatici, et Cardaminis pratensis floribus.

Varietas duplo major ex Italia.

3. Empis cinerea, alis oblongis, macula costali nigra, cauda appendiculata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 471. *forcipata*.

Empis forcipata antennis filatis cinerea, alis oblongis, cauda appendiculata. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1004. 4.

Habitat in Europa.

livida. 4. Empis livida, thorace lineato, alis basi pedibusque ferrugineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 471.

Empis livida antennis filatis livida, thorace lineis tribus nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1003. 3. *Degeer. Ins.* 6. tab. 14. fig. 14.

Habitat in Europa in floribus Heraclei sphondylii frequens.

ciliata. 5. Empis nigricans, alis costa fusca, pedibus atris, posticis quatuor pennatis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 365.

Habitat in Europa.

Statura praecedentis. Caput parvum nigrum rostro testaceo. Thorax pilosus, nigricans, immaculatus. Abdomen conicum, nigrum, cinereo-subpubescens.

maculata. 6. Empis cinerea, rostro, abdominis lateribus pedibusque testaceis, alis maculatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 472.

Habitat in Italia.

Statura praecedentium. Caput fuscum rostro basi compresso, testaceo. Thorax cinereus, sublineatus. Abdomen cinereum linea laterali testacea. Alæ albae fusco-maculatae. Pedes testacei ungulis nigris.

stercorea. 7. Empis testacea, linea dorsali nigra, alis reticulatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 472. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1004. 5.

Habitat in Europa frequens in floribus umbellatis.

190. BOMBYLIUS *Linn. Degeer. Fabr.*
Asili *Sp. Geoffr.*

Proboscis nulla.
Haustellum elongatum, rectum, setaceum.
Vagina bivalvis, valvulis inæqualibus.
Setae tres, subulatæ, inæquales vagina contentæ.
Palpi duo breves, pilosi, triarticulati, basi laterali haustelli inserti.
Antennae breves, approximatæ, basi connatæ, subulatæ.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e nectare florum.
Haustellum porrectum longissimum.

1. Bombylius alis dimidiato-nigris sinuatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 472. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1009. 1. *major.*
Bombylius variegatus. Degeer. Ins. 6. tab. 15. fig. 10.
Habitat in Europa mel florum volitando hauriens.

2. Bombylius alis fusco-punctatis, corpore flavescente postice albo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 473. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1009. 2. *medius.* tab. 9. fig. 18.
Bombylius punctatus. Degeer. Ins. 6. tab. 15. fig. 12.
Habitat primo vere in Europæ arvis.

3. Bombylius alis immaculatis, corpore flavescente hirto, pedibus testaceis. *Fabr. Mantis.* 2. p. 366. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1009. 4. *minor.*
Habitat in Europæ arvis.

4. Bombylius alis basi fuscescentibus, corpore flavescente hirto, rostro pedibusque nigris. *Fabr. Mantis.* 2. p. 366. *minimus.*
Habitat in Germania.

Præcedenti dimidio minor. Rostrum, antennæ, pedes nigricantes. Alæ albidæ apice parum fuscescentes.

ater. 5. Bombylius alis basi seminigris ater, abdomine albo-maculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 473. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1010. 5.
Habitat in Germania.

fuscus. 6. Bombylius ater immaculatus, alis fuscis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 474.
Habitat in Italia.
Alae basi atrae, apice fuscae.

griseus. 7. Bombylius alis albis basi fuscis hirtus, thorace nigro albo-lineato, abdomine griseo. *Fabr. Mantis.* 2. p. 366.
Habitat in Hispaniæ floribus compositis.
Corpus pilis griseis parum densis hirtum.

virescens. 8. Bombylius alis albis immaculatis, corpore hirto virescente, rostro abbreviato. *Fabr. Mantis.* 2. p. 366.
Habitat in Hispaniæ floribus.
Rostrum breve vix longitudine capitis. Corpus totum pilis densis virescentibus tectum.

191. HIPPOBOSCA *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Proboscis nulla.
Haustellum breve, cylindricum, rectum.
Vagina bivalvis, valvulis æqualibus, setam continens.
Seta unica subulata.
Antennæ approximatæ, brevissimæ, filiformes.
Metamorphosis ignota.
Victus imaginis e sanguine animalium hausto.
Haustellum breve, cylindricum, nutans. Pedes unguiculis pluribus.

equina. 1. Hippobosca alis obtusis, thorace albo variegato,

gato, pedibus tetradactylis. *Fabr. Sp Ins.* 2. p. 474. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1010. 1.
Degeer. Ins. 6. tab. 16. fig. 1.

Habitat in Europa, pecoribus molesta, pupipara.

2. Hippobosca alis obtusis, thorace unicolore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 475. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1010. 2. *avicularia.*
Degeer. Ins. 6. tab. 16. fig. 21. 22.

Habitat in Avibus, Hirundinibus.

3. Hippobosca alis subulatis, pedibus hexadactylis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 475. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1010. 3. *Hirundinis.*

Habitat in Hirundinibus.

4. Hippobosca alis nullis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 475. *Linn. Syst. Nat* 2. p. 1011. 4. *Ovina.*

Habitat inter Ovium lanam.

192. PYCNOGONUM *Fabr.*

Haustellum porrectum, rectum, tubulosum, apice pertusum, absque setis.

Palpi duo filiformes ad basin haustelli inserti.

Duæ hujus species tantum adhuc notæ, inque mari Norvagico habitantes.

193. PEDICULUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Proboscis nulla.

Haustellum breve, cylindricum, retractile.

Vagina bivalvis, cylindrica, valvulis æqualibus setam continentibus.

Seta unica, recurva, subulata, rigida, acutissima.

Antennæ vix ullæ.

Larva hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.
Victus larvæ et imaginis e succo animalium hausto.
Pedes sex ambulatorii. Antennæ moniliformes. Os aculeo retractili. Abdomen depressum, sublobatum.

humanus. 1. Pediculus abdomine lobato cinereo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 476.
Habitat in capite, et vestimentis humanis.

pubis. 2. Pediculus abdomine postice emarginato, pedibus chelifomibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 476.
Habitat in hominis immundi pube, superciliis. Pellitur oleo Tabaci, mercurialibus, decocto lupinorum.

Cervi. 3. Pediculus. *Fabr. ib.* p. 477.
Habitat in Cervo Elapho, Dama.

Bovis. 4. Pediculus abdomine lineis transversis octo ferrugineis. *Fabr. ib.* p. 477.
Habitat in Europæ Bobus. Pellitur decocto Ledi et Sedi acris.

vituli. 5. Ped. abdomine acuminato plumbeo. *Fabr. ib.* p. 478.
Habitat in Europæ Bobus.

Equi. 6. Ped. Equi Caballi. *Fabr. ib.* p. 478.
Habitat in Europæ Equis.

Asini. 7. Ped. capite porrecto obtuso, abdomine ovato fusco-striato. *Fabr. ib.* p. 478.
Habitat in Europæ australis Asinis.

Tinnunculi. 8. Ped. capite sagittato, postice utrinque mucronato. *Fabr. ib.* p. 478.
Habitat in Falconibus, Tinnunculis.

Buteonis. 9. Ped. abdomine marginato, segmentis utrinque punctis duobus impressis. *Fabr. ib.* p. 478.
Habitat in Falcone Buteone.

10.

10. Ped. abdomine ovato albo, margine pedibusque rubris. *Fabr. ib.* p. 478. *Strigis.*

Habitat in Strigibus, Falconibus.

11. Ped. abdomine ovato, margine striato. *Fabr. ib.* p. 479. *Corvi.*

Habitat in Corvis.

12. Ped. abdomine ovato pallido, maculis lateralibus nigris. *Fabr. ib.* p. 479. *Cornicis.*

Habitat in Cornice.

13. Ped. thorace angustato, abdomine ovato pallido diaphano. *Fabr. ib.* p. 479. *infausti.*

Habitat in Corvo infausto.

14. Ped. capite obtuso fusco, punctis quatuor nigris. *Fabr. ib.* p. 479. *Picæ.*

Habitat in Corvo Pica.

15. Ped. abdomine oblongo albido fusco-fasciato. *Fabr. ib.* p. 479. *Cuculi.*

Habitat in Cuculo canoro.

16. Ped. capite emarginato, abdomine ovato, margine nigro-striato. *Fabr. ib.* p. 480. *Cygni.*

Habitat in Cygno.

17. Ped. filiformis pallidus, margine nigro-punctato. *Fabr. ib.* p. 480. *Anseris.*

Habitat in Anseribus feris, mansuetisque. Pellitur Pipere.

18. Ped. capite trigono, abdomine ovato pallido, dorso longitudinaliter nigricante. *Fabr. ib.* p. 480. *Sternae.*

Habitat in Sternis, Laris.

19. Ped. abdomine subclavato pallido, spiraculis niveis. *Fabr. ib.* p. 481. *Gruis.*

20. Ped. Fulicæ atræ. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1019. 27. *Fulicæ.*

Ha-

Habitat in Fulica atra.

Pavonis. 21. Ped. capite globoso maximo, corpore pallido fuscoque striato. *Fabr. ib.* p. 481.
Habitat in Pavonibus.

Meleagridis. 22. Ped. capite trigono obtuso, abdomine ovato griseo. *Fabr. ib.* p. 482.
Habitat in Gallopavonibus.

Gallinæ. 23. Ped. thorace capiteque utrinque mucronatis. *Fabr. ib.* p. 482.
Habitat in Gallinis domesticis.
Pellitur Pipere.

Columbae. 24. Ped. corpore filiformi ferrugineo postice clavato. *Fabr. ib.* p. 482.
Habitat in Columbis domesticis.

Emberizae. 25. Ped. pallide fuscus, abdomine albescente; maculis lateralibus fuscis, capite triangulo. *Fabr. ib.* p. 483.
Habitat in Europæ Emberizis.

Motacillæ. 26. Ped. capite cordato rufo, abdomine albo basi attenuato. *Fabr. ib.* p. 483.
Habitat in Motacilla Troglodyte.

Hirundinis. 27. Ped. pallescens, abdomine albo nigro-maculato. *Fabr. ib.* p. 483.
Habitat in Hirundine apode.

Apis. 28. Ped. filiformis ferrugineus. *Fabr. ib.* p. 484.
Habitat in Europæ Apibus.

194. ACARUS *Linn. Geoffr. Degeer. Fabr.*

Proboscis nulla.
Haustellum breve, porrectum, cylindricum.
Vagina bivalvis, valvulis æqualibus.
Seta ignoratur.

Palpi

Palpi duo porrecti, longitudine haustelli, ejusque basi laterali inserti.

Antennae filiformes, compressæ, pedes æmulantes.

Larva hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

Pupa hexapoda, agilis, currens, imagini simillima.

Victus larvæ et imaginis e succo animalium hausto.

Pediculus, et Acarus metamorphosi ad Ryngota accedunt.

Pedes octo. Oculi duo. Tentacula duo pediformia.

1. Acarus globoso-ovatus, macula baseos rotunda, antennis clavatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2.p.484. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1023. 7. *Ricinus.*

*Acarus ricinoides. Degeer. Ins.*7. tab. 5. fig.16.17.

Habitat frequens in Bobus, Canibus.

2. Acarus obovatus planus, macula baseos obovata. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 485. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1022. 3. *Reduvius.*

Degeer. Ins. 7. tab. 6. fig. 1. 2.

Habitat in Bobus, Canibus.

3. Acarus pedibus secundi paris crassissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 486. *Linn.Syst.Nat.* 2.p.1023.8. *crassipes.*

Habitat in Europæ terra, gregarius, agilis. In hortorum terra prægnante frequens.

4. Acarus thorace angulato cruciato, pedibus unguiculatis corpore longioribus. *Fabr. Sp.Ins.*2. p. 487. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1023. 9. *vespertilionis.*

Habitat in Vespertilione murino.

In plano incedere haud valet.

5. Acarus femoribus tertii paris crassissimis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 487. *Linn.Syst.Nat.* 2. 1023. 10. *passerinus.*

Degeer. Ins. 7. tab. 6. fig. 12.

Habitat in Passeribus variis.

6. Aca-

motatorius. 6. Acarus flavus, pedibus primis longissimis motatoriis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 487. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1023. 11.

Habitat in fungis agilis, pedibus anticis vibrans.

coleoptratus. 7. Acarus ater, lateribus angulato-acutis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 488.

Acarus coleoptratus ater, lateribus nigro-subcoleoptratis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1023. 13.

Acarus marginatus. Degeer. Ins. 7. tab. 8. fig. 6.

Habitat in Europæ arboribus sub cortice.

Aphidioides. 8. Acarus ruber, pedibus primis longissimis cursoriis, abdomine postice bicorni. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 488. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1023. 12.

Habitat in ligno putrescente.

telarius. 9. Acarus rubicundo-hyalinus, abdomine utrinque macula fusca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 488. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1023. 14. *Geoffr. Ins.* 2. p. 626. 11.

Degeer. Ins. 7. tab. 7. fig. 20-23.

Habitat in Europæ plantis inclusis, telas ducens filis parallelis, quibus plantas hybernaculorum suffocat. In Tiliæ foliis autumno frequens.

Siro. 10. Acarus albidus, femoribus capiteque ferrugineis, abdomine setoso. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 489. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1024. 15.

Acarus Farinae. Degeer. Ins. 7. tab. 5. fig. 15.

Habitat in Farina, Caseo diutius asservatis.

Scabiei. 11. Acarus albus, pedibus rufescentibus, posticis quatuor seta longissima. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 489.

Acarus scabiei subrotundus albus, pedibus rufescentibus brevibus, posticis quatuor seta longissima, plantis quatuor anticis fistulatis capitu-

pitulo terminatis. *Degeer. Ins.* 7. p. 94. 2. tab. 5. fig. 12. 13.

Habitat in ulceribus scabiei. Cutem hominis rugas sequens penetrat, titillationem et vesiculam excitat. Caussam nec symptoma morbi esse evincunt observata, analogia cum gallis, contagium, cura.

Praecedente multo minor, et distinctus.

12. Acarus abdomine ovato obtuso, postice setis quatuor longitudine corporis, declinatis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 490. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1024. 16. *lactis.*

Habitat in cremore lactis diu conservato, et in lactis vasis immundis.

13. Acarus pedibus setis duabus, abdominis ovati postico setis quatuor longitudine corporis horizontalibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 490. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1024. 17. *Dysenteriae.*

Habitat in doliis Cerevisiae ligneis, impuris.

14. Acarus niger, femorum geniculis subglobosis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 490. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1025. 19. *geniculatus.*

Habitat in arborum ramis emortuis.

15. Acarus abdomine distento rubro, lateribus obscurioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 490. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1025. 23. *baccarum.*

Habitat in baccis Ribis rubri, Grossulariae, aliisque.

16. Acarus abdomine rufo, pedibus posticis longissimis filiformibus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 491. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1025. 24. *Muscarum.*

Degeer. Ins. 7. tab. 7. fig. 1.

Habitat in Europae Muscis.

17.

Gymnopterorum. 17. Acarus abdomine rubro, utrinque punctis binis coccineis. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 491. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 26.

Acarus Libellulæ. Degeer. Ins. 7. tab. 7. fig. 9-11.

Habitat in Vespis, Apibus, Asilis.

Coleoptratorum. 18. Acarus ovatus rufus, ano albicante. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 491. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 27.

Acarus fucorum pallide fuscus flavescens, macula dorsali triangulari obscura, pedibus anticis longioribus. *Degeer. Ins.* 7. p. 112. 9. tab. 7. fig. 15.

Roesel. Ins. 4. tab. 1. fig. 10-15.

Habitat in Scarabæis, Nicrophoris.

Phalangii. 19. Acarus ovatus ruber, rostro porrecto, pedibus longioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 492. *Degeer. Ins.* 7. tab. 7. fig. 5.

Habitat frequens in Phalangiis, Araneisque, arcte adhærens.

rupestris. 20. Acarus fuscus, linea dorsali bicolore. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 492. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 28.

Habitat sub Europæ lapidibus frequens.

longicornis. 21. Acarus ruber, antennis bifidis rostro longioribus. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 492. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 29.

Chelifer. Geoffr. Ins. 2. tab. 20. fig. 5.

Habitat in Europæ rupibus.

littoralis. 22. Acarus ovatus ruber, rostro porrecto subulato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 493. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 30.

Habitat ad littora in petris.

Fungorum. 23. Acarus fusco rufescens, abdomine subglobo-

so

so glabro immaculato. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 493. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 31.

Habitat gregarius in Fungis.

24. Acarus subglobosus atro-cærulescens. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 493. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1026. 32. *Tremellæ.*

Habitat in Tremella juniperina.

25. Acarus ruber, linea dorsali duplici fusca, antice bifurca. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 494. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1027. 34. *salicinus.*

Habitat in Salicibus agilis.

26. Acarus fulvus, thoracis lateribus puncto rufo. *Fabr. Sp. Ins.* 2. p. 494. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 1027. 35. *croceus.*

Habitat in Salicis Rosa monstrosa.



ADDENDA

ADDENDA.

GENERA.

LETHRUS *Fabr. Scopol.*

Palpi quatuor cylindrici:
anteriores medio dorsi maxillæ:
posteriores labii apici inserti.
Mandibula exserta, adunco-falcata.
Maxilla cornea, labio duplo longior, apice truncata.
Labium integrum.
Antennæ clava truncata, tunicata.
Unica hujus species adhuc inventa, habitans sub terra in desertis Rossiæ, Tartariæ, Hungariæ.
Lethrus *cephalotes*. *Fabr. Mantis.* 1. p. 2.
Medius inter Lucanos, et Scarabaeos.

PAUSSUS *Dahl.*

Antennae clavatæ, biarticulatæ: clava solida, uncinata.
Paussus *microcephalus*. *Dahl. diss. big. insect. sist. Upsal.* 1775. *Fuesl. Arch. Ins.* tab. 13.
Habitat in America septentrionali.
Magnitudo Dermestid. lardarii. Totus niger: elytris truncatis.

SERROPALPUS *Hellenii.*

Palpi quatuor inæquales:
anteriores longiores profunde serrati: articulis quatuor; ultimo maximo, truncato, compresso apice patelliformi: *poste-*

posteriores subclavati.

Antennae setaceæ.

Thorax marginatus anterius caput excipiens: angulo utrinque prominente.

Caput deflexum.

Pedes fossorii.

Duæ hujus adsunt species: ambæ europææ, habituque ad *Buprestidem*, aut *Elaterem* accedunt. Hinc altera hujus species a *Linnaeo*, et *Fabricio* definita *Elater buprestoides*. Cl. Hellenius in nov. act. Stockolmiens. an. 1786. descripsit hoc Genus, primamque speciem pingi curavit in tab. 8. fig. 3-5.

PNEUMORA *Thunberg.*

Character Grylli.

Corpus ovatum, inflatum, hyalinum.

Caput inflexum, maxillosum.

Thorax convexus, subtus carinatus.

Elytra deflexa, membranacea.

Pedes cursorii.

Huc spectant: *Gryllus papillosus*, *Gryllus variolosus*, et *G. inanis Fabr.*; omnesque habitant ad Caput bonæ spei, observante *Cl. Thunbergio in act. Stockolm.* 1775. tab. 7. fig. 1. 2. 3.

MACROCEPHALUS *Svveder.*

Rostrum inflexum: vagina univalvi triarticulata setis tribus.

Antennae porrectæ, brevissimae, clavatæ.

Caput oblongum, supra cylindricum. Scutellum longitudine abdominis depressum, membranaceum.

Unica hujus species inventa in Georgia Americæ, habitu Cimicem referens, et a Cl. Swedero in act. nov. Stockolm. 1773. tab.8. fig. 1. descripta.

DIOPSIS *Dahl.*

Caput cornubus duobus, filiformibus non articulatis, capite multo longioribus, oculos in apice gerentibus.

Singulare hoc Insectum in America septentrionali et Guinea inventum, descriptum habetur a Dahl in Dissert. bigas Insectorum sistente Upsal. an. 1775., et depictum a Fuesly in Arch. Ins. 1. tab. 6.

HYDRACHNA *Mulleri*.

Caput, thorax, et abdomen coalita.

Palpi duo articulati.

Oculi duo, quatuor, sex.

Pedes octo.

Numerosæ occurrunt hujus species, omnes in aquis degentes, et a Cl. Mullero illustratæ. Genus quasi medium inter Acaros et Araneas. Tipulatum larvis et monoculis victitant.

SPECIES OMISSÆ.

Bostrichus niger coleoptris testaceis apice retusis bihamatis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 37. *bidentatus.* tab. 10. fig. 3.

Dermestes bidentatus. Herbst. apud Fuesl. Arch. Ins. tab. 10. fig. 10.

Habitat in Europa.

Deleatur figura citata in Bostricho typographo.

Magnitudo Bost. polygraphi. Caput et thorax nigra immaculata. Elytra obscure-testacea postice retusa denticulo elongato hamato nigro ad suturam. Pedes testacei.

Scarabæus exscutellatus; thorace retuso elevato, capitis cornu recurvo; clypeo fisso. *Fabr. Sp. Ins.* 1. p. 27. *Paniscus* tab. 10. fig. 11. 12.

Scarabæus Valgus thorace mutico, capite cornuto, femoribus secundi paris remotis. *Linn. Syst. Nat.* 2. p. 546. 20.

Roes. Ins. 2. *Scarab.* 1. tab. B. fig. 2.

Habitat in America.

Diu anceps haesi, utrum haec Scarabaei species, quam hic designo, nova esset, eique locus competeret inter species jam descriptas, uti videre est in operis pag. 140, *sub nomine Scar. Cavolini; an vero ad hanc referri deberet. Roes. figura non quadrat; esto igitur judicium penes scientiae Peritos.*

Scolia atra, abdomine fasciis duabus flavis, alis ferrugineis apice cyaneis. *Fabr. Mantis.* 1. p. 281. *hortorum.* tab. 4. fig. 9. D.

Habitat in Hispaniæ hortis, et apud nos.

Atra, immaculata. Abdomen fasciis duabus dorsalibus flavis, anteriore subinterrupta. Alae ferrugineae, apice cyaneae, nitidae.

Huc refero citatam iconem, quae nova videtur species; nam differt ab hac, quod hirta, minorque est; et fasciæ abdominales inaequales, anteriorque macula potius, quam fascia habenda. Alae demum cyaneae. An Scol. bicinta?

A P P E N D I X.

Ne quid omiserim, quod illustrationi Insectorum nostri Regni inservire posset, præcipuas species Insectorum, quas D. Cyrillus in specimi-nibus Entomol. Neapol. adhuc editis pictas tradidit hic recensere existimavi.

Tab. I.

Fig. 5. Scolia *unifasciata* subhirsuta atra, alis violaceis, abdominis fascia unica flava, ano truncato. Inventa in sinu bajano.

Fig. 9. Phalæna *litterata* seticornis, alis integris superne ferrugineis literis Δ et T inscriptis, lineis angulatis punctisque albis; subtus albis nigro-maculatis. *Media est*. Habitat in montibus Basilicatæ.

Tab. II.

Fig. 3. Scolia *neglecta*, nigra, immaculata, thorace hirto. In hortis communis.

Est inter minores. Corpus nigrum, immaculatum. Antennæ longitudine thoracis.

Fig. 4. Tabanus *morio* niger oculis immaculatis, marginibus segmentorum abdominis albicantibus. In hortis.

Inter majores. Pedes nigri. Alæ subcærulescentes.

Fig. 6. Tinea *sexmaculata* alis ferrugineis, superioribus maculis sex, punctisque albis. In locis incultis.

Tab. III.

Tab. III.

Fig. 6. Bombyx *unicolor* alis reversis luteo-ferrugineis, unicoloribus.

Tab. IV.

Fig. 4. Phalæna *vitriolata* antennis setaceis, viridis, alis superioribus lineis duabus albis transversis: inferioribus unica. In Appenninis.

Tab. V.

Fig. 4. Mantis *abjecta* thorace tereti planiusculo, elytris pedibusque ferrugineis. Habitat in Campania.

Oculi prominentes. Abdomen fuscum. Pedes simplices, gressorii. Decem lineas longa.

Tab. VI.

Fig. 2. Cimex *carinatus* scutellaris ovatus, griseo fuscoque varius, scutelli basi carinata. In Apulia.

Testaceus punctis fuscis adspersus. Scutellum a basi ad medium carinatum, longitudine abdominis.

Fig. 3. Cimex *aeruginosus* scutellaris rufus, thorace obtuse angulato antice testaceo, pedibus testaceis. Habitat ubique.

Fig. 5. Bombyx *candida* alis deflexis apice rotundatis, niveis, punctis duobus lineaque costali nigris. Habitat in Campania.

Tinea evonymella duplo major. Alae subtus fuscae. Convenit cum Phalaena nivearia Fabr.

Fig. 9. Cimex *falcatus* scutellaris griseus, thorace antice concavo bicorni, cornubus obtusis apice nigris. Habitat in Apulia.

Fig. 10. Cimex *nervosus* scutellaris flavicans, thorace scutelloque nervis elevatis longitudinalibus albidioribus. Habitat in Carduis.

Tab. VII.

Fig. 2. Mutilla *quinquemaculata* hirta, capite thoraceque rufis, abdomine nigro, maculis quinque albis. Habitat in Apulia.

Tab. VIII.

Fig. 6. Reduvius *albo-fasciatus* antennis apice capillaribus, capite thorace elytrisque griseis, abdomine nigro fasciis quinque albis.

INDEX
GENERUM.

Me-

Sil-

TA-

TABULARUM EXPLICATIO.

TABULA I.

Fig. 1. Lucanus *Cervus*.
2. Scarabæus *Silenus*.
3. Scarabæus *variolosus*
4. Melolontha *vulgaris*.
5. Trichius *faseiatus*.
6. Cetonia *aurata*.
7. Hister *unicolor*.
8. Dermestes *rufipes*.
cum forma Antennæ.
9. Ptinus *Scotias*.
10. Hispa *testacea*.
A. natur. magnit.
B. lente aucta
11. Nicrophorus *Vespillo*.
cum Antennæ structura.
12. Silpha *atrata*.
cum Antenna sejuncta.
13. Opatrum *sabulosum*.
14. Coccinella *Chrysomelina*.
15. Cassida *nebulosa*.
16. Chrysomela *tenebriosa*.

TABULA II.

Fig. 1. Cryptocephalus *longimanus*.
2. Crioceris *merdigera*.
3. Curculio *barbarus*.
4. Curculio *nigrita*.

5.

5. Clerus *apiarius*.
6. Cerambyx *Heros*.
7. Lamia *Kæhleri*.
8. Rhagium *bifasciatum*.
9. Stenocorus *meridianus*.
10. Saperda *Cardui*.
11. Callidium *wysticum*.
12. Leptura *nigro-fasciata*.
13. Lampyris *splendidula*.
A. mas. B. femina.
14. Cantaris *nigripes*.
15. Malachius *bipustulatus*.
16. Necydalis *cærulea*.
17. Elater *murinus*.
18. Buprestis *novemmaculata*.
19. Cicindela *flexuosa*.
20. Dytiscus *punctulatus*.
21. Carabus *Sycophanta*.

TABULA III.

Fig. 1. Scarites *Gigas*.
2. Pimelia *spinosa*.
3. Blaps *mortisaga*.
4. Tenebrio *molitor*.
5. Helops *cæruleus*.
6. Meloe *Proscarabaeus*.
7. Lytta *erythrocephala*.
8. Mylabris *Cichorei*.
9. Mordella *aculeata*.
10. Staphylinus *maxillosus*.
11. Forficula *bipunctata*.

12.

12. Blatta *aegyptiaca*.
A Femina prona
B. Fem. supina.
C. Mas.
13. Mantis *Oratoria*. Var. *Religiosa*.
14. Acrydium *subulatum*.
15. Acheta *campestris*.
16. Truxalir *nasutus*.

TABULA IV.

Fig. 1. Ephemera *diptera*
2. Semblis *Lutaria*
3. Myrmeleon *formicalynx*.
4. Panorpa *communis*.
5. Tenthredo *Scrophulariae*.
6. Ichneumon *luteus*.
7. Evania *appendigaster*.
8. Sphex *spirifex*.
9. Scholia A. 4-*maculata*.
B. 2-*maculata*.
C. 6-*maculata*.
D. *bicincta*.
10. Chrysis *fulgida*.
11. Apis *violacea*.
12. Apis *hortorum*.
13. Vespa *vulgaris*.
14. Formica *pubescens*.

TABULA V.

Fig. 1. Cancer *nucleus*.
2. Pagurus *Bernhardus*.
3. Astacus *tyrrhenus*.

4. Squilla *Mantis*.
5. Astacus *pusillus*.
6. Scyllarus *Arctus*.

TABULA VI.

Fig. 1. Libellula *depressa*.
2. Aeshna *grandis*.
3. Agrion *virgo*.
4. Julus *sabulosus*.
5. Scolopendra *ferruginea*.
6. Aranea *Tarantula*.
7. Aranea *argentea*.
8. Aranea *sanguinolenta*.
9. Scorpio *europaeus*.

TABULA VII.

Fig. 1. Papilio *Machaon*.
2. Papilio *Apollo*.
3. Papilio *Rhamni*.
4. Papilio *Pamphylus*.
5. Papilio *Io*.
6. Papilio *Atalanta*
7. Papilio *bacticus*.
A. pronus. B. Supinus.

TABULA VIII.

Fig. 1. Sphinx *ocellata*.
2. Sesia *stellatarum*.
3. Zygena *Phegea*.
4. Bombyx *pavonia major*.

5.

5. Bombyx *villica*.
6. Noctua *nupta*.
7. Bombyx *grammica*.
8. Pterophorus *pentadactylus*.

TABULA IX.

Fig. 1. Fulgora *europea*.
2. Membracis *cornuta*.
3. Tettigonia *plebeja*.
4. Tettigonia *Orni*.
5. Cercopis *sanguinolenta*.
6. Cimex *semipunctatus*.
7. Cimex *nigro-lineatus*.
8. Reduvius *annulatus*.
9. Tripula *croeata*.
10. Bibio *Æthiops*.
11. Syrphus *floreus*.
12. Musca *inanis*.
13. Tabanus *bovinus*.
14. Tabanus *tarandinus*.
15. Asilus *diadema*.
16. Conops *ichneumoniformis*.
17. Empis *pennipes*
18. Bombylius *medius*.

TABULA X.

Fig. 1. Sphæridium *scarabæoides*.
2. Notoxus *monoceros*.
3. Bostrichus *bidentatus*.
4. Ips *bipustulata*.
5. Attelabus *curculionoides*.

6.

6. Elophorus *aquaticus*.
7. Cistela *testacea*.
8. Raphidia *ophiopsis*.
9. Donacia *crassipes*.
10. Rhagio *scolopaceus*.
11. Scarabæus Cavolini ? mas
12. ——— idem femina.
Forte valgus Linn.
13. Locusta *varia* larva
14. Phalangium *carinatum*.
15. Scolia *interrupta* s
16. Astacus *squilla*.
17. Hemerobius *Perla*.
18. Locusta *thymifolia*.
19. Gryllus *obscurus*.
20. Cerocoma *Schaefferi*.

Tab. 1



Franciscus Morelli del:

Gio: Brun. sculp

Tab. 2



Franciscus Morelli del: Gio: Brun sculp:

Tab. 3



Fran: Morel: del:

Gio: Brun Sculp:

Tab. 4



Fran. Morel. del.

Gio: Brun Sculp

Tab. 5



Tab. 6



Fran. Morel. del. Gio. Brun Sculp.

Tab. 7



Fran: Morel: del: Gio: Brun Sculp.

Tab. 8



Fran. Morel. del. Gio. Brun Sculp.

Tab. 9



Fran. Morel. del.

Gio. Brun Sculp.

Tab. 10



Fran. Morel. del.

Gio. Brun. s.